3 1761 07833931 4

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/thesaurusresolut70v71cath

THESAURUS RESOLUTIONUM SAC. CONGREGATIONIS CONCILII

Quæ consentaneè ad Tridentinorum PP. Decreta, aliasque Canonici Juris Sanctiones

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGREG.

OBEUNTE

R.P.D. EMANUELE DE GREGORIO

Prodierunt in Causis sub annum 1804.

PROPOSITIS

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis in Ecclesiastico Foro versantibus apprimè utilis, ac necessarius.

TOMUS LXX.

TRIPLICI

INDICE LOCUPLETATUS.

ROMÆ MDCCCV.

Apud Lazarinum Rev. Cameræ Apost. Typographum

BX
1935
A36
c.70-7



INDEX
ALPHABETICUS CAUSARUM

Quæ in Sac. Congregatione Concilii propoſitæ fuerunt anno 1804. *per Diœceſes diſpoſitus.*

A

Æsina Beneficii super collatione 12. *Maii pag.*76., & 28. *Julii pag.*136.
Asculana Dismembrationis 14. *Januarii pag.*12., & 4. *Februarii pag.* 21.
Asculana Paræciæ 15. *Decembris pag.*234.
Aveirensis Irregularitatis 30. *Junii p.*122.
Auximana Cappellaniarum 2. *Junii p.* 98.
Auximana Servitii Chori 14. *Aprilis p.*67.

B

Beneventana 14. *Aprilis pag.* 62., & 30. *Junii pag.* 117.
Bracharen. quoad Examinatores Synodales 10. *Martii pag.* 47., & 14. *Aprilis pag.* 57.

C

CAmerinen Prorogationis Indulti 2. *Junii pag.* 105.
Camerinen Sanationis, & applicationis 30. *Junii pag.* 127.
Civitatis Castellanæ Servitii Chori 28. *Julii pag.* 143., & 18. *Augusti p.* 145.
Collen Onerum 15. *Decembris pag.*228.

E

EUgubina Cappellaniæ 15. *Decembris pag.* 238.

F

FErentina Cessionis 14. *Januarii pag.*5.
Firmana Augumenti eleemosinæ Missarum 18. *Aprilis pag.* 165., & 15. *Septembris pag.* 171.
Firmana Cappellaniæ super executione litterarum Apostolicarum 15. *Septembris pag.* 181.
Firmana Damnorum 15. *Septembris pagin.* 188.
Firmana Derogationis 2. *Junii pag.* 109.
Firmana Erectionis Cappellaniæ Curatæ 14. *Januarii pag.*6.
Firmana Legati 14. *Januarii pag.*4.
Florentina Cappellaniæ 12. *Maii pag.* 85.
Fulginaten Affrancationis 15. *Septembris pag.* 194., & 24. *Novembris pag.*197.
Fulginaten Cappellaniarum 10. *Martii pag.*44.

L

LAuden Translationis 12. *Maii p.* 83.
Lucana Concursus 15. *Decembris pag.*225.
Lunen Sarzanen Manutentionis super bono jure 14. *Januarii pag.*1.

M

MAceraten Præbendæ Theologalis 14. *Januarii pag.* 10.
Mathelicen 4. *Februarii pag.* 34., & 10. *Martii pag.* 39.
Mathelicen Beneplaciti 12. *Maii pag.*82.
Melevitana Suspensionis 4. *Februarii p.*23.
Melitensis Jubilationis 18. *Augusti p.*161.
Montis Falisci 4. *Februarii pag.* 26.
Montis Politiani Servitii Chori 4. *Februarii pag.* 30.

N

NUllius Leprignani Reductionis 12. *Maii pag.* 89., & 2. *Junii pag.* 95.
Nullius Montis Casini Irregularitatis 14. *Apri-*

Aprilis pag. 70., & 12. *Maii pag.* 75.
Nullius Sancti Martini Obsequiorum Matrimonialium 28. *Julii pag.* 137.
Nullius Trium Fontium massæ Capitularis 4. *Februarii pag.* 32.

P

PAtavina Missæ pro Populo 14. *Aprilis pag.* 64.
Perusina Emphiteusis 10. *Martii pag.* 39., & 12. *Maii pag.* 75.
Perusina Prorogationis indulti 30. *Junii pag.* 133., & 28. *Julii pag.* 135.
Pisauren Applicationis hæreditatis 28. *Julii pag.* 141., & 18. *Augusti pag.* 145.
Pisauren Beneplaciti 4. *Februarii pag.* 22.
Pisauren, seu Anconitana Nullitatis Professionis, & Renunciationis 15. *Septembris pag.* 171.
Piscien Beneficii super Dispensatione 28. *Julii pag.* 135.
Polensis Reductionis 18. *Augusti pag.* 163.
Prænestina Affictus 10. *Martii pag.* 53., & 14. *Aprilis pag.* 57.

R

RAvennaten, & Forolivien Translationis Legati Missarum 4. *Februarii pag.* 35., & 10. *Martii pag.* 39.
Ravennaten. Reductionis 30. *Junii p.* 130., & 28. *Julii pag.* 135.
Reatina Pensionis 15. *Decembris pag.* 232.
Recanaten Venditionis 18. *Augusti p.* 151.
Ripana Reædificationis Ecclesiæ 10. *Martii pag.* 50.
Romana 18. *Augusti pag.* 167., & 15. *Septembris p.* 171., & 15. *Decembris p.* 226.
Romana Beneplaciti 24. *Novembris pagin.* 197.
Romana Capellaniarum 18. *Augusti pagin.* 159.
Romana Census 2. *Junii pag.* 95., & 28. *Julii pag.* 137.
Romana Dotium 24. *Novembris pag.* 205.
Romana Prorogationis Indulti 24. *Novembris pag.* 222., & 15. *Decembris pag.* 225.
Romana Reductionis 24. *Novembris pagin.* 215.
Romana Suspensionis Nominationis 14. *Aprilis pag.* 73., 12. *Maii pag.* 75., & 2. *Junii pag.* 104.

S

SAbinen Exequtionis Litterarum Apostolicarum 14. *Januarii pag.* 1.
Senogallien Oneris Missarum 2. *Junii pagin.* 112., & 30. *Junii pag.* 117.
Senogallien Translationis 10. *Martii p.* 55., & 14. *Aprilis pag.* 57.
Signina Cappellaniæ 30. *Junii pag.* 118., & 15. *Septembris pag.* 180.
Signina Sanationis 14. *Aprilis pag.* 58.
Spoletana Reductionis Onerum, & applicationis Fructuum 15. *Septembris pagin.* 185.
Spoletana Translationis 14. *Januarii p.* 1.
Spoletana Unionis 12. *Maii pag.* 92., & 2. *Junii pæg.* 95.
Squillacen Irregularitatis 2. *Junii p.* 114., & 30. *Junii pag.* 117.
Sutrina 10. *Martii pag.* 49.

T

TErracinen Distributionum 30. *Junii pag.* 129., & 28. *Julii pag.* 140.
Tridentina Commutationis Voluntatis 15. *Septembris pag.* 195., & 24. *Novembris pag.* 197.
Tropien Irregularitatis 24. *Novembri. pag.* 219., & 15. *Decembris pag.* 225
Tudertina Dismembrationis 24. *Novembris pag.* 206.
Tudertina Suspensionis Provisionis Paræciæ 24. *Novembris pag.* 211.

V

VEliterna Reductionis 14. *Januarii pag.* 17., & 4. *Februarii pag.* 21.
Urbinaten Nullitatis Contractuum 18. *Augusti pag.* 145.

FINIS

Die Sabbathi 14. *Januarii* 1804. *in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua præter alia, proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

LUNEN. SARZANEN. MANUTENTIONIS SUPER BONO JURE. *Sess.*4. *cap.*13. *de Reform.*

An, & de cujus bono jure constet ad effectum manutentionis in casu &c.

Affirmative favore Cleri Parrochiani dummodo servitium præstet.

SPOLETANA TRANSACTIONIS. *Sess.*21. *cap.*5. *de Reform.*

An sit probanda transactio in casu &c.

Affirmative.

SABINEN. EXEQUTIONIS LITTERARUM APOSTOLICARUM. Decertantibus inter se, tum *Archipræsbitero Gaspare Sabutio*, qui ex Litteris Apostolicis consequtus erat unam Cappellaniam, quam in Oppido Forani Theresia Cicalotti olim erexerat, tum *Clerico Blasio Scarinci*, qui a *Bernardino* Patre suo, atque unico Patrono nominatus postulabat, ut, si minus *Sess.*22. *cap.*5. *de Reform.*

nus eadem Cappellania retineri posset in statu Clericali, saltem impetraret dispensationem usque dum sacris initiaretur ordinibus: duo in Congregatione diei 20. *Augusti* prætergressi anni proposita fuere dubia I. *An Litteræ Apostolicæ sint exequendæ* ? & quatenus Negative II. *An Cappellania retineri possit in statu Clericali, seu potius sit concedenda dispensatio*, & EE. PP. cognitionem ad a iam diem prorogare censuerunt edito Rescripto *Dilata*, quod Clericus Scarinci implorabat.

Nunc utrinque *allegationes* distribuuntur. *Sabutius* urget exequtionem Litterarum Apostolicarum, dum consentiant cum veritate eorum, quæ S. Pontifici narrata fuere. Nam expositum fuit, quod Cappellania erat beneficium ecclesiasticum, & plura affert, unde hæc qualitas evincatur scilicet: *Decretum erectionis* ab Episcopo latum, *solutio taxæ* Seminarii, & Spoliorum ab hisce Cappellanis facta, quæ super Beneficiis Ecclesiasticis tantum exigitur ut tradit *Amostaz de Causis Piis Lib.* 8. *Cap.* 14. *num.*2. *Collationes* hujus Cappellaniæ factæ ab Episcopo; & a S. Sede Apostolica præsertim in postrema vacatione, quæ in simplicibus legatis piis fieri non solent *Rota cor. Buratto dec.* 221. *per tot. coram Riminald. dec.* 394. *num.*4.. Ex quibus concludit, quod aut Cappellania censenda sit beneficium ecclesiasticum, aut saltem quod ex contraria observantia omnino immutata sit ipsius Cappellaniæ indoles, quæ contra ipsam fundationem præscribitur quando per legitimum præscriptionis tempus collationes, & institutiones factæ fuere ut docet *Amostaz. de Causis piis Lib.* 3. *Cap.*2. *num.* 28.. Cum præterea ultimus status, qui est collativus faveat novo Proviso, profecto id satis habetur, ut Litterarum Apostolicarum exequtio decernatur *ex Text. in Cap. Constitutionibus de Iurepatron.* tradit *Rot. dec.*13. *n.*16. *part.*6. *Recen. dec.*54. *num.*6. *cor. Ratto*.

Clericus vero Scarinci subreptionis arguit Litteras Apostolicas, cum numquam hęc Cappellania prout narratum est, sit Beneficium Ecclesiasticum. Nam certum est ex fundatione Theresiæ Cicalotti, quod ipsa coram Judice laico Cappellanias mere laicales fundaverit, id quod satis est ad evincendam Cappellaniam laicalem. *Corrad. in Prax. part.*1. *Cap.*2. *num.* 41. *Rigant. ad Reg.*

Reg. 9. *Cancell.* §. 2. *nam.* 4. *Rota in Pamplinonen. Beneficii* 24. *Novembris* 1719. §. *Qualitas cor. Mary non.* His accedit, quod deficit erectio ab Ordinario facta in Beneficium Ecclesiasticum, qua deficiente numquam inducitur qualitas Beneficii ecclesiastici Rota *in Tridentina Cappellaniæ* 5. *Aprilis* 1714. §. 8. *cor. Cerro.* Nam in Decreto Ordinarii ex adverso allegato numquam erigitur Cappellania in Beneficium Ecclesiasticum, sed tantum probatur = *legatum Missarum perpetuarum juxta formam, & tenorem testamentariæ dispositionis Theresiæ Ciccalotti.* Quod si erectio in beneficium facta esset, attamen irrita foret, quippe facta contra formam fundationis, *Rota decis.* 309. *num.* 10. *in Anagnina Cappellaniæ* 16. *Junii* 1749. §. 8. *cor. Matthæjo.* Neque ex collationibus, & institutionibus, immutari potuit qualitas Cappellaniæ, cum requiratur, ut factæ sint saltem per spatium annorum quadraginta *ad Text. in Cap. Cum de Benefic. de Præben. in* 6. tradit *De Leo de Offic. Cappell. quæst.* 3. *Sect.* 3. *num.* 40. *Rot. dec.* 309. *n.* 4. *cor. Olivatio.*

Posita qualitate Cappellaniæ Laicalis contendit Scarincius, quod non sit Sacerdotalis actu, sed habitu, cum Fundatrix numquam injunxerit onus Cappellanis celebrandi per *se ipsos*, eisque facultatem dedit, ut per alios onera implerentur usque dum ad Sacerdotium pervenirent. Hinc, cum ipse sit ex familia Patroni concedenda saltem videtur dispensatio usque dum Sacros ordines suscipiat. Maxime cum nunc ex allatis documentis refutet impacta crimina, & ostendat, quod Sabutius non sit indigena Oppidi Formi ut proinde ea careat qualitate, quæ ex fundatione requiritur ad Cappellaniam consequendam.

Unum, alterumque proponitur Dubium.

I. *An Litteræ Apostolicæ sint exequendæ in casu &c.*

Et quatenus Negative.

II. *An Cappellania retineri possit, in statu Clericali, seù potius sit concedenda dispensatio in casu &c.*

Ad I. Negative.

Ad II. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, donec ad legitimam ætatem pervenerit.

Sess.23.cap.18 de Reform.

FIRMANA LEGATI. Ut est in more positum feci Sororibus Solimani potestatem, ut sua jura iterum deducerent super I. *Dubio* hujus Causæ propositæ in Congregatione diei 26. *Novembris elapsi nuper anni*, in quo dubio cum quæreretur = *An ex quibus bonis, & quomodo sit præstandum legatum* rescriptum fuit = *Affirmative ad formam testamenti comprehensis etiam pecunia, & rebus pretiosis*. Alterum vero dubium respiciebat applicationem hujusmodi legati: Scilicet = *An, & quomodo sit consulendum SSmo pro applicatione in casu &c.*, & dimissum est edito responsu = *Negative, & amplius* =

Sorores Solimani nihil novi *in facto* deducunt, sed tria præcipue exornant in nova *Allegatione* EE. VV. distribuenda. *PRIMUM* negant se nullo modo contrahaxisse qualitatem hæreditariam Canonici Solimani Patrui sui. Quidquid enim gesserint eorum Procuratores sive in judicio, sive extra nullo muniti mandato procuræ, id quidem non potest præjudicium inferre juribus earum, quæ inventarium confecerunt *con protesta per parte delle medesime di rimanere illese le ragioni, che loro competono per qualsivoglia causa, o titolo*. *DEINDE* contendunt, quod remota qualitate hæreditaria legatum præstandum non sit *ad formam testamenti*, sed *ex bonis in donatione reservatis*, cum donans præter hæc de aliis disponere non potuerit. Hinc deducunt, quod sub nomine *li Mobili*, quæ in donatione reservata fuere, veniat tantum domestica suppellex ex allatis juribus *in præterito folio*. *TANDEM* sustinent, quod cum Donans præter usumfructum sibi reservaverit bona ad effectum testandi, profecto omnia bona ex ipso usufructu quæsita cadant sub Donatione, quæ etiam bona futura complectebatur, ex Doctrina *Castrensis cons.*75. *num.*3. quam sequitur *Decius cons.*30. *num.*3. *Ciarlin. controvers.* 1. *num.*76. & *Rota dec.*725. *per tot. cor. Seraphin. dec.*24. *num.* 9. *cor. Otthobon. dec.*457. *num.*25. *cor. Ansald.*

Exequtor vero Testamentarius supplicat pro reassumptione præteritæ *allegationis*, ex qua una simul cum *Folio Congregationis diei* 26. *Novembris proxime præteriti* dignabuntur EE. PP. deliberare.

An

In Decisis, & amplius.

FERENTINA CESSIONIS. Causa hæc pertinent ad Folium *diei* 26. *Martii*, & 30. *Aprilis nuper elapsi anni* 1803., qua die proposito Dubio = *An sit consulendum SSmo pro approbatione cessionis* = EE.PP. censuerunt rescribere = *Dilata, & scribatur Episcopo juxta mentem. Mens est, quod Episcopus deputet Curatorem futuris vocatis, eoque audito referat.* *Sess.25.cap.4. de Reform.*,

Episcopus, quæ ei injuncta fuere, cumulatissime præstitit. Deputavit enim in Curatorem futuris vocatis Franciscum Canori probum, & idoneum virum, qui ut Episcopus refert = *concredito muneri satisfecit exacte, & re mature perpensa, interveniente etiam Prætoris authoritate, initum hujus cessionis contractum ratum habere arbitratus est, eo quia non exiguas obligationes assumit Colafranceschi Cessionarius, scilicet reparandi, atque in posterum manutenendi Ecclesiam, & adnexa ædificia, nec non competenti utensilium supellectili instruendi præfatam Ecclesiam, e quibus oneribus descendentes Claroni in posterum eximuntur, atque insuper non leve iisdem futuris vocatis proficiscitur emolumentum tam ex assumpta per Colafraneeschi accollatione census scutorum* 30. *a Josepho impositi, quam etiam ex libera frugiferi fundi translatione, & cessione.*

Dignentur igitur EE.PP. reassumere præteritum *Folium*, simulque sciant, quod interea Joseph Claroni occubuit, itaut locus esse amplius nequeat *monitioni*, ut consulat conscientiæ suæ, quia ad sublevandam propriam indigentiam usus est summa scutorum *triginta*, quæ ex imposito censu habuerat, ut erogaret in reparandam Ecclesiam, reficiendisque utensilibus.

Idem reproponitur Dubium.

An sit consulendum SSmo pro approbatione cessionis in casu &c.

Affirmative juxta votum Episcopi.

FIR-

Sess.21. cap.4. de Reform.

FIRMANA ERECTIONIS CAPPELLANIÆ CURATÆ. Fatiscente temporum injuria Oppido *Serviliani* in Piceno, san. mem. Clemens XIV. procul illinc quatuor millia passuum erigendum curavit novum Castrum, cui ex Principe conditore indictum est nomen *Castel Clementino*. Parochialem Ecclesiam S. Marci, quæ in veteri loco unica erat, & Capita *bismille* complectebatur, in novum Pagum una cum reliquis beneficiis transtulit clar. mem. Cardinalis Paracciani Archiepiscopus Firmanus opportunis ab eodem Pontifice auctus facultatibus. At nonnulli habitatores antiquam domum deserere recusantes maluerunt potius sub ruderibus *Serviliani* manere, quam in novum Oppidum commigrare. Quorum cum non exiguus esset numerus (*erant enim familiæ centum quinquaginta, & capita fere octingentum sexaginta*) cumque omnes longe a Parochiali per asperam viam distarent, a Sac. Congregatione exorarunt, ut nova ruralis Paræcia erigeretur in Ecclesia B. M. Virginis, quam accolæ vocant *delle Piaggie* constituta novo Parocho congrua scutorum sexaginta, ut patet ex Folio *in Firmana Erectionis Parochiæ* 15. *Martii* 1783.

A quo quidem tempore unus semper Parochus hisce rusticanis incolis adfuit. Sed nunc reclamant unicum Parochum satis esse non posse, & deficere spiritualia subsidia, cum remotiores habitatores per agrum dispersi interesse nequeant unico Sacro, quod diebus festis celebratur, & Sacramentis in extremo vitæ discrimine destituantur. Quibus freti Parrochiani Sanctæ Mariæ *delle Piagge* preces exhibuerunt huic Sac. Congregationi *die* 26. *Martii* 1803., ut Cappellania Curata erigeretur ex Beneficio, quod sub invocatione S. Antonii Abatis extat in Parochiali Ecclesia S. Marci Castri Clementini. Exquisita est Sententia defuncti Archiepiscopi, & Vicarius Capitularis hæc retulit, quæ per summa capita vobis exponam.

A Fundatore Francisco Savini olim erectum fuit Beneficium hujusmodi in Ecclesia Parochiali S. Marci *Serviliani*, & deinde cum Parochiali translatum in Oppido Castri Clementini, cujus Communitati pertinet juspatronatus. Vacante nuper hoc Beneficio censuit Communitas ex illo novum Canonicatum addere aliis sex, qui Collegiatam in eadem parochiali S. Marci constituunt. Interrogatum Capitulum consensum præ-

præstitit, dummodo novus Canonicus esset *supranumerario*, nec voce activa, ac passiva uteretur, nec de massa participaret, & in ultimo stallo servitium, ut cæteri Canonici obiret, punctaturasque solveret, si a servitio deficeret. Hinc Communitas per publica edicta concurrentes accersita est. Licet vero Parochiani *delle Piagge* antea jam implorassent ab hac Sac. Congregatione, ut erigeretur Cappellania Curata ex beneficio S. Antonii Abbatis, licet de porrectis precibus certiorem fecissent Communitatem, ne ad præsentationem deveniret sub protestatione nullitatis; attamen ipsa Communitas habitis comitiis Presbiterum Seraphinum Marini nominavit, ea interposita conditione, ut *oltre la sodisfazione de' soliti pesi annessi al detto Beneficio sia tenuto di richiedere la grazia da nostro Signore della erezzione del detto Beneficio in Canonicato, e spedirne la Bolla d'erezzione ben inteso, che s'abbia da richiedere al S. Padre la grazia, che il detto Canonico sopranumerario non sia obligato d'intervenire al coro, che ne' giorni festivi, avvento, quaresima, ottavario del Corpus Domini, tutti li Sabbati dell'anno, mentre in tal caso potrà agevolmente prestarsi all'amministrazione de' sagramenti, ed all' assistenza de' moribondi in tutto questo territorio.*

Hinc ipsa Communitas supplicavit SSmo pro erectione hujus beneficii in canonicatum, cujus preces a Dataria Apostolica *die* 4. *Aprilis* 1803. Archiepiscopo pro Informatione remissæ fuere. Cum hæc omnia essent comperta ex Informatione Vicarii Capitularis transmissa huic Sac. Congregationi, cumque ipse probare videretur hanc unionem, dum de Parœcia agatur *ruri posita, cui & opes sunt tenues, & Parochiani numero multi, & ægestate laborantes itaut unus Parochus spirituali omnium necessitati ægre satis sit, & aliunde desideretur quomodo suppleri valeat*; hinc rescriptum ab hac Sac. Congregatione prodiit sub die 21. *Maii proxime præteriti* = *Decat de exita Recursus in Dataria Apostolica* = Allatum hinc fuit Rescriptum Emi Pro-Datarii = *Instet post exitum instantiæ pendentis in Sac. Congregatione Concilii* = Quamobrem rursus exquisita est Informatio Vicarii Capitularis, ut auditis interesse habentibus, referret de anno reditu Beneficii.

Qui-

Quibus omnibus recentioribus datis Litteris ita satisfacit = *Parochiani reditus ipsos affirmant esse scutorum sexaginta, eosque ab omni onere prorsus immunes. At hoc verum fortasse esse potest si rerum pretia severiori ratione, prout recentissime elapsis annis æstimentur. Cæterum si eorumdem fiet calculus ea ratione, quæ hoc temporis puncto viget, non alios dixerim esse fructus, quam scutorum 40. per singulos annos. Porro detractis oneribus omnibus residua erit in Rectoris utilitate summa scutorum 28.. Sed hoc beneficium suum Rectorem modo habet. Sacerdos enim Seraphinus Marini ab ipsa Communitate nominatus institutionem rite obtinuit ab hac Curia* (scilicet per Bullas expeditas die 6. Junii nuper elapsi) *& in ejusdem Beneficii possessionem se immisit. Itaque præter dissensum Communitatis hanc novam offensionem habet Parochianorum postulatio ex parte Rectoris, qui eorumdem precibus adversatur.*

Communitas vero Castri Clementini *Nihil transeat* interposuit in nostra Secretaria, & a me postulavit, ut compellerem Procuratorem Parochianorum ad edendum mandatum Procuræ, aliter a limine judicii eiiceretur, & consonum decretum huic instantiæ apposui die 7. præteriti Septembris. Cum numquam mandatum hujusmodi allatum sit, nunc instante Comunitate causa *ex officio* proponitur, & inquirendum tantum erit de erectione Cappellaniæ curatæ, quam ex beneficio S. Antonii Abbatis faciendam postulabant Parrochiani *S. Mariæ delle Piagge*. Nam quoad erectionem hujusmet Beneficii in Canonicatum prout postulat Communitas Castri Clementini, providendum erit a Dataria Apostolica, apud quam hæc instantia pendet.

Ut necessitati Ecclesiæ Parrochialis succurratur permittit quidem Tridentina Sinodus, ut beneficia iisdem uniantur ut *ex Sess. 21. Cap. 5. de Reform.* Sane cum Paræcia *S. Mariæ delle Piagge* frequens sit ad Capita 860. per agrum dispersa, quorum pars dissita quoque est a Parrochiali, satis esse non potest unus Parochus, qui omnibus spiritualia subsidia ministret. Etenim unicum sacrum diebus festis celebratur, cui omnes eodem tempore interesse nequeunt, & ægrotantes aliquando carent Parocho, quippe qui aliis infirmis assidere debet. Cum autem Parochiani ægestate laborent,

rent, & Parochus non habeat ex congrua, unde coadiutores sibi assumat; probanda esse videtur hæc unio beneficii S. Antonii Abbatis, ut hisce incommodis per Cappellanum Curatum provideri possit.

Sed rem amplius integram esse negat Communitas Castri Clementini Patrona, cum præsentaverit congruo tempore Sacerdotem Marini, qui expeditis Bullis in Curia Archiepiscopali in possessionem ivit die 7. Junii proxime præteriti. Agitur ergo de beneficio pleno, quo casu dissentiente Rectore unio concedi numquam solet in ejus præjudicium ad *Text. in Cap. 1. de reb. Eccles. non alienan. in 6.* tradit *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 29. n. 36. Rot. decis. 239. num. 5. part. 5. Recent.* Præterea repugnat quoque Communitas Castri Clementini Patrona, cujus consensum in unionibus requirit Tridentinum *Sess. 24. Cap. 15. de Reform.* Idcirco autem repugnat, quia negat necessarium esse Cappellanum Curatum in Paræcia *S. Mariæ delle Piagge*, cum ab anno 1783. quo facta fuit erectio Pareciæ hujusmodi, semper unus Parochus satis fuit omnibus illis ruricolis, & nunc ab hoc beneficiato coadiuvari etiam poterit licet Canonicus evadat. Nam hoc onus ei impositum fuit, ut incumberet ad Sacramentorum administrationem, & assistentiam ægrotantium in toto territorio. Quare cum dissensus Patroni justus sit, ita semper impedit ne unio concedatur, ut tradit *Garzias de Benef. part. 12. Cap. 2. §. 2. num. 210. Rigant. ad Reg. Cancell. 22. num. 40. tom. 2. Turricell. de Union. Cap. 9. num. 4.*

Observandum tamen est quod Parochiani *delle Piagge* præces pro erectione Cappellaniæ Curatæ exhibuerunt huic S. Congregationi, antequam Communitas Castri Clementini presentationem Sacerdotis Marini expleret. Immo notificatæ fuerunt ipsi Communitati, ne ad præsentationem procederet, aliter protestatio nullitatis interposita est. Quare integrum videtur Parochianis *delle Piagge*, ut hanc erectionem implorare possint. Ab hac autem reiiciendi non videntur ex eo, quod novo nominato injunctum sit onus ministrandi Sacramenta per universum territorium. Interest enim multum, si Cappellanus Curatus instituatur, qui præ munere Parrochianis adesse debeat, an vero obligationem generalem habeat ministrandi Sacramenta, a

qua certe impeditus erit, si Canonicus fiat, & chori servitium obire debeat. Nec Communitati præjudicium infertur cum firmum manere debeat jus nominandi, qua ipsa fruitur, in futuris vacationibus; in præsens vero incolumis stare debet nominatio Præsbiteri Marini. Hæc ad *modum* respiciunt faciendæ erectionis.

Dubium proponitur.

An, & quomodo sit locus erectioni Cappellaniæ Curatæ ex Beneficio S. Antonii Abbatis in casu &c.

Negative.

Sess. 5. cap. 1. de Reform.

MACERATEN. PREBENDÆ THEOLOGALIS. Sæpe ex Litteris S. Congregationis responsivis ad *Relationem Status Ecclesiæ* Maceratensis hortatus est prædecessor Episcopus, ut in Collegiata Ecclesia Oppidi *Montis Milonis* ad S. Canonum censuram Præbenda Theologalis erigeretur. Id quod numquam præstare potuit antecessor Episcopus, modernus Antistes facere constituit, cum in ipsa Colleggiata vacavit quinta præbenda, cujus juspatronatus ex fundatione quæsitus, Communitati *Montis Milonis* addictus est ex Bulla erectionis data a S. M. Benedicto XIV. *sub annum* 1749. Sed acriter obstitit ipsa Communitas, precesque dedit huic S. Congregationi, quibus erectionem Theologalis impediret.

Episcopus vero in sua *Informatione* putat, quod ea omnia in casu concurrant, quæ Tridentinum requirit, ut præbenda Theologalis erigatur. Etenim = *Oppidum* ait, *& est insigne, & populosum, & Clerum habet sufficienter numerosum, inopem autem (animi mei dolore dicam) Ministrorum Dei, qui Ecclesiastica doctrina præditi populum instruant, ac in vinea domini cum fructu laborent. Erit ergo maximæ utilitatis, ut novo Rectori vacantis Præbendæ satis non sit ad illam obtinendam sola Communitatis nominatio, sed debeat quoque pro-*

probitatis, scientiæque suæ in experimento examinis tutum præberi testimonium. Neque hinc sequeretur aliquam injuriam Communitati Montis Milonis fieri, ullumque irrogari præjudicium juri suo nominandi ad vacantem, Canonicatum immo injungendo, ut electus a Communitate, & presentatus Episcopo onus habeat Theologali Præbendæ adnexum, non foret dubitandum electum ipsum non esse ad omnia munia Ecclesiastica idoneum.

Quod vero nequeat Episcopus adhibere alia media pro erectione Theologalis præter istum, quod offertur in vacanti præbenda, probat ex eo quod nullimode hactenus potuerit neque ex Beneficiis, neque ex Confraternitatibus, neque a Monte Pietatis media huic Sac. Congr. proponere pro necessaria erectione duarum Paræciarum in eodem Monte Milone.

Dum *prebendam primo vacaturam* pro theologali deputandam esse jussit SS. Concilium Tridentinum *Sess. 5. Cap. 1. de Reform.*, numquam sane expresse declaravit, quod præbendæ de jure patronatu laicorum assignari deberent pro erigenda Præbenda theologali. Sed sub illo Decreto comprehendi etiam Præbendas laici jurispatronatus tenent *Barbos. Collectan. Doct. in Concil. Trident. Sess. 5. Cap. 1. de Reform. num. 16. Garzias de Benefic. Cap. 5. num. 16. Monet. de ultim. voluntat. Cap. 2. n. 262.* Nihilominus reclamat Communitas ne juspatronatus, quod oneroso titulo quesivit, detrimentum capiat. Nam ex Constitutione Benedicti XIII., quæ incipit *Pastoralis Officii* edita *anno* 1725. Præbenda Theologalis conferri debet: *Doctori in S. Theologia cæteroquin magis idoneo in formali concursu ab examinatoribus renunciato:* Unde quodammodo cohibetur Patroni libertas, cum ad concursum omnes accedere possint etiam alienigenæ, & in illo ad præbendam Theologalem probari, ut tradit *Monacellus in formal. Fori Ecclesiastic. tom. 1. tit. 5. formul. 20. num. 20.* Ne vero juspatronatus laicorum læderetur S. Congregatio alias negavit erigendam esse Theologalem ex Præbenda de jure patronatus etiam Ecclesiastici in *Asculana Communtationis Voluntatis* 8. *Augusti* 1806.

Verum cum Episcopo observandum est, quod laudata Constitutio Benedicti XIII. præscribit quod Præbenda Theologalis conferatur per concursum eo plane modo quo Parrochiales conferuntur, ut tradit *Benedict. XIV. de Synod. Dieces. Lib. 4. Cap. 7. num. 2.* Hinc si Parrochiales de jure patronatus laicorum conferuntur sine concursu ei, qui a Patrono præsentatus fuit, & ab examinatoribus approbatus ex *Triden. Sess. 24. Cap. 18. de Reform.* sequitur, ut nec Præbenda Theologalis de jure patronatus laicorum sit conferenda per concursum, ita ut nullum, vel saltem minimum inferatur præjudicium Patronis laicis. Cæterum allegata Resolutio *in Asculana* indecisa adhuc remanet. Nam reproposita causa in Congregatione diei 18. Febr. 1802, rescriptum fuit = *Iterum proponatur*.

Dubium est.

An sit locus erectioni præbendæ Theologalis ex vacanti quinto Canonicatu de jure patronatus Communitatis Montis Milonis in casu &c.

Affirmative.

Sess. 21. Cap. 4. de Reform.

ASCULANA DISMEMBRATIONIS. Tria Oppida FARNI, FLENI, & S. GREGORII ita jacent inter saltus Appenninos, ut *Flenum* medium sit distans a *Farno* secundo lapide, & a *S. Gregorio* supra mille passuum; a *Farno* vero ultra tria milliaria dissita sit Villa S. Gregorii. Via quæ a *Furno* ad *Flenum* ducit intercisa est duobus torrentibus *Triscino*, *e Macchiolo*, quæ autem a *Fleno* tendit ad *S. Gregorium* procedit per nemora, & cacumina montium.

Una tribus hisce pagis est Paræcia, quæ hoc modo exercetur. Parochus residet in *Farno*, quod *septemdecim* continet familias, & incolas *nonaginta quatuor*. Ecclesia Parrochialis SS. Petri, & Pauli una cum tabernaculo SS. Eucaristiæ, & Fonte Baptismali extat in *Fle-*

Fleno, ad eamque Ecclesiam Parochus a Farno venit, ut universis ex tribus Oppidis Parrochianis baptisma ministret, matrimonia conjungat, funera curet. Cetera vero a Cappellano Curato administrantur in *Fleno*, quod incolunt *viginti quinque* familiæ, & *centum quinquaginta quatuor* habitatores. Villa tandem *S. Gregorii* constans *decem* laribus, & capitibus *sexaginta duo* caret Cappellano, & Parocho, qui ad eam tantum accedit, ut Sacrum conficiat in secundo die festo *Paschatis*, & *Pentecostes*, in festo *S. Stephani*, *S. Gregorii Magni*, *S. Francisci Assisiensis*.

Parochus autem congruam percipit in speciebus; scilicet, Da FARNO *dalle Decime grano quarte* 4. *dalle corrisposte de terreni quarte* 16. : *In tutto di grano quarte* 20. *Retrivi diversi quarte* 3. *Castagne di porzion domenicale quarte* 15. *Ghiande di porzion Domenicale quarte* 35. *Da FLENO dalle decime, e corrisposte fisse grano quarte* 22. *Dal legato Damiani senza alcun obligo grano quarte* 2. *In tutto grano quarte* 24. *Castagne di porzion Domenicale quarte* 35. *Ghiande di porzion domenicale quarte* 40. *Da S. GREGORIO dalle Decime, ed affitto del terratico grano in tutto quarte* 10. $\frac{1}{2}$ *Castagne di porzion domenicale quarte* 25. *dalle Ghiande quarte* 10. *Il Curato in Farno deve applicare pro Populo tutte le Domeniche dell'anno. Ha un legato di annue messe* 15. *che rende scudi* 6., *ed è ben provisto di Messe fisse in vacchetta. Il Cappellano di Fleno deve applicare pro Populo tutte le altre feste dell'anno, ed è ben provisto di messe in vacchetta.*

Quibus cognitis facile compertum erit quod Terrigenæ *Fleni*, & præsertim *S. Gregorii* spiritualibus subsidiis prorsus destituantur. Evenit enim in Oppido Fleni, ut mortui insepulti jaceant. Nam Parocho in *Farno* residenti hyberno præsertim tempore impervium est iter ob interfluentes torrentes, ita ut promptus semper esse non possit ad mortuos sepelliendos. Major vero itineris difficultas paratur Oppidanis S. Gregorii, quibus impossibile est ad *Farnum*, nec ad *Flenum* accedere cum aquæ torrentium redundent, & montes obrigent nive. Quo fit ut diebus festis careant Sacrificio Missæ, & divino verbo, & plerumque mortem oppetant

tant sacramentis destituti, & procul a præsentia Parochi. Id quod cum sæpius evenerit, sæpius quoque inter Parrochianos, & Pastorem offensiones intercesserunt, quas timendum est, ne gravius aliquid secumferant.

Quibus commotus Populus Fleni enixe ab hac Sacra Congregatione postulavit, dismembrationem Parœciæ ita ut *Flenum*, & Villa *S. Gregorii* subiiciatur Parocho, qui in *Fleno* resideret, Farnum vero dismembretur, & addiceretur proximiori Parœciæ *S. Martini*, a qua non procul abest, & sepe Farnenses illuc se conferunt, ut Sacris intersint, immo ex hac S. Martini Parœciæ suppeditatur infirmis Farnensibus SS. Viaticum. Eminentissimus Episcopus Administrator Asculanus, cui preces remissæ fuerunt, curavit rem ad compositionem perducere, iisdemque proposuit = *ut e Villa Farni ad Flenum Parrochialis residentia traduceretur, idque ex eo, quia Flenum veluti in media via positum est S. Gregorium inter, & Farnum, quod multo majori præ aliis animarum numero constat, & demum etiam nunc ibi SS. Eucharistiæ Sacramentum custoditur, atque interim reliquis duabus Villis suus Cappellanus residentialis deputaretur. Verum huic rei Farni Deputatus repugnavit* = Abjecta omni compositionis spe Eminentissimus Episcopus rogavit sententiam illorum Oppidanorum, & novit = *dissidentes esse animos Populorum, alteriusque in alteros pugnantes opiniones* = Nam *Farnenses* omnino repugnant, ne quid de præsenti rerum statu innovetur. *Flenenses* quatenus a ParochoFarni segregati Parochus proprius ipsis, & adjecto Populo S. Gregorii concedatur, spondent augumentum decimæ ad quartas frumenti *triginta duo*, *Gregorienses* vero promittunt augumentum decimæ ad quartas undecim, si Cappellanus Curatus in Villa constituatur. Quare in sua Informatione putat illis Oppidanis esse consulendum, sed aliis, quam ipsi postulant, modis inferius recensendis.

Post hæc, quæ retulit Eminentissimus Episcopus, Incolæ S. Gregorii novas porrexerunt preces documentis roboratas, ut Sacerdos apud illos constituatur cum facultate administrandi Sacramenta. Quo vero hujus su-

sustentationi consulatur proponunt = *di rilasciare al Curato di Farno le decime focali solite pagarsi dal Popolo di S. Gregorio, che ascende a quarte tre grano, ed al Sacerdote residente in S. Gregorio si potranno assegnare le rendite de terreni appartenenti alla Villa di S. Gregorio, che potrebbero ascendere annualmente alle quarte dieci di grano; minuti quarte sei, affitto di castagne scudi 15., affitto di Ghiande scudi 6. A tutto ciò il Popolo accrescerebbe una decima Prediale delle venti una del grano marzuolo, e segale, che ascenderebbe alle quarte venti in venticinque. Si contenta ancora di rilasciare il fruttato di un corpo di terreno communitativo previa la licenza della S. Congregazione del B. Governo, che produrrebbe di grano circa quarte cinque, minuti circa quarte tre, castagne circa quarte sei.*

Ex his igitur deliberandum erit num locus esse videatur dismembrationi Pareciæ, seu potius aliis modis incolarum comodo consulendum sit. Profecto Tridentinum *Sess.* 21. *Cap.* 4. *de Reform.* jubet Episcopis, ut in iis parrochialibus = *in quibus ob locorum distantiam, sive difficultatem Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina officia audienda accedere non possunt novas Parochias etiam invitis Rectoribus constituere possint* = Hæc omnia incommoda in casu concurrunt, & præterea in Oppido S. Gregorii multi destituti Sacramentis decessbrunt. Absurdum quoque videtur, ut, dum Ecclesia Parrochialis, in qua asservatur SS. Sacramentum Eucharistiæ, maneat in Fleno, Parochus in Farno resideat. Ex quibus videtur facienda dismembratio, prout in similibus terminis definivit S. Congregatio *in Lunen. Sarzanen. Dismembrationis* 8. *Martii*, & 27. *Septembris* 1732., & *in Asculana Dismembrationis* 11. *Aprilis* 1739. Verum cum Dismembrationis remedium in subsidium adhiberi soleat, cum alia deficiant media, quibus saluti animarum prospici possit, ut statuit S. Congregatio *in Derthonen. Dismembrationis* 5. *Aprilis* 1732., & *in Ancoritana Dismembrationis* 12. *Februarii nuper elapsi anni* inquirendum erit de iis mediis, quæ ut superius dixi, Eminentissimus Episcopus proponit.

Observat siquidem = *Fleni Oppidum uti alias diximus me-*

medium veluti inter Farnum, & S. Gregorium positum est, atque ab hac Villa paucis supra mille passibus distat nullo torrente, aut flumine interiecto. Porro si Farni Parecia uti erat antiquitus relinquatur, & Fleni Cappellanus residentialis statuatur cum facultate Sacramenta administrandi, aliquo tamen Matricitatis jure penes Farnensem Parochum relicto illius opera Incolæ etiam S. Gregorii uti possent. Id enim si presient, difficultates viarum, atque alia incomoda, ex quibus divisionem a Farni Parecia expostulant, penitus excluduntur. Cappellanus enim Fleni constituendus congruam suam reciperet & a S. Gregorii Incolis (qui partem in Cappellanum Fleni, partem in Parochum Farni conferre possent) atque ut nunc ab hominibus Fleni, ac demum sibi ex frumenti rubro, quod annuatim dicto Parocho tradebatur, medietatem retineret. Hoc quidem satis equum per se videtur, cum Farni Parochus, si qua redituum parte spoliatur, labore etiam atque incomodo vacat, speciali videlicet animarum cura pro Oppido S. Gregorii.

Animadvertendum tamen est, quod Gregorienses allatis testibus juratis probant, quod hyemali tempore impervius sit accessus etiam ad Flenum, cum nives per turbinem exagitatæ ad extremum fere discrimen perducant itinerantes a S. Gregorio ad Flenum, vel a Fleno ad S. Gregorium. Inutilem proinde esse dicunt operam Cappellani Curati, qui in Fleno maneat, cum nihilominus, & Sacris carere & Sacramentis destitui in ipso mortis articulo cogerentur. Hinc etiam atque etiam Præsbiterum expostulant, qui in eorum Villa resideat.

Non repugnat Eminentissimus Episcopus, sed tamen necessarium esse putat, quod Gregorienses = *Si suum desiderant Cappellanum eum censibus ad vitam necessariis provideant. Idque sane nondum præstiterunt. Nam quod paucos assignent proventus, id quidem ad rem non pertinet. Pars enim in veteri congrua ad Parochum pertinente includitur, atque hæc penitus tolli nequit ob gravem Farnensium inopiam, pars etiam inter bona communitatis recensentur, quæ non sine opportunis fa-*

facultatibus in Cappellanum transferri possunt . Cum igitur eo in loco bona pro Cappellani substentatione adhuc desint ejus erectioni locus esse non videtur . Qua de causa cæteris etiam attente consideratis , cum aliquo modo S. Gregorii Fidelibus succurrendum sit, opportunior mihi ea res videtur , ut cum Fleno in sacris conjungatur, & ab uno , eodemque Sacerdote eadem Villa administretur .

Dubium proponitur .

An & quomodo sit locus dismembrationi Pareciæ , seu potius deputationi Coppellani Curati in casu &c.

Non proposita cum sequenti .

VELITERNEN. REDUCTIONIS . Capitulum Terræ Norbarum , quod constat Archipræsbitero , & tribus Canonicis postulat reductionem Missarum & Anniversariorum ex eo , quod plures census,qui erant dati in fundum horum legatorum extincti fuerunt in totum, vel in parte restituta sorte in Schedis nummariis *di Cedole* , *ed Assegnati* quæ in communi naufragio perierunt . Rogatus de sua Sententia Emus Episcopus transmisit notulam Censum extinctorum,quam hic trascribendam duxi . *Ses.25. cap.4 de Reform.*

„ *Censi estinti in Assegnati = Marianna Casciano estinse*
„ *sc.20. provenienti dal legato di Arcangelo Trocchi =*
Geltrude Coll' invitti estinse scudi 25. provenienti dal
„ *legato di Giuseppe Trocchi = Antonio Zavalli estinse sc.*
„ *49. 50. proveniente dai legati di Filippo Diani , Pie-*
„ *tro Carlo Vitelli , Francesco Saverio Prosseda = Cano-*
„ *nico Giuseppe Maria Coll' invitti estinse sc.45. prove-*
„ *nienti dal legato del Canonico Giulio Coll' invitti =*
„ *Giuseppe Coluzzi estinse scudi 20. provenienti dal le-*
„ *gato di Barnaba Coluzzi = Totale in Assegnati scu-*
„ *di 159. 50.*

„ *Censi estinti con Cedole = Giuseppe Carozzi estinse sc.10.*
„ *provenienti dal legato di Egidio Bianconi = Paola*

„ *Diani estinte scudi* 20. *provenienti dal legato di Pru-*
„ *denzia Salvati* = *Ottavio Cassoni estinse scudi* 35.
„ *provenienti dal legato di Cammilla, e Caterina Ari-*
„ *stotile* = *Totale in Cedole scudi* 65.

„ *Censi estinti senza potersi ritrovare la provenienza* = *in*
„ *Assegnati Francesca Mazzoli estinse scudi* 7. *Giusep-*
„ *pe Tessitore estinse scudi* 10. *Giuseppe Galloni estin-*
„ *se.* 7. *Biaggio Avvisati estinse scudi* 5. = *In Cedole* =
„ *Giuseppe Carozzi estinse scudi* 15. = *In moneta ca-*
„ *lante* = *Gaspare Prosseda, e Francesco Mattocci*
„ *estinsero scudi* 15. = *Totale d'estinzioni senza prove-*
„ *nienza scudi* 59.

„ *In tutto Censi estinti scudi* 283. 50.

Preterea hæc in Informatione refert = *Totalis legatorum summa ad scuta* 1270. *pertingebat, unde Capitulum annuum percipiebat fructuum scutorum* 114. *propterea quod antiqui census ad usuram scutorum octo, vel etiam novem pro quolibet centenario constituebatur. Cum autem ex deperditis Capitalibus scuta* 283. & 50, *nunc deficiant, deficit pariter annuus fructus scutorum* 28. 93. $\frac{1}{2}$ *plus scilicet, quam quinta pars antiqui fructus. Onus missarum hactenus celebratarum erat* 254. *sine cantu,* 75. *vero Anniversariorum cum cantu. Proportione igitur habita ad quintam circiter partem censuum deperditorum, quinta pariter Missarum dictarum pars sive cum cantu, sive sine cantu demenda foret, quæ quinta pars* 60. *circiter Missarum numerum adæquat. Nullus vero est, qui supplere teneatur. Cum enim censuum debitores representata sive pecunia adulterina, sive tessaris nummariis principalem sortem extinxerint, censitique fundi immunes, ac liberi remanserint non videtur cogi ullo modo posse ad supplementum. Porro totalis, qui nunc residuus est Censuum fructus summam efficit scutorum* 247. 56. $\frac{1}{7}$ *Elemosina vero manualis ad obolos quindecim aucta est, unde novum reductionis motivum exurgit. Quoad præteritum vero integre, & religiose missarum onera sunt adimpleta,*

His auditis die 11. *Maii anni proxime præteriti* rescriptum fuit = *Doceat de actuali reditu super extanti, & de onere cujusque legati in specie, in quo partialis contigit extinctio* = Sed cum fundationum tabulæ delitescant,

la-

latet omnino, qui reditus sint unicuique legato. Onera vero Missarum, quæ gravabantur census extinctos hujusmodi sunt, prout habetur ex transmissa notula = *Dal legato di Giuseppe Trocchi messe numero dodici* : *Dal legato di Filippo Diani Messe sei*. *Dal Legato di Francesco Saverio Prosseda messe tre* : *Dal Legato di Patrizio Vittelli Messe quattro* : *Dal Legato del Canonico Don Giulio Coll'invitti, che lasciò alla Chiesa il fruttato d'annui scudi* 16. *Messe sei* : *Dal legato di Prudenza Salvati Messe quattro* : *Dal Legato di Cammilla Aristoteli Messe cinque*. *Dal Legato di Caterina Aristoteli Messe quattro*. *Dal Legato di Barnaba Coluzzi Anniversarj tre* = *In tutto Messe numero* 47. = Ex massa vero Capitulari, quæ Predia possidet, & Census adhuc vigentes redeunt unicuique Canonico scuta annua quadraginta = *detratti tutti gl' oblighi, e pesi Canonicali*.

Tum ob imminutum legatorum fundum, tum ob auctam elemosinam manualem Capitulum postulat reductionem Missarum. Si enim extinctis censibus in Schedis nummaris ammissa est quinta pars, & ultra fundi, qui legatis subiiciebatur, si aucta est elemosina manualis ad obulos *quindecim*, sane emolumentum non respondit oneri, & Missæ reducendæ videntur, ut sæpe alias Sac. Congregatio definivit, & precipue in *Placentina Reductionis Onerum* 8. *Februarii* 1794. Sed ignoratur qui fundus, quique reditus unicuique legato assignatus fuit ita ut tuto sciri non potest, utrum pro implendis legatis adhuc supersit, quantum satis sit. Hoc evenit quia fundationum tabulæ desiderantur, & confusio, sive commixtio sequuta sit fundorum legatorum. Quare si Capitulo incumbebat diligenter singulas fundationes segregare, & cuique fundos proprios assignare; profecto nequit reductio concedi, ne Capitulum ex propria negligentia lucrum consequatur.

Deinde si respiciatur ad fundationes, quæ diminutionem fundi tulerunt, reducenda essent Missæ *quadraginta septem*, si vero ad fructus diminutos censuum extinctorum reductio caderet super Missis *sexaginta*. Tenue sane videtur onus si dividatur inter quatuor Capi-

pitulares, a quibus singulis Missæ *quindecim* ad summum essent celebrandæ, quæ ad manualem scuta duo, & obulos 22.½ requirerent. Dum itaque incertum est, num unumquodque legatum diminutionem tulerit, ut tantum non supersit, quantum pro oneribus requiritur, dum singuli Capitulares habent annua scuta quadraginta detractis oneribus, dum exiguum est onus missarum celebrandarum, sane videtur deneganda reductio.

Hinc Dubium.

An sit locus reductioni in casu &c.

Die

Die Sabbathi 4. Februarii 1804. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua præter alia, proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ASCULANA DISMEMBRATIONIS. In hac causa, quæ pertinet ad Folium præteritæ Congregationis Oppidani S. Gregorii distribuent EE. VV. impressum *Memoriale*, ut a vobis exorent, quod Parochus in eorum Villa constituatur. Ex testibus probant, quod alias deputàtus fuit in eadem Villa Cappellanus, qui consentiente Parocho Farni usufruebatur fundis ad Paræciam spectantibus. Afferunt vero acta publici Consilii, in quo novam decimam prędialem solvere promittunt, ut novus Parochus congruam habeat. Dubium proponitur. *Sess. 21. cap. 4. de Reform.*

An, & quomodo sit locus dismembrationi Paræciæ, seù potius deputationi Cappellani Curati in casu &c.

Negative ad primam partem, affirmative ad secundam juxta modum, nempe deputato Cappellano Curato in Villa S. Gregorii cum congrua ab incolis assignanda, & ab Emo Episcopo approbanda, & cum facultate tam Cappellano Fleni, quam S. Gregorii administrandi Sacramentum Baptismi, & associandi cadavera.

VELITERNEN. REDUCTIONIS. *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

An sit locus reductioni in casu &c.

Negative.

PI-

Sess. 24. cap. 9. de Reform.

PISAUREN. BENEPLACITI. Ad reparandam fatiscentem Parrochialem Ecclesiam Oppidi Montis Birotii ex Rescripto *diei* 12. *Februarii* 1803. hujus Sac. Congregationis coacti fuerunt Patres Eremitæ Congregationis B. Petri a Pisis, qui in eodem Oppido habent Conventum S. Marci, ut per sexennium rependerent annua scuta 250. in causam reparationis Ecclesiæ, ut patet ex *Folio* 12. *Februarii* 1803. in quo relata fuit causa *Pisauren. Reparationis super executione Decreti*, in qua Patres Eremitæ frustra hanc præstationem refugere contenderunt.

Quoniam vero præstatio annua scutorum 250. per sexennium attingit summam scutorum 1500. postulant nunc Patres Eremitæ, ut sibi liceat unica solutione integram summam persolvere. Quod, ut facere possint petunt Beneplacitum pro alienandis octo Prædiolis, quæ a Perito ab Episcopo ex officio deputato, æstimata sunt sc. 1440. scilicet *il Podere Combarbio* æstimatur scuta 350.. *Il Podere il Molino* scuta 119.23. Alterum *Podere Combarbio* scuta 178. 75.. *Il Podere Monte Marino* scuta 275. 60.. *Il Podere le Pendici* scuta 202. 25.. *Il Podere il Maggio* scuta 150.. *Il Podere Monte Rigo* scuta 90.. *Il Podere Rosina* scuta 115., ex quibus fundis redeunt quotannis scuta *quinquaginta quatuor*. Ad implendam vero summam scutorum 1500. postulant præterea facultatem incidendi arbores in aliis fundis extantes, incisasque vendendi.

Episcopus hæc omnia probat = *Utilis quidem est*, inquit, *petita alienatio si considerentur expensæ quibus gravatur Cœnobium in eorumdem Prædiorum cultura, cum sint nedum exigua, verum quoque disjuncta simul, & dissita. Rursus utilior est, si perpendantur fructus, quibus brevi tempore Oratores gaudebunt investiendo depositum ab ipsis quotannis effomandum pro reintegratione sumptus expositæ alienationis. Re quidem vera statuendum putarem, quod annuatim quinquaginta scuta ab iisdem Patribus deponenda forent, unde patet, quod duodetriginta annorum spatio perfecte integretur alienatio, de qua loquimur. Nedum Superioris Generalis, omniumque interesse habentium requisivi sententiam, verum etiam perscrutavi quidnam sentiret prædictæ Congregationis Definitorium. Stetit pro alienatione, & Resolutio PP. Montis Birotii in speciali Congre-*

gregatione super hoc habita , & Votum Superioris Generalis , qui asserit Definitorium ex indulto Apostolicæ Sedis , in sui ipsius ventre consistere · Nemo quidem ambigit quod tollerabilior sit fructuum amissio in scutis 54. consistens , licet ad longius spatium protracta quam elargitio scutorum 1500. infra sexennium implenda . His itaque mature perpensis quantum in me est libenter Patruum preces admitto .

ex necessitate censenda est alienatio bonorum Ecclesiæ,ut perescribit *Extravagan. Ambitiosæ* reiicienda videretur PP. Eremitarum Instantia cum necessaria non detegatur petita alienatio . Ipsi enim in reparationem fabricę Ecclesiæ dare debent annua scuta 250. ut proinde damnum afferret alienare fundos , quando ex fructibus præstandum est contributum . Sed cum Episcopo ponderandum est , quod PP. Eremitæ intra sexennium dare debent scuta 250. , & grave illis esset annua scuta 250. subministrare . Facilius igitur perferre possunt hoc onus,si alienatis fundis unica solutione summam scutorum 1500. præstent . Nam facto annuo deposito scutorum 50. alienatum capitale reintegrabunt .

Dubium est .

An , & quomodo concedendum sit Beneplacitum in casu &c.

Affirmative pro alienatione octo Prædiorum tantum, depositis quotannis scutis 50. ad effectum investiendi favore Conventus usque ad reintegrationem docto , ad quem effectum scribatur Episcopo pro affixione Edictorum tam divisim , quam conjunctim cum solitis clausolis .

MELEVITANA SUSPENSIONIS . Lautentius Farrugia Religiosus Professus magistralis obedientiæ S. Ordinis Hierosolimitani se Messanam contulit , & a Locumtenente Magni Prioris Messanensis impetravit litteras dimissoriales directas Episcopo Oppidi in Calabria,a quo Sacros Ordines suscepit.Redux hinc in Insula Melitæ suspensus fuit ab Episcopo , qui putat ordinibus initiatum fuisse *Farrugium* contra ac S. Canones præscribunt . Qua ex re implorat nunc Farrugius ab hac S. Congregatione rehabilitationem a suspen-

Sess. 6. cap.4. de Reform.

spensione inflicta ab Episcopo Melitensi. Auditus est uterque Episcopus Melitensis, & Oppidensis. Ille ex rationibus inferius recensendis concludit = *Oratoris precibus pro petita dispensatione non annuerem, nisi peracta prius ab eodem salutari aliqua pœnitentia, & postquam consisterit ipsum novo vitæ instituto idoneum fieri ad Sacra digne peragenda*. Episcopus vero Oppidensis multa affert, ut Farrugium a malitia, & dolo abesse demonstret, & ordines rite suscepisse, unde ejus precibus favet = *cum ex litteris dimissoriis licet eruere bonam vitam, famam, ætatem, scientiam, ac cætera, quæ S. Canones requirunt ad S. Ordines suscipiendos*.

Ex decreto S. Congregationis lato *die* 15. *Maii* 1596. probante sa. mem. Clemente VIII. constitutum fuit = *Superiores Regulares posse suo subdito itidem regulari, qui præditus qualitatibus requisitis ordines suscipere voluerit, litteras dimissoriales concedere ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius Monasterii in cujus familia, ab iis ad quos pertinet, Regularis positus fuerit, & si Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes ad quemcumque alium Episcopum, dum tamen, & ipsi Regulares non distulerint de industria concessionem dimissoriarum in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus vel abfuturus, vel nullas esset habiturus ordinationes*. Quod Decretum confirmatum est in Constitutione sa. mem. Benedicti XIV., quæ incipit *Impositi nobis* data *die* 27. *Februarii anni* 1746., in qua præterea monentur ii, quibus hæc prævilegia pertinent = *ut non sine justa causa, & extra debitas circumstantias pro libitu ipsis utantur* = & tandem jubet, ut *eorum Ordinum Regularium Privilegia firma, & rata esse volumus, quibus ab Apostolica Sede reperitur indultum, ut eorum Alumni a quolibet Catholico Antistite ipsius sedis gratiam & communionem habente, ordinari valeant, dummodo hujusmodi privilegia post Tridentinum Concilium; & ipsis Ordinibus nominatim, atque directe, non autem per communicationem concessa fuerint*.

Hinc deducit Episcopus Melitensis, quod Magnus Prior Messanæ non poterat litteras dimissorias Farruggio concedere ad Episcopum *Oppidanensem*, cum ipse numquam a Melita abfuerit; & Sacras semper habuerit Ordinationes. Quamquam enim ex altera posterio-

ri

ri Constitutione sa. mem. Benedicti XIV. , cujus initium = *Inter illustria* = edita *die* 12. *Martii anni* 1733. concessum sit Cappellanis professis in S. Ordine Hierosolimitano , ut Sacros ordines a quocumque catholico Antistite suscipere possint ; attamen expresse cavetur, ut observandum sit Decretum Clementis VIII., & Constitutio = *Impositi muneris* = . Quare concludit Episcopus Melitensis,quod fraudem fecerit Farruggius his Constitutionibus , cum numquam a proprio Episcopo susceptionem ordinum postulaverit,& a Diæcesi profectus sit,ut ordines ab exteruo Episcopo susciperet, quibus initiatus statim in propriam Diæcesim remeavit. Ex discessu autem,& reditu satis indicat Farruggius se examen pertimuisse , vel etiam dubitasse , ne a Sacris ordinibus depelleretur *ob vitæ institutum , & exteriorem personæ cultum Secularium potius , quam viri religiosi proprium* .

Episcopus vero Oppidensis observandum proponit , quod instante olim Magno Ordinis Magistro *Levesque de la Cassiere* san. mem. Gregorius XIII. in Constitutione incipiente = *Exponi nobis nuper fecisti* = jussit , ut si forte Equestris Hierosolimitanus Ordo ab Insula Melitæ demigrare cogeretur , Sacèrdotes , & Cappellani, qui in Ecclesia Conventuali Melitensi manerent , omnino subiicerentur etiam in spiritualibus Magno Messanensi Priori . Unde infert , quod occupata Melita ab exteris copiis Farruggius , qui in Ecclesia inserviebat , subjectus erat Magno Priori Messanensi , adeoque dolo caret , si relicto Episcopo Melitensi , se contulit ad Magnum Priorem tamquam suum Superiorem , a quo Dimissorias suscipere debebat . Magnum vero Priorem dimissorias dare potuisse , ad quemcumque Episcopum contendit Farruggius ex Constitut. Pii IV. , quæ incipit *Circumspecta* vulgata *die* 1. *Julii* 1560. , in qua Ordini Hierosolimitano concessit = *exemptionem , & liberationem , ita quod Magistri , Bajulivorum , Priorum , Præceptorum , & dicti Hospitalis Fratres Cappellani a quocumque catholico Antistite sub Romanæ Sedis obedientia constituto sacros Ordines etiam extra tempora a jure statuta tribus diebus festivis suscipere possint* . Quod tamen privilegium concessum fuit ante Concilium Tridentinum , & Decretum Clementis VIII. superius relatum .

Ex his in utramque partem allegatis , deliberare debent

EE. PP. bene ne, an male Farruggius ordines susceperit ab Episcopo Oppidensi. Quandoquidem putent, quod suspensio ab Episcopo Melitensi rite inflicta sit, tum videndum erit in II. Dubio, num concedenda sit Farruggio rehabilitatio. Antistes Melitensis putat ei esse imponendam salutarem pœnitentiam, & quod necessaria scientia ab eo sit comparanda.

Duo proponuntur Dubia.

I. *An sit servanda suspensio in casu &c.*

Et quatenus Affirmative.

II. *An, & quomodo sit concedenda rehabilitatio in casu &c.*

Ad I. Affirmative.

Ad II. Recurrat commendatus ab Episcopo, & peracta pœnitentia, nec non ad mentem. Mens est, quod Episcopus referat, utrum Orator post ordinationem ministraverit, & celebraverit.

Sess. 22. cap. 9. de Reform.

MONTIS FALISCI. In ædibus Farnesianis, quæ Oppidum Gradularum ornant., Pater Danieli fundavit domum PP. Oratorii S. Philippi Nerii, & in causam dotis nonnulla prædia assignavit ea interposita conditione, ut ad suos reverterentur hæredes, si tempus adventaret, quo pia Oratorii domus supprimeretur. Cum in proxima *Visitatione* Emus Episcopus rationes ejusdem domus extricasset, novit eamdem ære alieno implicatam. Decretum igitur tulit, ut è religiosa domo omnes abirent præter unum Præsbiterum, & Laicum, unde divinus Cultus in Ecclesia exerceri posset, & præterea administrationem tamdiu concredidit duobus Præsbiteris Secularibus Canonico Manni, & Canonico Capotosti, quamdiu ex reditibus percipiendis debitum omne solidassent.

Sed ne hæredes Fundatoris Danieli, qui nunc sunt ex Familia Licca putassent religiosam domum esse suppressam, & locum fore bonorum reversioni, idem Emus Episcopus a SSmo imploravit, ut authoritate sua probaret ea, quæ ipse de administratione hujus domus religiosæ constituerat, quin hæredes Fundatoris ad reversionem contendere possent. Precibus hujusmodi a SSmo ad hanc Sac. Congregationem remissis rescriptum fuit die 10. Septembris proxime præteriti = *Non expedire* = Percontatus a me est Emus Episcopus ratio-

tionem, cur preces rejectæ fuere, eamque non aliam fuisse respondi, quam incongruum videri, ut a Regularibus Præsbiteris in Seculares regularis Domus Æconomia translata fuisset. Sed urgente iterum Emo Episcopo, ut ea quæ ipse in Sac. Visitatione edixerat probarentur, preces remissæ eidem fuere pro Informatione = *Auditis præsertim Præsbiteris Oratorii per secreta suffragia, & Deputatis Administratoribus in scriptis, transmissa fundatione* =

Quibus in suo Voto satisfacit hisce verbis = *Profecto fundationis exemplar, cum nequeat sine gravibus sumptibus comparari, iis arbitror mihi parcendum, ea etiam ratione, quod illius particula bonorum reversibilitatem ad hæredes decernens perspecta cuivis est, & explorata, meaque fide existimem satis confirmari. Quodnam porro sit de ejusdem domus statu administratorum judicium ex adjecta eorumdem Epistola facili negocio percipient EE. VV. Bona tamen EE. VV. venia dixerim: Philippinorum memorati Oratorii sententia frustra expostulatur, quos certe putandum est fore contradicturos.*

Porro Administratores in Epistola, de qua Emus Episcopus mentionem facit in sua Informatione, hæc affirmant = *Che tutta l'entrata di quest'Oratorio consiste in soli scudi 200. al più, senza badare ai casi fortuiti; Sono essi inabilitati affatto a ricuoprir l'ordinaria uscita, che v'è di scudi 360. almeno per il mantenimento DI SEI INDIVIDUI del dett' Oratorio, esclusa la spesa necessaria per la loro Chiesa. Oltre a ciò minacciando una ruina universale il grandissimo Palazzo di dett' Oratorio, di cui se ne paga alla Camera l'annuo Livello di Libre dieci di Cera; essi Amministratori non hanno, come potervi riparare, trattandosi di una spesa, che sul momento vi occorre di scudi 479. 84., non compresa quella de' Falegnami ristretta a scudi 33. 50., a forma delle due Perizie, che s'umiliano all'Eminenza Vostra Rma. Finalmente essendo ridotte le Vigne ad uno stato veramente deplorabile, in guisa che per ripiantarle in tutte le parti necessarie vi vuole la spesa di scudi 300., come rilevasi dalla terza Perizia umiliata parimenti all'Eminenza Vostra; essi Amministratori hanno il dispiacere di non poter per mancanza di ogni mezzo ripristinare ora ciò chè forma il migliore, ed il più essenziale capo dell'entrata di quest' Oratorio. Non occorrendo poi di*

ricordare all' Eminenza Vostra , che quest' Oratorio è gravato del debito di scudi 333. 20., siccome lo liquidò Ella stessa nella circostanza , in cui venuta ultimamente in Sagra Visita passò a destinare al dett' Oratorio i sottoscritti Amministratori ; e non occorrendo di parlar delle altre annue spese , che vi sono , e per le tasse Comunitative , e per la Dativa reale , ed altro consistente in scudi 23. , è una vera dimostrazione , che non è possibile di poter andar più innanzi , di poter continuare una Amministrazione così laboriosa , e di poter sostener più a lungo il suddett' Oratorio , se non si viene alla creazione di molti enormissimi debiti, senza speranza però di poterli mai estinguere , continuando a camminarsi sull' inevitabil passato , e presente sistema =

Proposita hæc instantia fuit per summaria præcum in Congregatione diei 17. Decembris nuper elapsi , & EE. PP. rescribere censuerunt = *Audiantur PP. Oratorii Gradularum juxta mentem , id est per Epistolam D. Secretarii* = . Hinc ut habui in mandatis interrogavi eosdem PP. Oratorii , qui mihi folium remiserunt, quod cum oculis EE. VV. subiciendum esset , idcirco putavi instantiam *in Folio* describere . Fatentur quidem PP. Oratorii , quod eorum Domus ære alieno subiciatur,sed hæc quoad Administrationem observanda proponunt .

Per dimostrare potersi continuare nello stato , che si ritrova la famiglia , ch' esiste , benchè la Casa sia nelli addotti bisogni , ci giova indicare , che i suoi Individui sono soli trè Padri , ed un Secolare in qualità d' Inserviente , cioè il Canonico Donati Prevosto , il Canonico Catalucci , ed il Sacerdote Domenico Fioravanti : onde trovandosi così diminuito il numero degl' Individui , con le rendite anche accresciute nell' aver pigionato gl' Economi le stanze servibili del vasto Palazzo dell' Oratorio , che risultano le risposte a qualche provento considerabile ; questa providenza reca non poco sollievo al mantenimento degli Individui , ed al riparamento della Casa , e Campagna . Le spese poi annualmente occorrenti , fattone un minuto calcolo , possono ascendere a circa scudi 70. , ò 80. , compresi anche i Cibarj dell' Operaj , come più chiaramente rilevasi dallo Specchio , e Libro de' Conti ; mentre la spesa quotidiana per gl'Individui , è di soli bajocchi venti al giorno di grasso , usan-

usandosi la minestra per lo più di pane, e nei giorni di magro provedendosi circa due libre di finca, e non sempre pesce del valore di 5., ò 6. bajocchi alla Libra. Se poi s'accusi ritrovarsi beni rustici oltremodo deteriorati, può riconoscersi il loro stato dall' attestato segnato segnato lett. B., in cui risulta lo stato passato, e presente. Ci sorprende l' accusa dell' imminente total ruina del vasto Palazzo Farnese, e forse la perizia, che ne sarà stata fatta del suo stato, poichè si suppone esagerata, ed in pochi anni, senza pregiudizio dell' Individui, con poca spesa, possono effettuarsi l' opportuni ripari, che non consistono in altro, che in rinnettere al suo antico sesto le pietre in una parte cadute, che servono per solo ornamento della mole; mentre il forte delle muraglie è consistente, e non v'è pericolo di ruina. Non è credibile, che da noi fosse abitata una Casa, che si ritrovasse in tal situazione, che riputiamo sicura, essendo stata nei tempi passati in peggior stato, risarcita poi in due lati perfettamente, come ocularmente si vede. Può persuadersi il nostro Emo Vescovo, che con il tempo, anche breve, e con la pazienza, potrà a tutto ripararsi, quando dall' Economi si voglia a poco a poco adempirsi, senza farsi veruna innovazione, e quando si degni Iddio mandarci stagioni propizie; mentre la Casa con le sue annue rendite, può sicuramente riuscirvi. Potrebbe sospendersi il rimpiazzo di qualche individuo, che venisse in appresso a mancare, mentre tutti sono i presenti in età avanzata, e ciò per facilitare la spesa, che vi occorrerà.

Periti vero, de quibus in relato folio mentionem faciunt PP. Oratorii referunt = Detta Vigna, ed Alboreto annesso lo riconosciamo, e consideriamo deteriorato, a motivo, che detto Alboreto, e sue filagne nè sono state scacchiate, nè raccolte, e perciò giudichiamo, la mancanza di questo necessario lavoro essere pregiudiciale. In quanto alla Vigna la riconosciamo deteriorata per non essersi stata messa neppure una propagine, ed essere stata mutata faccia alle due filagne, che formavano l'ornamento della vasola maggiore nel piano del poggio di detta Vigna, con levare lo steccato, ch'era per sostegno delle Viti di più archetti, ed al presente ridotte ad un solo archetto, motivo di meno fruttato. Crediamo ancora, che possa succedere maggior pregiudizio per essere tutte le fratte intorno dissipate, ed in se-

seguela tutta la p ossessione esposta alli danni del bestiame, ed a piacimento di chi vuole danneggiarla, sembrando essere senza padrone .

Ex his dignentur EE. PP. deliberare .

An ,& quomodo sit probandum Decretum S. Visitationis in casu &c.

Ad mentem .

Ses.24.cap. 9. de Reform.

MONTIS POLITIANI SERVITII CHORI . Ab immemorabili tempore extant in Cathedrali *Montis Politiani* præter Canonicos Præbendatos etiam Canonici Honorarii,de quorum origine,& fundatione non satis constat ; Nam incenso tabulario Ecclesiæ plurima vetusta documenta interierunt . Fertur tamen hujusmodi Canonicos *honorarios* institutos fuisse ad augendum servitium Chori , cum Præbendatorum Canonicorum exiguus esset numerus. Suspensi tamen fuere Honorarii ab ultimo Episcopo,sed instante Capitulo ab hodierno reintegrati ad augendum SS. Functionum decorem , hac tamen lege , quam a vobis confirmatam cupit , ut in Sacris constituti esse debeant. Canonici honorarii habent Stallum in Choro , & iisdem utuntur vestibus , ac cæteri Præbendati . Carent tamen Canonicali præbenda &quotidianis distributionibus , & voce in Capitulo ; Choro intersunt diebus festivis , & in funeribus cæræ distributione participant. Controversia orta est in Capitulo , num Canonici Præbendati possint sibi substituere in servitio Chori Canonicos honorarios , sive in Sacris constitutos sive simplices tonsuratos . Quam controversiam huic Sacræ Congregationi dirimendam detulit ejusdem Capituli Canonicus Thomas Pieri , cujus preces Episcopo remissæ fuerunt , qui Sententiam suam dicit = *Quanto all'imploratu decisione se i Canonici Onorarii possano sostituirsi nel servizio chorale per li Canonici Prebendati , restando così questi liberi dalle puntature trovo esser stato diversa la condotta dei miei Antecessori . Monsignor Antonio Cervini fino dalli 24 Maggio 1699. approvò una tale sostituzione , e fù approv-*

provata anche in seguito, ma da Monsignor Frantesi mio imediato Antecessore fù proibita per l'abuso, che ne derivava. Come diversa è stata la condotta de' miei Antecessori in questo proposito, così diversa è l'opinione de presenti Canonici, ma la diversità dell'opinione non produce scissura. Io crederei che esclusi li giorni festivi si potesse permettere la sostituzione, ma non mai per lungo tratto di tempo, e sempre colla licenza del Vescovo.

Quamquam Tridentinum *sess. 24. cap. 12. de Reform.* jubeat, ut Canonicos *omnes divina per se & non per substitutos compellantur obire officia*; attamen ex æquitate introductum est, ut qui sunt de Capitulo possint se ad invicem substituere, ut declaravit Sac. Congregatio *in Eugubina 15. Decembris 1605. Lib. 10. Decret. pag. 142.* Quare eo redire videtur quæstio, num Canonici honorarii sint proprie de Capitulo ita ut ab aliis præbendatis substitui possent. Si = *non potest esse Canonicus sine prebenda* = secundum Doctrinam *Fagnani in cap. Cum Ferrariensi num. 17. de Constit.* videtur, quod proprie non sint Canonici, & habeant nomen re vacuum, ut tradit *Abb. in Cap. 1. de Præben. Ceccoper. Lucubrat. Canon. lib. 1. tit. 14. num. 7.*

Ponderandum tamen est, quod ex consuetudine licebat in Cathedrali Montis Politiani Canonicos honorarios substituere. Id quod petitum fuit ad precidendos abusus. Videant EE. PP. num servanda sit hęc consuetudo, cui plurimum est deferendum in hac materia *Monet. de distribut. quotidian. part. 2. quæst. 1. numer. 10. Formosin. ad cap. 9. de Constit. quest. 1. n. 40.* Abusus vero tolli possunt eo *modo*, quem proponit Episcopus, ne scilicet hæc substitutio fiat ad longum tempus, & sine licentia Episcopi.

Dubium est.

An & quomodo Canonici honorarii in Cathedrali Montis Politiani substitui possint in servitio Chori ab aliis Canonicis præbendatis in casu &c.

Negative.

NUL-

Ses. 24. Cap. 12. de Reform.

NULLIUS TRIUM FONTIUM MASSÆ CAPITULARIS. Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Pontiani constat Archipræsbitero, & sex Canonicis, qui originem ducunt ex triplici, distinctaque fundatione. Nam cl. me. Cardinalis Alexander Farnesius hanc Collegiatam erexit, & bona assignavit, quæ diu ab Archipræsbitero, & duobus Canonicis possessa fuere communiter juxta legem ab Eminentissimo Fundatore indictam in Fundatione die 20. Octobris anni 1577. Sed sub initio prox. præt. Seculi divisa communi Massa Præbendam sibi constituerunt suo lubitu administrandam. Duo alii Canonicatus ex Fundatione de Alexandris, itidemque duo ex fundatione de Dominis, omnes separatas quoque possident prebendas. Nunc huic S. Congregationi preces nomine Capituli oblatæ fuere, in quibus postulabatur, ut ex singulis præbendis Massa communis efformaretur, cujus reditus æque inter omnes Capitulares dispertiretur.

Sed Eminentissimus Abbas, cui preces delegatæ fuere Capitulum audivit, cujus maxima pars negavit, se preces exhibuisse, & confectioni Massę omnino repugnavit. Hæc innixum rationibus, quia utilior præsumenda est separata administratio, & legitima auctoritate inducta, dum a communi Massa recesserunt veteres Canonici minime contradicentibus Abbatibus, & quia nova Beneficia sunt Juris Patronatus, & suos habent ex fundatione peculiares fundos. Nihilominus idem Eminentissimus Abbas censet = *utique optimum factu fuisse præbendas omnes, tum vetustioris, quam recentioris institutionis ad Massam communem redigere, & ita consulto, ut omnes Canonici pari, & æquale ex eodem unius ejusdem Ecclesiæ servitio emolumentum accipiant. Nam modo aliqui satis pingue obtinent aliqui vero valde exiguum, & labori, & necessariis vitæ subsidiis longe impar consequuntur. Utrum vero expediat id statim decernere Canonicis fere cunctis invitis, vel potius deceat hujusmodi consilium ad aliud tempus differre, utrum saltem præstet Massam communem indicere quoad præbendas primæ institutionis, quoniam ad has, quod attinet, non liquet quo jure Canonici a Massa communi ab ipso institutore sancita desciverint, ad EE. VV. declarare pertinebit.*

Vi-

Vicarius denique Abbatialis in Folio, cui se refert Eminentissimus Abbas narrat ex divisione evenisse Præbendarum deteriorationem, quia exortis litibus, ut quisque sumptibus parceret, jura Præbendæ suæ deseruit ; nominationem vero duorum Canonicatuum pertinere Abbati, unius Capitulo, & alteriusGenti de Alexandris, quibus nil interest, an divisim, vel conjunctim Præbendarum bona administrentur.

Massa communis primævis Ecclesiæ institutis apprime convenit. Tunc enim Clerici in commune vivebant, & eisdem de necessaria substentatione ex pecuniis Ecclesię providebatur, ut *ex Can.* 22., *&* 24. *Caus.* 12. *quæst.* 1. Sed immutata temporum conditione ntilius visum est Massam dividere, & præbendas constituere, ne ea quę communiter possidentur, communiter etiam negligantur, ut definivit S. Congregatio *in Firmana* 11. *Julii* 1801. Videant igitur EE. PP. num expediat Massam communem præscribere in eoCapitulo, in quo licet ab initio inter primos Canonicos constituta fuisset ; attamen in desuetudinem abiit, ita ut postea ex particularibus fundationibus novæ Præbendæ adjunctæ sint, quorum possessores Massæ repugnant ; & quatenus eam præscribendam duxerint, sive pro Canonicatibus primæ erectionis, sive pro omnibus, dignentur statuere, an per unionem in vacationibus pinguiorum Præbendarum salvis juribus præsentium Canonicorum, vel alio modo nunc Massa communis fieri debeat.

Dubium est.

An, & quomodo sit conficienda Massa communis in casu &c.

Negative.

Sess.25.Cap.9. de Reform.

MATHILICEN. Quę possidebat in Territorio Mathilicensi bona Joannes Bezzi Tolentinas, omnia tam Urbana, quam Rustica vendidit cuidam Philippo de Sanctis. Cum autem inter cætera bona haberet etiam Sacellum quoddam sui Juris Patronatus, sive quoddam Altare Sanctæ Luciæ Virginis, & Martyris nuncupatum cum adnexa sepultura in Ecclesia Cathedrali Mathilicæ; seorsim convenerunt, ut idem Philippus emptor acquireret quoque Jus Patronatus dicti Sacelli, & Sepulchri, & pro eorumdem materiali id pretii solveret, quod habiles Periti constituissent. At cum de re sacra ageretur, omnia prævio Apostolico Beneplacito perficienda esse statuerunt. Ut hoc igitur obtineatur, dictus Joannes Bezzius hanc Sacram Congregationem supplex adit.

Vicarius Generalis Mathilicensis hæc refert: *Veritati innititur, quod exposuit Joannes Bezzi in suis precibus, idest existere Altare sui Juris Patronatus sub invocatione S. Luciæ Virginis, & Martyris, ac sepulchrum in Cathedrali Ecclesia hujus Civitatis. Publicum Instrumentum confectum esse constat ex copia particulæ, quam EE. VV. Reverendissimis humiliter exhibeo. adest consensus Capituli, unde existimo hujus rei veniam Oratori posse concedi.* Ex hac particula eruitur, pactam inter Partes fuisse omnium Bonorum, ut dictum est emptionem, venditionemque, sed nec verbum quidem invenire est quoad Juspatronatus Altaris, & Sepulchri, ideoque nullius super illud adhuc perfectus videtur singularis contractus.

Jus quidem Patronatus per se ita singulariter sumptum vendi non potest, immo directa venditio est omnino illicita, & invalida *Cap. 16. de Jurepatronatus*. Hoc Jus enim spiritualitati adnexum, reique sacræ nefas est vendi eo quod simoniam sapiat, adeo ut venditor subjaceat excommunicationi ex *Sententia Sac. Conc. Trid. Sess. 25. Cap. 9. de Ref.*, & uterque contrahens Jure Potronatus ipse facto privatur *Barbosa in Cap. Quia Clerici n. 2., & de Offic., & Potestate Episcopi par. 3. Alleg. 71. num. 35.* Potest tamen Jus Patronatus vendi non per se tantum singulariter sumptum, sed quodammodo accessoriè, si vendatur Universitas bonorum, cui adnexum est quoque Jus Patronatus.

Cap.

Cap. ex litteris 7. , Cap. Cum sæculum 13. de Jur. Patronat. Reinfestuel. lib. 3. Decret. tit. 38. numer. 3. .

Nostro igitur in casu, quod pertinet ad juspatronatus, cum ejusdem venditio præcipua facta non sit, sed generàlis omnium bonorum, non requiri videtur beneplacitum, dum juspatronatum transit una cum universitate bonorum vendita a Jo. qui jamdudum alibi domicilium habet, & ideo cuncta bona existentia Mathilicæ vendit. Quoad vero materialem venditionem sacelli, & sepulturæ a simoniæ periculo prorsus distare videntur contrahentes eo quod ante contractum de beneplacito Apostolico obtinendo curam potissimum adhibuerint. Accedit ulterius Capituli consensus. Petitam insuper veniam tribui posse authumat Episcopus.

Dubium sequitur.

An sit concedendum Beneplacitum in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

RAVENNATEN., ET FOROLIVIEN. TRANSLATIONIS LEGATI MISSARUM. Duo distinta legata Missarum implenda sunt ab Equite Juliano Monaldini, quæ a suis majoribus relicta fuerunt. Alterum ab Opizone Monaldini in testamentariis tabulis *anni* 1653. ab ipso scriptis, in quibus jussit, *che dall' infrascritto mio Erede, e dopo di lui dagl' altri successivamente sia mantenuta la Chiesa posta nella Villa di San Marco, & in quella il giorno della Festa del glorioso S. Giuseppe titolo di detta Chiesa, ed il giorno della Festa di S. Anna siano fatte celebrare almeno Messe cinque per ciascheduna, ed il giorno di S. Gioacchino una, o due messe, e tutte le Domeniche, e Feste di precetto dell'anno, e della Beatissima Vergine etiam, che non siano commandate, una messa per l'anima mia, & il verno non potendosi per qualche accidente di fiumane, e strade cattive celebrare nella suletta Chiesa, si celebrino in Duomo all' Altare, che sarà nella mia Cappella con applicare il sagrificio sempre per l'anima mia, ed il giorno della Festa di S. Ursicino altre cinque Messe* *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

in detta Chiesa del Duomo,ed Altare di detta mia Cappella con intenzione come sopra .

Alterum vero legatum a Monaldino Monaldini in codicillis *diei* 22. *Augusti anni* 1678. hisce fuit conceptum verbis = *Che li medesimi suoi Eredi siano obligati perpetuamente , & perpetuis futuris temporibus far celebrare nella Chiesa posta in luogo di sua abitazione detto la Voltazza una Messa ogni Domenica delli mesi di Maggio , Giugno , Luglio , Agosto , Settembre , & Ottobre , e degl'altri sei Mesi nelle Domeniche,e feste di precetto nella Cappella di sua Casa in Duomo , dove sarà sepolto il suo Corpo con applicare il sagrificio per l'anima sua , e delli suoi parenti .*

Legatum in rurali Ecclesia S.Marci relictum ex Rescripto Sanctissimi per organum hujus S. Congregationis edito *diei* 18. *Martii* 1767. translatum fuit ad Ecclesiam Metropolitanam Ravennæ,& ad Altare S. Ursicini . Eques Julianus Monaldini , qui Opizonis , & Monaldini hæres extat,postulat ab hac S. Congregatione , ut legatum a Monaldino relictum in Ecclesia *della Voltazza* transferatur pariter ad altare S. Ursicini in Ecclesia Metropolitana Ravennæ . Ita autem translationem postulat,ut Missæ ex utroque legato liberæ celebrentur sine distinatione diei festivi attenta Sacerdotum deficientia , qui ad ruralem Ecclesiam accedant . Auditus primum est Episcopus Foroliviensis sub cujus Diœcesi jacet Ecclesia *della Voltazza* , a qua transferendum esset legatum .

Hic translationi favet . Affirmat enim,quod Sacerdotum deficientia in hac Diœcesi , & præsertim ruri satis superque experientia comprobatur,ex quo nuper factum est , ut elemosina Synodalis , quæ erat unius julii ad quindecim obolos aucta sit diebus pro fœstis, quo remedio ne consultum quidem incomodo est in Civitate . Aucta itaque elemosina per Oratorem , tamen ægre admodum ne dicam omnino , inveniet in posterum , qui onus in se recipiat . Ex translatione vero nullum detrimentum Populi commodo importabitur , immo teste Parrocho maxima spiritualis utilitas . Quia æstivo tempore , nihil negotii erit ruricolis si ad plebalem potius se conferant . Contra vero dum celebratur Populi pars in ea degens vicinia numquam ad Parœciam

ac-

accedit S. Concionem, & *cathechesim* auditura. Ex quibus Parochus S. Blasii in Roncalesi intra cujus Paræciæ limites sita est Ecclesia *la Voltazza* in scriptis translationi missarum assentitur, eamque exoptat.

Ex iisdem rationibus Archiepiscopus Ravennatensis probat translationem Legati, quæ utilem quoque esse dicit Metropolitanę Ravennatensi, ad quam translatio fieret. Sed multa habet quoad *modum* faciendæ translationis. Negat enim quod missæ, quæ nunc celebrentur ad Altare S. Ursicini transferri debeant ad dies feriales, cum vergat in detrimentum Ecclesiæ Metropolitanæ. Cęterum putat juxta novas Preces Oratoris Monaldini, quod utrumque legatum pium impleri possit a Monacho Prospero Monaldini Equitis Juliani Cognato, qui inter publica rerum discrimina deserere coactus fuit Benedictinorum familiam, in qua erat adscriptus. Concludit itaque, quod Oratori concedenda sit translatio *duratura donec Sacerdos Prosper Monaldini vixerit, & non aliter, ut adimpleat memorata Missarum onera ad altare S. Ursicino dicatum in hac Ecclesia Metropolitana diebus etiam profestis decem mensium cujuslibet anni, ita tamen ut singulis diebus Fœstis Missa ad idem altare celebranda minime deficiat, ac per duos menses residuos in Oratorio domus extra Urbem positæ, ubi idem Julianus una cum Uxore rusticari hactenus consuevit*.

Postulatur translatio Missarum ob defectum Sacerdotum, qui ad ruralem Ecclesiam *della Voltazza* accedant. Ob difficultatem inveniendi Sacerdotem concedendam esse translationem firmat *Nicol. Lucubrat. Canon. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 15., & definivit S. Congregatio *in Papien. Oneris Missarum* 12. *Decemb.* 1733. Et quamquam Episcopus Foroliviensis affirmat, quod Eques Julianus Monaldini auxerit eleemosinam supra manualem, & nihilominus ægre Sacerdotes invenerit, qui vellent ad ruralem Ecclesiam accedere; attamen observandum est quod onus celebrationis Missarum injunctum est, hæredibus nullo assignato fundo; unde Orator cum de proprio teneatur ex doctrina *Benedict. XIV. de Synod. Diœces. lib.* 13. *cap. ultim.* §. 22. ita debet augere elemosinam, ut Sacerdotes, qui celebrent, inveniantur ut statuit S. Congregatio *in Sutrina Cappellaniæ* 18. *Aprilis* 1795. *ad V. Dub.*

Ar-

Archiepiscopus tamen Ravennatensis proponit quod concedi possit translatio, ut opituletur Presbitero Prospero Monaldini, qui pro temporum conditione paupertate laborat, cum coactus fuerit relinquere religiosam familiam, in qua professus erat. Deinde putat quod translatio quoque missarum fieri debeat ad dies feriales, dumodo tamen in diebus festis semper Sacrum ad altare S. Ursicini celebretur.

Ex his deliberandum proponitur.

An, & quomodo sit locus translationi Missarum in casu &c.

Die

Die Sabbathi 10. Martii 1804. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

MATHILICEN.
An sit concedendum Beneplacitum in casu &c. *Sess.25.Cap.9. de Reform.*

Dilata, & ad Mentem, & Mens est, quod exhibeatur Instrumentum generalis venditionis, & si quis est contractus peculiaris.

RAVENNATEN., ET FOROLIVIEN. TRANSLATIONIS LEGATI MISSARUM. *Sess.25.Cap.4. de Reform.*
An, & quomodo sit locus translationi Missarum in casu &c.

Affirmative servata tamen celebratione diebus festis ad formam fundationis.

PERUSINA EMPHYTHEUSIS. Vacante anno 1800. urbana Parœcia *S. Crucis* Civitatis Perusiæ, cujus jus nominandi Vicarium pertinet ad Monachos Olivetanos Eugubii, Sacerdos Aloysius Panichi Parochus conterminæ Parœciæ *S. Antonini* ægit apud eosdem Monachos, ut unionem vacantis Parœciæ *S. Crucis* obtineret. Hæc enim recensebat familias *sexdecim*, & animas *septuaginta sex*; illa vero *S. Antonini* laribus *viginti septem*, & capitibus *octoginta* constabat. Hinc unus Parochus utramque regere poterat, & cumulatis utriusque congruis satis habebat, unde viveret. Instante itaque Panichio Abbas Generalis Olivetanorum *Sess.25.Cap.11 de Reform.*

as-

assentitus est unioni Paræciarum, & cessioni bonorum, & supellectilium, quę ad Ecclesiam S. Crucis spectabant. Sed hanc conditionem cessioni interposuit = *Reservatis favorabilibus licentiis S. Congregationis, & Episcopi Perusini audito nostro Capitulo consensum præstamus unioni &c. reservatis tamen aliquibus Sacris Suppellectilibus Ecclesiæ S. Crucis, Ecclesiam vero materialem, domum parrochialem, & hortum, si Eminentissimis Dominis, & eidem Dominationi suæ Reverendissimæ placuerit, cedimus Comiti Longaro degl'Oddi, hoc tamen pacto, ut tibi, tuisque successoribus pro canone annuatim solvat scuta decem monetæ romanæ* =

Hisce compositis inter Panichium, & Monachos, isti preces SANCTISSIMO dederunt pro impetrando Apostolico Beneplacito, tum pro unione, tum etiam pro cessione Ecclesiæ, domus, & horti favore Comitis *degl'Oddi*. Commissa hæc res est huic S. Congregationi, quæ rogavit sententiam Episcopi. Cum autem ex *Informatione* compertum esset, quod Ecclesiæ demolitionem meditabatur Comes degl'Oddi rescriptum fuit *diei* 11. *Julii* 1801. = *Facta per PP. Olivetanos favore Paræciæ, & Parochorum pro tempore S. Antonini cessione Ecclesiæ S. Crucis, domus, & hortuli pro gratia unionis juxta petita, in reliquis providebitur* =

Tum Monaci recusare cæperunt se cessionem facturos juxta S. Congregationis Rescriptum: scilicet negabant velle se Ecclesiam, domum, & hortum cedere Parocho S. Antonini, sed in Emphitheusim dare Comiti *degl'Oddi*. Hinc reclamavit Panichius ad Sacratissimum Principem pro exequutione unionis, delegatusque ad hanc S. Congregationem impetravit Rescriptum diei 7. *Novembris* 1801. = *Scribatur Episcopo, qui procedat ad exequutionem Rescripti S. Congregationis diei* 11. *Julii proxime præteriti cum facultatibus ejusdem S. Congregationis non attenta quacumque inhibitione, nisi signata manu Sanctissimi, & de resultantibus certioret*. Nihilominus Monaci in proposito perstiterunt, & prorsus alieni a cessione novum Vicarium Curatum ad Paręciam *S. Crucis* præsentare curabant. Oportuit itaque Panichio iterum ad S. Congregationem confugere, ejusque novis precibus Rescriptum fuit die 19. *Decembris* 1801. = *Pro Gratia unionis juxta petita arbitrio Episcopi comprehensa favore Paræciæ*

Parochorum pro tempore S. Antonini cessione Ecclesiæ S. Crucis, domus parrochialis, & hortuli cum cæteris omnibus bonis, oneribus, & honoribus ad eamdem Pareciam S. Crucis spectantibus.

Nondum tamen finis. Nam & ipsi Monaci preces obtulerunt S. Congregationi, ut impetrarent, quod unio, & cessio perficeretur iis conditionibus ab ipsis in præstando consensu interpositis. Sed S. Congregatio Rescriptum precibus Monachorum dedit sub *die* 20. *Martii* 1802. = *Firma remanente unione ad formam Rescripti diei* 19. *Decembris proxime præteriti cum cessione favore Paræciæ, & Parochorum pro tempore S. Antonini Ecclesiæ S. Crucis, domus parrochialis, & hortuli, in reliquis pro facultate juxta petita arbitrio, & conscientiæ Episcopi*. Tandem exequutioni commissa sunt, quæ semel, iterum, tertio S. Congregatio mandaverat, & ex Decreto exequutoriali Episcopi Perusini *diei* 13. *Januarii* 1802 Parochus Panichius possessionem nactus est Ecclesiæ S. Crucis, horti, & annexæ domus. Hanc statim incolere cæpit, cum illa quæ adhæret Ecclesiæ S. Antonini incommoda sibi esse videretur, & inclementi aeri exposita.

Non acquieverunt tamen Monaci nec post factam unionem, & cessionem. Nam contendere cæperunt, quod Ecclesia S. Crucis, domus parrochialis, & hortus in Emphiteusim dandus esset Familiæ *degl'Oddi*. Qua de re preces iterum exhibuerunt, quæ demissæ sunt Rescripto diei 15. *Maii* 1802. = *Lectum, & uniatur* = Nonnullis interpositis mensibus Comes Longarus degl'Od, di S. Congregationi supplicavit pro impetranda perpetua Emphiteusi Ecclesiæ S. Crucis, domus, & horti quemadmodum Monaci statuerant, & S. Congregatio in superius recitato Rescripto *diei* 11. *Julii* 1801. separato examini reservaverat sub clausula = *In reliquis deinde providebitur* = Exquisita est Informatio Episcopi *audito præsertim Parocho Paniehi*. Sed hic aperte negavit assensum præstiturum Emphiteusi, ne deserere cogeretur domum, quam ei ad habitationem necessariam esse dicebat.

Antistes vero Perusinus censuit utilem esse Emphiteusim, quia Comes de Oddis spondebat manutentionem Ecclesiæ, celebrationem Missæ festivæ, & canonem solutarum favore Paræciæ in annuis scutis *viginti*, quod satis respondebat æstimationi domus parrochia-

lis, & horti a Peritis statutæ in scutis 729. 62. Dissensum vero Parochi nihili faciendum esse putabat Episcopus, tum quia Monaci sub hac Emphiteusis conditione in unionem consenserunt; tum quia Parochus ipse eamdem Emphiteusim probavit, antequam unionem, cessionemque obtineret, tum demum quia non est *de arbitratu Parochi domum parrochialem, & residentialem variare, & ab Ecclesia vere principali distanter abire. Optime juris quidem providentia, & universalis consuetudinis ordo exposcit quamlibet Paræciam suam domum habere adhærentem, ut Parochus pro tempore nulla interposita mora præcipue in casibus inopinatis ad eam promptum habeat accessum ad Sacramenta ministranda.*

Ex his censui causam ad Folium ablegandam per Rescriptum diei 11. *Februarii* 1803. *Ponatur in folio*, ut EE. Patruum sententiam rogarem. Sed Comes *degli Oddi* preces Summo Pontifici dedit pro impetranda hac Emphiteusi, et ex *Audientia Sanctissimi* diei 28. *Maii* 1803. prodiit Rescriptum = *Sanctissimus Litteras Apostolicas expediri mandavit, quibus Episcopo Perusino committeretur, ut veris existentibus narratis, & constito sibi de evidenti Ecclesiæ utilitate, petitam retrocessionem Ecclesiæ, annexæque domus, & hortuli pro suo arbitrio, & coscientia favore Oratoris, ejusque Successorum in Emphitheusim perpetuam concedere possit, & valeat, pro annuo Canone scutorum viginti in moneta aurea, vel argentea libera, & immuni ab omnibus oneribus, & impositionibus ordinariis, & extraordinariis præsentibus, & futuris, & cum aliis pactis &c. præsita tamen per eumdem Oratorem obligatione in forma juris valida de supplendo suis sumptibus perpetuæ manutentioni Ecclesiæ S. Crucis, ejusque suppellectilium, nec non perpetuæ celebrationi Missæ in populi commodum in eadem Ecclesia omnibus diebus festis, etiam novissime a S. M. Pio VI. reductis, translatis ejusdem Ecclesiæ S. Crucis perpetuis oneribus ad Ecclesiam S. Antonini, insertis in instrumento elevatione Mappæ, & descriptione confinium per Bullas.*

Curabat Comes degl' Oddi expeditionem Litterarum Apostolicarum in Dataria. Sed Panichius *Nihil transeat* interposuit, & ab Auditore SSmi citationem specialem obtinuit, ut executionem *Rescripti SSmi diei* 28. *Martii* 1803. impediret. Hinc frustra contradicente

Co-

Comite de Oddis Auditor SSmi ex Decreto diei 17. *Augusti* 1803. = *Remisit causam ad Sac. Congregationem Concilii cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis* = =. Constituto ad hanc diem vadimonio uterque litigans sua jura deducit in *Allegationibus* distribuendis.

Hæc in *facto* enucleate narravi, ut EE. PP. singula innotescerent, quæ hanc quæstionem præcesserunt. In *jure* vero plura tractantur in *Allegationibus* hinc inde exhibendis, quarum hæc sunt summa capita. PANICHIUS arguit Rescriptum obreptionis, & subreptionis, nec proinde exequendum esse contendit. Nam in precibus SSmo oblatis reticitum esse dicit *a Comite degl' Oddi*, quod a Sac. Congregatione Concilii jam esset rejecta petitio Emphitheusis, quod Panichius domum parrochialem possidebat, & incolebat, quod demum numquam assensum Emphitheusi præstitit, immo aperte repugnaverat. Rursus reprehendit Comitem de Oddis, quod falso narraverit Pontifici utilem futuram Emphytheusim Parocho. Nam hoc modo privatur novis ædibus parochialibus, quæ aeris clementia saniores sunt, quam illæ adjacentes Ecclesiæ S. Antonini, neque Canon scutorum *viginti* adæquat valorem domus, & horti, quæ duo multo pluris valere ait, quam a Peritis æstimata fuere. Quare si Pontifex annuit *veris existentibus narratis, & constito de evidenti Ecclesiæ utilitate*, omnino revocanda est gratia, quæ falsa nititur expositione factorum, & vergit in damnum Ecclesiæ, ut ex *Text. in Cap. Ex parte de Rescript.* tradit *Reinffestuel. in Jus Canon. Lib.* 1. *tit.* 3. §. 6. *num.* 141.

COMES DE ODDIS contra hæc opponit, quod numquam a Sac. Congregatione rejecta fuerit proposita ab Olivetanis Emphytheusis. Nam hęc ejus mens fuit; ut primum expleretur unio, & cessio Ecclesiæ, domus parrochialis, & hortuli, & quoad Emphitheusim = *deinde providebitur* = ut ex Rescripto diei 11. *Julii* 1801. Contendit præterea, quod Panichius repugnare non possit nunc huic Emphytheusi, cum & sciverit ante impetratam cessionem, quod Olivetani in prestando consensu hanc Emphytheusis conditionem interposuerint, & ipse nedum tacite, sed etiam expresse, & per epi-

stolam hanc conditionem probaverit. Tandem Comes *de Oddis* negat ullam subesse causam, cur Panichius repugnet. Nam habet domum parrochialem apud Ecclesiam S. Antonini in qua semper decessores Parochi diversati sunt; quin ex aeris inclementia eorum valetudo in discrimen venerit.

Ex his, aliisque multis alternatim disputatis dignentur EE. PP. deliberare.

An Rescriptum diei 28. *Maii* 1803. *sit exequendum, ita ut sit signanda supplicatio in casu &c.*

Affirmative in omnibus.

*Ses.*25. *cap.*5. *de Reform.*

FULGINATEN. CAPPELLANIARUM. Geminas Cappellanias, seu = *due Officiature perpetue con il peso di due Messe la settimana per ciascuna Officiatura nella Chiesa di S. Maria Maggiore* Oppidi Hispelli postremo testamento anni 1694. reliquit Medorus Constantini. Ad utramque vero Cappellaniam ipse testator nominavit unum, alterumque simplicem Sacerdotem, eorumque nominationem in posterum addixit Sodalitio SSmi Sacramenti Hispelli. Hanc vero legem Testator dedit = *Che sempre le nomine debbano farsi in persone costituite in Dignità Sacerdotale, altrimenti s'intendano nulle, e di niun effetto. Inoltre voglio che li Cappellani nominati, e da nominarsi pro tempore debbano sempre stare al servizio di detta Chiesa di S. Maria, e non continuando detto servizio s'intendano privi di dette Officiature, e la Ven. Compagnia del Santissimo Sagramento debba nominare altri Cappellani.*

Post obitum Fundatoris, & Cappellanorum, qui primi nominati fuere, constat, quod ad annum usque 1744: semper nominati fuerint simplices Sacerdotes; immo exclusi fuere ii, qui Canonicalem dignitatem obtinebant. Non desunt tamen postea exempla, quod Cap-

Cappellaniæ hujusmodi a Canonicis, & Dignitatibus Collegiatæ possessa fuerint. Nam altera ex his Cappellaniis retinuit Presbiter Joseph Bocci etsi postea Canonicatum anno 1755. consequutus est. Sed hoc probatum idcirco fuisse videtur a Sodalitio, quia Boccius peculiaria habebat merita, & ita probatum = *con che però non passi in esempio, & pro hac vice tantum, e che in avvenire non si possa in verun conto permettere* = ut constat ex actibus Comitiorum Sodalitii. Nihilotamen minus etiam Cappellani DD. Joannes Donnola, Petrus Meniconi, & Felix Andreas Magnani in Canonicos ejusdem Ecclesiæ promoti Cappellanias retinuerunt, & tandem anno 1788. ad alteram harum Cappellaniarum a Sodalitio nominatus fuit Prior ejusdem Collegiatæ Aloysius Cesini. Anno tandem 1801. cum vacasset una ex hisce Cappellaniis, eam optavit Canonicus Franciscus Befani, electusque fuit a *vigintiquatuor* Suffragantibus. cum *decem septem* eumdem rejecerint. Ab hac tamen electione reclamarunt nonnulli ex Confratribus, qui putantes *incompatibiles* esse Cappellanias hujusmodi cum Canonicatu, irritam Befani electionem apud hanc Sac. Congregationem reclamarunt.

Auditus est Episcopus, qui censet = *quoad rite servatam in electione formam nulla videtur oriri posse dubitatio, semel ac ex quadraginta, & eo amplius coactis Sodalibus unanimiter in electionem consentientibus unus tantum Canonicus Joseph Zampetti eam differri conclamavit, cujus protestatio tanquam unica, & cæterorum voluntati repugnans jure fuerat reiicienda. Sed etsi dubitatio aliqua extaret, eam nova omnium Confratrum electionis eliminat ratihabitio. Quod autem spectat personam electi Befani, qualitatibus a Testatore requisitis carere sane non videtur. Duo sunt, quæ Testator mandavit nimirum = che sempre le nomine debbano farsi in persone constituite in Dignità Sacerdotale = Item che i Cappellani da me nominati, e da nominarsi pro tempore debbano sempre stare al servizio della Chiesa in S. Maria = Porro Befanius & Sacerdos est, & Ecclesiæ servitio mancipatus. Neque vero Canonicalis, quæ fruitur, Præbenda obicem parare videtur, semelac non unus, & alter ejusdem Ecclesiæ Canonicus, sed, & ipsæ*

ipsæ dignitates hujusmodi Cappellanias obtinuerint, & ipsa nunc prima Dignitas potiatur. Sive enim ante, sive post earum electionem Canonici evaserint, nihil refert ad assertam incompatibilitatem.

Utrinque contradicentibus partibus & impressam *Allegationem* distribuentibus causa proponitur. Negant Confratres reclamantes, quod compatibiles sint Cappellaniæ cum Canonicatibus. Quamquam enim Fundator hoc unum Cappellanis injunxisset: *debbano stare al servizio di d. Chiesa, e non continuando nel servizio s'intendano privi*; attamen ex hoc ipso satis assequitur, quod ipse de Canonicis non intellexit. Inutile enim fuisset, quod privaret Cappellanos *non continuando nel servizio*, si Canonicos deputandos Cappellanos voluisset, cum id fieri non possit, ut Canonici Ecclesiæ servitium derelinquant. Appellant hinc Confratres ad observantiam, ex qua constat, quod semper Cappellani simplices fuerunt Præsbyteri, & vix pauca exempla afferri possunt, quod Canonici has Cappellanias retinuerint.

Befanius vero observat, quod fundator nullum aliud servitium Cappellanis imposuerit præter celebrationem Missarum. Nisi in hoc præstitissent, privabantur Cappellaniis. Quod commune esse cum possit tam simplicibus Præsbiteris, quam Canonicis, non est quærenda detorta interpretatio Fundationis ad inducendam novam voluntatem, quam Testator non expressit. Quare cum celebratio Missarum *compatibilis* sit cum Canonicatu, sequitur, ut ab iis Cappellaniis Canonici depellendi non sint. Maxime cum primi nominati a Fundatore addicti postea fuerint Choro alter in *ordine Diaconatus*, alter in *munere Magistri Cæremoniarum*, nec Cappellaniis privati fuerunt, idcirco, quia chori servitium præstabant, Cum vero in posterioribus vacationibus Canonici *Bocci*, *Meniconi*, & *Magnani* atque Prior *Cesini* has Cappellanias retinuerint licet essent de Capitulo; jam ex hoc constitutus videtur ultimus status, quod ad dirimendas controversias hujusmodi plurimi valet ad *Text. in Cap. Querelam de Elect.* tradit *Rota decis.* 377. *num.* 10. *cor. Celso, decis.* 1437. *num.* 3. *cor. Seraphino*.

Hinc Dubium proponitur.

An

An constet de compatibilitate, ita ut sit servanda nominatio in casu &c.

Affirmative in omnibus.

BRACHAREN. QUOAD EXAMINATORES SYNODALES. Ex Rescripto hujus Sac. Congregationis sub *die* 29. *Novembris* 1800. data est facultas Archiepiscopo Bracharensi, ut extra Synodum XXIV. Pro Examinatores eligere posset *accedente consensu Capituli*. Inter electos adsunt *P. Emanuel Alves* tertii Ordinis S. Francisci, *P. Joachim de Feira,& P.Emanuel d'Aquas Sanctas* ex Minorum Observantium Familia. *P. Joseph Correa, & P. Antonius a Conceptione*, qui Congregationi Oratorii adscripti sunt. Hos Capitulum ne dum reprobavit,sed etiam preces dedit huic Sac. Congregationi, ne sua authoritate probarentur, si Archiepiscopus a denegato Capituli consensu reclamaret. Sed precibus hujusmodi rescriptum fuit *die* 16. *Maii* 1801. = *Habebitur ratio in adventu recursus*. *Sess.24.cap.18 de Reform.*

Reclamante porro Archiepiscopo ab irrationabili dissensu Capituli exquisita est ejus *Informatio* audito Capitulo super *causis denegati consensus*. Sed Capitulum has causas patefacere recusavit Archiepiscopo, qui graviter se conquerens de hac repulsa Capituli longam rescripsit *Informationem* super qualitatibus quinque virorum, qui a Capitulo reprobati fuerunt, & deinde concludit = *Scio EE. PP., scio quibus credidi, scio quibus depositum commisi meum. Valde apti sunt illud servare. propterea de hac electione non timebo in die mala, & de Dei misericordia confidens, ac bonitate securus de illa rationes reddam* = Nihominus Capitulum in scriptis transmisit ad hanc S. Congreg. rationes, cur quinque illos viros reiecerit. In hac dissidentia Archiepiscopi, & Capituli consultus est Nuncius Apostolicus Lusitanię, qui in suo Voto affert hinc inde rationes,& tandem putat *ex hactenus dictis, atque, ex aliis peculia-*

liaribus informationibus a viris omni exceptione majoribus mihi traditis super qualitatibus examinatorum ex elusorum irrationabilis Capituli dissensus mihi esse videtur = Cum Capitulum in nostra Secretaria interposuisset = *Nihil transeat* = censui causam vobis proponere in contradictione Partium. Sed Capitulum nihil adhuc mihi exhibuit, & Archiepiscopus *Allegationem* impressam EE. VV. distribuet.

Ubi sane constet de irrationabili dissensu Capituli, tum Sac. Congregatio sua authoritate probare consuevit electionem examinatorum pro-synodalium non obstante dissensu Capituli, ut docet *Benedict. XIV. de Synod. Diœcesan. lib.4. cap. 7. §.10., & Sacra Congregatio in Montis Alti quoad examinatores Synodales* 23. *Julii* 1803.. Quid vero Capitulum opponat contra quinque Examinatores Synodales recognoscere poterunt tum ex *Folio* a Capitulo ipso transmisso, tum etiam ex Voto Nuncii Apostolici Lusitani. Utrumque enim impressum affertur in *Allegatione* Archiepiscopi. Exceptiones autem contra examinatores deductæ aliæ sunt *juris*, quia scilicet sunt ex Ordine Mendicantium ex quo Examinatores seligi non solent, vel quia non sunt laureati in S. Theologia, aut Jure Canonico. Aliæ vero sunt *facti*, quæ respiciunt defectum scientiæ, & idoneitatis.

Nimius essem si vellem exponere singula, quæ Archiepiscopus deducit, ut ostendat Examinatores a se propositos dignos esse, qui hoc munere fungantur. Hæc ex distribuenda *Allegatione* Archiepiscopi intelligent EE. VV.. Hoc adnotasse sat erit, quod Tridentinum *Sess.24. cap.18. de Reform.* præscribit, ut *sint Examinatores Magistri, seù Doctores, aut licentiati in Theologia, aut Jure Canonico, vel alii Clerici, seù Regulares etiam ex ordine Mendicantium, aut etiam Seculares, qui ad id videbuntur magis idonei*. Quibus ita se habentibus perperam opponitur, quod nonnulli examinatores propositi sint, ex Ordine Mendicantium, cum isti expresse includantur in Decreto Conciliari. Defectus vero Doctoratus tanti non esse videtur, ut idcirco repelli debeant, cum arbitrio Episcopi permissum sit = *etiam, qui nullo gradu est condecoratus, proponere* ut iisdem verbis tradit *Benedict. XIV. de Synod. Diœces. lib.4. cap.7. num.3.*

Hinc dubium proponitur.

An

In constet de irrationabili dissensu Capituli, ita ut eo minime obstante electio P. Emanuellis Alves, P. Joachim de Feira, P. Emanuellis d'Aquas Sanctas, P. Josephi Correa, & P. Antonii a Conceptione sit propanda in casu &c.

Affirmative in omnibus.

SUTRINA. Ab anno 1611. authoritate apostolica erectum fuit sodalitium SSmi Sacramenti in Parrochiali, & Collegiata Ecclesia S. Mariæ in Cælum assumptæ Oppidi Anguillariæ. Tepescentibus postea sodalibus in exercitiis pietatis fere desertum fuit. Sed paucis abhinc annis restitutum est, dum Confratres proprias reassumpserunt vestes, & præterea feretrum sibi fecerunt, ut cadavera associare possent. Controversia hinc orta est cum aliis Sodalitiis Misericordiæ, & Confalonis, quæ asserentes sibi privativum usum feretri turbare cæperunt sodalitium SSmi Sacramenti, quominus cum proprio feretro funera ducere posset. Cujus rei querela cum delata esset ad Sac. Congregationem interrogatus est Episcopus de sua Sententia, qui affirmat, quod SSmi Sacramenti *sodalitas canonicam habuerit institutionem. Verum paucis abhinc annis Sodales post reassumptas vestes Sodalitio congruentes feretrum confecerunt pro Fratrum associatione. Sed huic juri, quod omnibus Confraternitatibus Canonice erectis non denegatur impedimentum obiecerunt aliæ duo Confraternitates Confalonis, & Misericordiæ. Utraque pars sua sindicat causas in foliis, quæ isti Sac. Congregationi subiicio.* *Sess. 22. cap. 7. de Reform.*

Causa disceptanda erat in contradictione partium, & Sodalitium SSmi Sacramenti impressam distribuet *Allegationem*, sed reliqua Sodalitia nihil mihi exhibuerunt. Nihilominus ex *folio* ab Episcopo transmisso eruitur, quod Sodalitium Confalonis, & Misericordiæ nititur antiqua consuetudine, ut sibi asserat privativum

usum feretri in associatione Cadaverum, eoque maxime, quia in Parrochiali Ecclesia propria habet sepulchra, & absurdum videtur, ut associatio facienda esset cum feretro alterius Sodalitii.

Hisce occurrit Sodalitium SSmi Sacramenti in sua Allegatione. Nam semelac canonice erectum fuit habet jus associandi cadavera cum proprio feretro ubi ab hæredibus defuncti sit invitatum, ut docet *Barbos. in Sum. decis. Apostoliv. collect.* 245. *num.* 5. *Nicol. in Flosc. verb. Sepultura num.* 12. *Monacell. form. legal. part.* 1. *in Adnot. ad form.* 11. *tit.* 6. *num.* 8., & Sac. Congregatio *in Bononien.* 28. *Julii* 1724. Contraria vero consuetudo, præter quam nullo documento probatur, non afficeret, quia orta ex eo, quod sodalitium antea non habebat proprium feretrum unde cum redeat ad actus facultativos probandum esset, quod alias Sodalitium SSmi Sacramenti impeditum fuerit, ne feretro proprio uteretur, & impedimento aquieverit. In actibus enim facultativis necessaria est coactio, & aquiescientia, ut induci possit obligatoria, & coactiva observantia ad tradita per Rotam *in Tuden. Servitiorum super bona jure* 29. *Martii* 1757. §. 12. *coram Francipane*, & *in Valentina Transactionis* 12. *Junii* 1757. §. 9. *cor. Canilliac.* Nihil vero commune habet jus sepulturæ cum jure associandi cadavera cum proprio feretro. Alterum enim sine altero consistere potest, & ex eo quod sodalitia Misericordiæ, & Confalonis habeant propria sepulchra pro sepelliendis confratribus, non idcirco sequitur, quod impedire possint Sodalitio SSmi Sacramenti usum proprii feretri in efferendis funeribus.

Dubium sequitur.

An Sodalitium SS. Sacramenti Anguillariæ suo uti valeat feretro in associationibus cadaverum in casu &c.

Affirmative.

Ses. 21. *Cap.* 7. *de Reform.*

RIPANA REÆDIFICATIONIS ECCLESIÆ. Cum in Oppido *Montis Prandonis* Collegiata Ecclesia S. Nicolai esset loco angusta, ornatu sordida, & temporis injuria fatiscens conspirarunt publici Representantes una cum Capitulo, ut illam ampliorem, ornatioremque reædificarent. Peritus Carolus Maggi plantam de-

li-

lineavit, calculavitque expensas ad summam scutorum 5987. 80. Cum vero ex antiqua consuetudine inolevisset, ut sumptus pro Ecclesia fierent pro tertia parte a Capitulo, pro reliquis duobus tertiis partibus a Communitate; hinc Capitulum, ut suæ obligationi faceret satis, nonnullas emit domunculas, quæ circumstabant Ecclesiam, ut hæc ampliari posset. Renuit vero Communitas expensas facere pro reparanda Ecclesia, ut semper antea consueverat. Sed re delata ad S. Congregationem B. Regiminis, hæc dedit in mandatis Gubernatori Asculi *die* 20. *Junii* 1795. ut adigeret Communitatem Montis Prandonis ad præstandam = *la contribuzione, che si deve dalla Communità di Monte Prandone di due delle tre parti dell' occorrente spesa per la riedificazione di quella Chiesa Colleggiata a tenore della passata, ed antica osservanza.*

Nihilominus partim ex negligentia, partim temporum acerbitate res infecta omnino remansit. Quo factum est, ut collabescente in dies Ecclesia, eam Episcopus suspendit, & Capitulum recessit in altera Ecclesia S. Jacobi, ut chori servitium obiret. Sed Communitas preces exhibuit huic S. Congregationi, ut compelleret Capitulum ad reparationem Ecclesiæ ex eo quod divitiis abbundaret, & fundum haberet pro fabrica Ecclesiæ. Exquisita est Sententia Episcopi, qui auditis partibus transmisit plurima documenta, ex quibus concludit, quod semper antea expensas pro reparatione Ecclesiæ factas fuisse constat pro tertia parte à Capitulo, & pro duabus tertiis partibus a Communitate.

Hinc prosequitur = *Priores residentes cum de obligatione Communitatis nequeant inficias ire, onus tamen omne a se abdicare authumant, tum propter deplorandam incolarum paupertatem, tum ex eo præcipue, quod universæ opes publicæ penes Cameram Apostolicam translatæ sunt. Post hæc debacchantur in Canonicos, eorumque, & Ecclesiæ divitias mirum in modum efferunt. Canonici vero quam adamussim respondent. Ecclesiæ divitiæ nullæ sunt præter quamdam, & modicam hæreditatem plurimis obnoxiam legatis, quæ paucis ab hinc annis ex defuncto advenit Antonio Corazza. Quæ autem Priores Residentes commemorant Ecclesiæ bona, ea sunt ex Canonicalibus Præbendis antiquitus excerpta, & de consensu Capitularium in unum prudenter collecta, ut ex iis Sacras reficiant Supellectiles,*

aliisque occurrant impendiis, quin iisdem sing illatim subjaceant Canonici. Porro Præbendæ Canonicales non a Communitate, ut falso asseritur, sed ab Emo Cardinale Orsini an. 1485. *erectæ pro annuo redditu, quod anno* 1733. *summam constituebat scutorum* 44.50., *& nunc aucto rerum pretio ad scuta* 80. *pertingit. Dignentur EE. VV. proferre judicium an ea, quæ a Prioribus Residentibus proferuntur ratione vel minima nitantur, ut propterea preces introclusæ dignæ sint, quæ penitus reiiciantur, & juxta Decreta S. Congregationis B. Regiminis pro duabus partibus ad opus construendam summam necessariam cogatur Communitas persolvere.*

His acceptis epistolis Capitulum *Nihil transeat* apposuit, atque idcirco injunctum est Episcopo, ut mensis tempus præstitueret publicis Residentibus Montis Prandonis, quo sua jura in S. Congregatione proferrent. Sed cum *folium* transmisissent, in quo deduxerunt quidquid sibi prodesse putabant, a judiciali contradictione destiterunt, ideoque causam ex officio proponere curavi, cum Ecclesiæ reparationi prompte consulendum sit.

Quamquam ex Tridentino *Sess.* 21. *Cap.* 7. *de Reform.* sumptus pro reparatione Ecclesiarum primum accipiendi sint ex *proventibus* Ecclesię, deinde a *Patronis*, & *Beneficiatis*, tandem a *Parrochianis*; attamen secus se res habet, si ex inveterata consuetudine ab aliis Ecclesia refici soleat. Ex pluribus vero monumentis, ex testimonio Episcopi, & ex mandatis S. Congregationis B. Regiminis probatum est, quod Communitas Montis Prandonis semper antea pro duabus ex tertiis partibus fecerit expensas pro reparanda Ecclesia. Neque hoc diffitentur publici Residentes, sed in præsens contendunt Communitatem omnino esse hac obligatione solutam, tum quia ipsa impar est hisce sumptibus postquam bona ad Cameram Apostolicam translata sunt, tum quia Capitulum singulis expensis idoneum sit. Nam præter fundum fabricæ Ecclesiæ addictum, redundantiores percipit decimas, ut præbendæ multum auctæ sint, ex quibus Capitulum prestare posset expensas pro reparatione Ecclesiæ.

Sed Capitulum negat, quod si Cammera Apostolica teneat bona Communitatis Montis Prandonis, idcirco ipsa Communitas immunis esse possit a præstandis his expen-

pensis, quibus ex antiqua consuetudine pro reparatione Ecclesiæ subiicitur. Nam ipsa S. Congregatio B. Regiminis jussit anno 1795. præstationem expensarum hujusmodi a Communitate faciendam pro duabus ex tribus partibus. Quare Communitas poterit ab ipsa S. Congregatione exorare modum, quo has expensas suppeditare possit. Præterea Capitulum testimonio Episcopi probat suas præbendas, quæ ex liberalitate cl. me. Cardinalis Ursini anno 1485. fundatæ fuere, nunc singulæ vix attingere summam scutorum *octoginta*. Fundus autem Ecclesiæ coaluit ex bonis a Præbendis excerptis, quæ Canonici in massam posuerunt, ut ex hoc suppeterent sumptus pro sacris utensilibus. Hæreditas vero Antoni Corazza, quæ Ecclesiæ relicta est, quippe legatis gravata, sufficere nequit expensis reparationis Ecclesiæ. Ex quibus deducit Capitulum se obligatum tantum esse ad tertiam partem expensarum prout ex antiqua consuetudine inolevit.

Dubium proponitur.

An, & pro qua rata Capitulum, & Communitas Montis Prandonis teneantur ad expensas reparationis Ecclesiæ in casu &c.

Affirmative pro tertia parte a Capitulo, & pro duabus tertiis partibus a Communitate ad formam consuetudinis.

Ses. 25. cap. 11. de Reform.

PRÆNESTINA AFFICTUS. Bona omnia tam rustica, quam urbana spectantia ad Sodalitium SSmi Sacramenti Oppidi Cavarum conduxit Franciscus Antonius Traversa publico stipulato Instrumento *die* 24. *Decembris* 1802., in quo conventum fuit, ut conductio haberet initium *die* 16. *sequentis Januarii anni* 1803., ut pensio annua rependeretur in scutis 350., ut tandem locatio perseveraret = *sino al compimento di tre anni, con dichiarazione però, che riportandosi il Beneplacito Apostolico s' intenda detto Affitto per anni sei coll' istesso annuo affitto* = Antequam veniret dies 16. *Januarii* 1804., quo die expirabat primum conductionis triennium Sodalitium preces dedit huic Sac. Congregationi, ut beneplacitum ad continuandam locationem ad aliud triennium impetraret, & ejusmodi preces die 17. *Decembris* 1803. remis-

remissæ fuerunt Episcopo pro *Informatione*. Hic censet utilem esse conductionem ad aliud triennium, cum ex præcedentibus locationibus Sodalitium scuta 270., aut 300. nomine pensionis exegerit = *Super expositis* (prosequitur Episcopus) *audivi Conductorem, qui fortiter obstitit prætensæ prorogationi affictus ea de causa, quia memoratum Beneplacitum extitit assecutum tempore, quo ejus obligatio obstricta non manebat, proindeque, cum modo jam cessaverit titulus conductionis, nulla vi cogi posse ad renovationem intendit. Si ab EE. VV. indulgeretur exoptata prorogatio, hæc utique cederet in evidentem causæ piæ utilitatem. Nam oblatio scutorum* 350. *prodiit, quando victualia summo metiebantur pretio, & si nunc bona sodalitatis novæ addicerentur locationi valde minor expectaretur pensio.*

Ne locatio conductio prorogetur ad aliud triennium, opponit Conductor Traversa, quod Beneplacitum obtentum non sit ante quam expiraret primum triennium. Pacto enim conventum est, ut locatio procederet = *sino al compimento di tre anni con dichiarazione però, che riportandosi il Beneplacito Apostolico s' intenda detto affitto per anni sei*. Quare si cessavit primum triennium, quin beneplacitum impetratum sit, si non extitit conditio, sub qua conventa fuit prorogatio affictus; jam conductor ab omni obligatione ulterioris prorogationis liberatus videtur. Observandum tamen est, quod Sodalitium postulavit Beneplacitum antequam die 16. *Januarii* 1804. triennium cessaret. Nam ad hoc impetrandum oblatas preces Sac. Congregatio remisit pro Informatione die 17. *Decembris* 1803. Cum vero pactum de impetrando Beneplacitum non sit conventum intra certam diem, nec adjecta sit conditio resolutiva, sane conductor non posse videtur recedere a prorogatione conductionis, si beneplacitum superveniat, ut tradit *Rot. coram Bichio decis.* 230. *num.* 1., *& in Ferrarien. Exequtionis Contractus* 15. *Maii* 1761. §. 2. *coram Olivatio*.

Cæterum affirmat Episcopus, quod prorogatio utilis sit Sodalitio, tum quia ex præcedentibus locationibur vix scuta 300. in causam pensionis solvebantur, tum quia præsens pensio in scutis 350. constituta est, quando rerum pretia nimium accreverant, itaut si nova ineunda esset locatio, pensio certe quidem minueretur. Constito autem de evidenti loci pii utilitate beneplacitum

tum nunquam denegatur a Sac. Congregatione, ut *in Placentina Beneplaciti* 15. *Maii* 1794.

Dubium est.

An sit locus prorogationi affictus, itaut sit concedendum Beneplacitum in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

SENOGALLIEN. TRANSLATIONIS. Ruralis Parœcia Riparum in duas ab interfluente flumine dispertita est partes. Illa populi pars, quæ est posita ultra flumen ægre præsertim in hyeme accedebat ad Ecclesiam parochialem, quæ stat citra flumen. Pius vir *Pizzicati*, ut huic incommodo subveniret, Ædiculam ædificavit, Cappellanumque constituit Dominicum Danesi Nepotem suum, cui pro patrimonio sacro fundum dedit, eique testamento jussit, ut Presbiter factus curaret celebrationem Missæ in extructa ædicula omnibus diebus festis, & singulis diebus Veneris, atque duorum Sacrorum in Festo S. Titularis. Huic oneri hactenus fecit satis Præsbiter Danesi, sed cum nunc aucta sit eleemosina Missarum, implorat Danesius, ut exceptis diebus festis (in quibus spondet celebrationem Missæ in rurali ædicula nunquam defuturam) in reliquis diebus feriatis Missas transferre, & celebrare possit ubicumque ei libuerit. *Sess.* 25. *cap.* 8. *de Refarm.*

Emus Episcopus hæc refert in sua *Informatione* = *Quantum præteritis temporibus facile erat Sacerdotem invenire, qui ibi celebraret, modo contigit, quod Dominicus Danesi difficilem rem experitur, nempe Sacerdotem indigenam arcessere, qui adaucta etiam eleemosina usque ad obolos* 30. *pro quolibet Missa, ibi ad celebrandum accedere velit. Neque speranda est, quod adaugere eleemosinam amplius Dominicus possit, quia inito calculo per spatium integri decennii, cum redditus Cappellaniæ ad scuta* 40. *annua pertingant, ab expensis usque ad scuta* 50. *attingentibus superantur, & nulli dubium, quin Dominicus Danesi ultra vires impendere cogeretur. Non defui super hoc Riparum Parochum percontari, qui licet dissentiat, tamen quia dissensus irrationabilis est, dum Missæ in diebus festis in ædicula non deficient, in diebus vero feriatis Missarum translationem sine temporis limitatione concedendam esse censeo.*

Tran-

Translatio quidem secumfert commutationem voluntatis, quæ cum semper difficilius concedatur ex *Text. in Can. Ultima Voluntas caus.* 13. *quæst.* 2.; tum maxime cum fundator certam designavit Ecclesiam, in quam præcipua ejus ferebatur devotio, ut definivit Sacra Congregatio *in Casalen.* 15. *Decembris* 1797. Id quod apprime congruit rei nostræ, cum Fundator idcirco ædificavit Ecclesiam, ut ruricolæ sacris interesse possent. Deneganda igitur videretur translatio, a qua dissentitur Parochus, cui ædicula subiicitur. Verumtamen observandum est, an rite Parrochus dissentiatur. Inficiari nequit teste Emo Episcopo, quod difficile nunc sit Sacerdotes invenire, qui ad Sacrum celebrandum accedere velint, & Cappellanus augere non potest elemosinas, ne omnes ammittat fructus ex fundo redeuntes, qui ei in patrimonium sacrum constitutus est. Cum vero ita petita sit translatio, ut diebus fæstis maneat celebratio Missæ in ædicula; jam ex hoc remotum videtur omne populi incomodum. Nam diebus festis necesse est, ut ibi Sacrum conficiatur, quo villici Missam commodius audire possint. In diebus feriatis nemo ad eam accedit, cum rusticis operibus vacent - Dum itaque in substantia servatur fundatoris voluntas, & omne abest populi incomodum Sac. Congregatio translationes Missarum justa subeunte causa concedere solet, ut *in Firmana* 3. *Augusti* 1802.

Quatenus EE. PP. indulgendum Oratori putarent, statuendus erit *modus*, quo translatio concedenda esset. Videant num ad certum tempus, vel danda sit in perpetuum, ut Emus Episcopus putat. Rursusnum saltem in die festo S. Titularis in ædicula relinquenda sit celabratio duorum Sacrorum, ut Testator præscripsit.

Dubium proponitur.

An, & quomodo sit locus translationi Missarum in casu &c.

Die

Die Sabbathi 14. Aprilis 1804. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua præter alia proponentur infrascripta Dubia, juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

PRÆNESTINA AFFICTUS. *Sess.25.cap.11 de Reform.*

An sit locus prorogationi affictus ita ut sit concedendum Beneplacitum in casu &c.

Affirmative in omnibus.

SENOGALLIEN. TRANSLATIONIS. *Sess.25. cap.8 de Reform.*

An, & quomodo sit locus translationi Missarum in casu &c.

Negative in omnibus.

BRACHAREN. QUOAD EXAMINATORES SYNODALES. *Sess.24.cap.18 de Reform.*

Quæsitum fuit in præterita Congregatione: *An constet de irrationabili dissensu Capituli, ita ut eo minime obstante electio P. Emanuellis Alves, P. Joachim de Feira, P. Emanuellis d'Aquas Sanctas, P. Josephi Correa, & P. Antonii a Conceptione sit probanda in casu &c.*, & EE. PP. responderunt *Affirmative in omnibus*. Quamquam Capitulum sua jura non deduxisset; attamen ejus Procurator novæ Audientiæ Beneficium imploravit, sed postea constitutum ad hanc diem vadimonium deseruit. Diguabuntur

EE. PP. reassumere preteritæ Congregationis *Folium* simulque *Allegationem* tum ab Archiepiscopo distributam. Censui autem causam hanc nulla a prima *propositione* interposita mora referre, ne diutius Archiepiscopus careret hisce examinatoribus, cum ob locorum distantiam sero ad ipsum perveniet Decretum hujus S. Congregationis.

Dubium proponitur,

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis.

Sess. 25. cap. 9. de Reform.

SIGNINA SANATIONIS. Delitescit omnino fundatio Cappellaniæ, quæ extat in altare S. Blasii Ecclesiæ Parrochialis S. Petri Oppidi *Montis Lanici*, quæque tenues habet reditus ad summum in scutis 19. & obolis 42., & onera Missarum *triginta tres* in annos singulos; Defuncto Præsbitero Antonio Aquista postremo possessore hujus Cappellaniæ descendentes ex familia Petriconi juspatronatus hujus Cappellaniæ sibi asserebant. Ex his nonnulli scilicet *Angelus*, & *Joannes Baptista Petriconi*, *Palma Fabrizi. Generosa*, *Joanna*, *Angela Petriconi* publico stipulato Instrumento die 16. *Martii* 1793., nullisque adhibitis solemniis juspatronatum, *vendono, danno, cedono e concedono a Placido Mazzetti, e suoi in infinito*, hisce stipulatis conditionibus; ut Mazzettus suo sumptu ageret lites omnes, quæ super jure patronatu intendi possent; ut teneretur ad manutentionem Cappellæ, & implementum legatorum; ut *il Mazzetti sia tenuto nell'atto, che entrerà possessore di detta Cappella per il jus patronato come sopra venduto, e trasferito sborzare alli retroscritti Petriconi scudi sessanta* =

Dum Mazzettus tabularia perquirebat, ut fundationem inveniret, conventam pecuniam solvere distulit. Quare *Angelus*, & *Joannes Baptista Petriconi* licet antea juspatronatus cessissent; nihilominus mœræ pertæsi nominarunt ad hanc Cappellaniam Sacerdotem Ferdinandum Siderati, cui nominationi postea accesserunt *Generosa*, *Maria*, *Angela Petriconi*, & *Palma Fa-*

Fabritii. Antequam Curia Ecclesiastica Signina institutionem concederet, per edicta monuit omnes, ut proferrent si quod jus haberent super patronatu hujusce Cappellaniæ. Tum Placidus Mazzetti coram Vicario Generali Signino adstitit, & interposito *nihil transeat* postulavit, ut aquisitio jurispatronatus servaretur. Contra Patroni insteterunt, ut cogeretur Mazzettus ad solvenda scuta *sexaginta* in Instrumento cessionis conventa, aliter contractus rescinderetur. Iterum Mazzettus producto instrumento cessionis agit pro exequtione, & Vicarius Generalis hoc protulit Decretum *Attentis juribus productis lacerari mandavit appositiones de nihil transeat per quascumque personas in his actis emissas, & instanti* (Mazzetto) *competere jus nominandi ad præfatam Cappellaniam prævio deposito scutorum sexaginta decrevit, & declaravit*.

Statim Mazzettus hanc summam deposuit penes Cancellarium Curiæ Ecclesiasticæ, qui eam distribuit inter quatuordecim personas, qui hoc jure nominandi fruebantur. Nam præter superius nominatos *Angelum*, *Joannem Baptistam*, *Generosam*, *Joannam Petriconi*, & *Palmam Fabrizi*, aderant quoque inter patronos, & descendentes ex familia Petriconi *Francisca Brevetti Petriconi*, *Paschal Jannucci*, *Clemens Acquista*, *Agata Savelli*, *Innocentius Polidori*, *Angelus Michael Petriconi*. Isti omnes depositam pecuniam acceperunt, qui tantiamque emiserunt. Quo facto Placidus Mazzetti præsentavit Fratrem suum Sacerdotem Liborium Mazzetti, eumque probavit Vicarius Generalis Signinus per Decretum latum diei 5. *Aprilis* 1794, *Prævia expeditione Litterarum Institutionum præfatum præsbiterum Mazzetti in possessionem ejusdem Cappellaniæ immitti mandavit*. Hinc a curia Ecclesiastica datæ sunt *litteræ institutionis*, in quibus affirmatur, quod *nominatio nunc ad Placidum Mazzetti pertinet*, & tandem die 9. *Aprilis* 1794. Sacerdos Liborius Mazzetti possessionem Cappellaniæ nactus est.

Hæc omnia patent ex actis Curiæ ecclesiasticæ. Ab hinc semper Sacerdos Liborius Mazzetti pro legitimo Cappellano habitus est a Curia Ecclesiasticę. Nam ei concessit, ut prędiolum ad Cappellaniam spectans in Emphitheusim concederet, ut novemdialea ad honorem Sanctorum *Joannis Nepomuceni*, & *Paschalis Baylon* in Cappella celebraret, & tandem in S. Visi-

tationibus implementum Missarum approbavit. In mentem venit Placido Mazzetti Patrono augere dotem Cappellaniæ ad alia scuta *sexcentum*, precesque obtulit huic S. Congregationi, ut impetraret, quod Cappellania redigeretur *ad statum laicalem*. Auditus Episcopus suffragatus est huic instantiæ, cum deletiscente fundatione incerta esset Cappellaniæ qualitas. Sed cum non constitisset, num in acquisitione juris patronatus facta a Placido Mazzetti intervenisset legitimum Indultum, rescriptum est *die* 18. *Septembris* 1802. *doceat de legitimo indulto* =

Monitus hinc fuit Mazzettus a Curia Ecclesiastica, ut doceret de impetrato indulto. Quare ipse novas preces exhibuit S. Congregationi, in quibus fassus est se hoc indulto carere, & sanationem cessionis postulavit. Iterum exquisita est Sententia Episcopi, ut deputato Curatore futuris vocatis, eoque audito referret de bona fide quoad nullitatem contractus *suspensis interim actis contra Oratorem*. Episcopus transmisit *folium* Curatoris, qui contendit nullum esse contractum cessionis utpote initum cum fœminis neglectis solemniis, simulque damnosum futuris vocatis, quippe qui carent beneficio, ad cujus titulum ordines suscipere possent. Eoque maxime, quia una stirps familiæ Petriconi Viterbii manet, quæ in hanc cessionem assentita non est. Hinc Episcopus in sua Informatione concludit = *Hoc unum est, quod simoniacus contractus emptionis jurispatronatus usque ab anno* 1793. *ab ipso initus non mihi prius innotuit, nisi postquam ab EE. VV. datæ fuerint litteræ pro expetita facultate reducendi Cappellaniam Ecclesiasticam in laicalem. Pro confectione supradicti Contractus inter mulieres, & minores ineundi suum germanum fratrem Notarium accivit Orator, & posthabitis ex industria Juris Ecclesiastici, & Civilis solemnitatibus quæ in contractibus Mulierum, & Minorum intercedere debent, ut omnibus notum est, multoque magis Notariis, contractum ipsum stipulare non erubuit.*

Quibus auditis die 26. *Novembris* 1803. prodiit Rescriptum = *Lectum, & Orator consulat conscientiæ suæ* = Censuit Episcopus publicare anathema contra Placidum Mazzetti, qui absolutionem a SSmo per Rescriptum diei 24. *Decembris* 1803. exoravit. Iterum Placidus Mazzetti supplicavit SSmo pro sanatione aqui-

aquisitionis jurispatronatus. Quas preces cum remissæ essent Emo, & Rmo Præfecto hujus S. Congregationis, hic ex Audientia SSmi diei 21. *Februarii proxime præteriti* rescripsit = *SSmus audita relatione infrascripti Cardinalis Præfecti mandavit, ut docto per Oratorem de legitimo consensu omnium patronorum causa ponatur in Folio, ut S. Congregatio deliberare queat, an sit consulendum SSmo pro sanatione aquisitionis jurispatronatus, de quo in præcibus* = .

Duplici ex capite irrita videtur aquisitio jurispatronatus, tum quia cessio facta est a fœminis, & minoribus nullis adhibitis solemniis; tum quia intervenit pecunia & facta fuit venditio jurispatronatus, id quod reprobatur a S. Canonibus, & præcipue a SS. Concilio Tridentino *Sess.* 25. *Cap.* 9. *de Reform.* Mazzettus in *impresso Memoriale*, EE. VV. distribuendo contendit, quod nunc quærendum non sit de solemnitatum defectu, quæ respiciunt fœminas, & minores. Agere enim poterunt in suo congruo judicio pro irritando contractu, si contra præscriptum legum civilium initus sit. Hoc unum nunc quæritur, num sanandus sit licet cessio stipulata fuerit interveniente pecunia, nec reservato Apostolico beneplacito. Hanc sanationem implorat ex eo quod ipse in bona fide sit. Nam licet in contractu Beneplacitum Apostolicum reservatum non sit, attamen ejusdem exequtionem decrevit Vicarius Generalis Signinus, qui præscripsit, ut Mazzettus depositum pecuniæ conventæ in Instrumento cessionis faceret, eamque inter patronos cedentes distribuit. Quare si Curiæ Ecclesiasticæ decreto confirmata fuit cessio hujusmodi, licet in ejus correspectivitatem stipulata esset pecunia; si ipse pro Patrono habitus est, ejusque præsentatio approbata; jam cum aquirens patronatum in bona fide versetur, vel procul abest simonia, vel aquisitio cæteroquin infecta Apostolica authoritate sananda est, ut tradit *Fagnan. in Cap. Nobis de Simonia num.* 73. *Ferrar. Bibliothec. verb. Simonia Art.* 4. *num.* 18.

Præ munere tamen adnotandum censeo, quod ex Rescripto SSmi diei 21. *Februarii proxime præteriti* imponitur Mazzetto onus docendi *de legitimo consensu omnium patronorum*. Id quod hacteuus non præstitit. Nihil enim aliud mihi exhibuit præter fidem obitus *Clementis Aquista, Dominici Mazzetti, & Magdalenæ*

lenæ ejus filiæ. Rursus induxit testes, ut probaret extinctam familiam *Joannis Baptistæ Petriconi*. Tandem attulit ratihabitionem illius cessionis factam per Apocam privatam sine solemniis ab *Angelo Petriconi*, *Angela*, *& Maria*, *& Michaele Centi*, *Perfecta*, *& Emilia Petriconi*. Deficit præterea consensus illius stirpis Petriconi, quæ Viterbii manet, & proponitur Causa cum Allegatione Instantis, & ignorantibus Curatore, futurorum Vocatorum, aliisque interesse habentibus, nullo eis præfixo termino ad deducendum jura sua in S. Congregatione. Videant porro EE. PP., num bona fides, in qua Mazzettus se esse dicit, satis sit ad convalidandum contractum, qui simoniæ labe infectus est. Proponitur Dubium.

An sit consulendum SSmo pro sanatione aquisitionis juris patronatus in casu &c.

Negative, & Curia Episcopalis, cæterique omnes consulant coscientiæ suæ.

Sess.22. cap.8. de Reform.

BENEVENTANA. Extat in Civitate Beneventi *mons* institutus in expiationem defunctorum, idcirco appellatus *Monte de Morti* quem administrat Sodalitium Deiparæ in Cælum Assumptæ, ejusque procurationi præsunt duo Gubernatores ex confratribus electi ad biennium ut præscribunt Synodales Constitutiones. Horum alter ex cætu nobilium eligitur, qui nunc est *Matthias Roscio*, alter ex cætu populari, qui nunc est *Xaverius Bosco*. Cum nuper obiisset Marchio Joannes Baptista Rotondo, hæredem instituit *Montem mortuorum*, eique injunxit, ut reditus suæ hæreditatis pro triente erogaret in elemosinas pauperum, pro triente in subsidia dotalia, & tandem pro reliquo triente in celebrationem Missarum. Ejus tamen hæreditas multis erat implicata litibus cum Fratria, & Næptibus defuncti Rotondo, quæ partim decisa jam sunt a S. Rotæ Tribunali, partim adhuc exitum expectant, quasque Testator prosequendas jussit, vel componendas arbitrio honestissimi causarum patroni *Iosephi Alexandri Mannucci*, in cujus patrocinium vivens Rotondo sese receperat.

Ve-

Verum ex Rescripto SSmi delegatus est Archiepiscopus Beneventanus, ut *summarie*, & *œconomice* has controversias dirimeret. Quare *Xaverius Bosco* omnes quæstiones tractandas suscepit, ut interesse *Montis Mortuorum* sarctum tectum defenderet. Sed labente anno proxime præterito 1803. expirabat biennium, quo *Xaverius Bosco* munus Gubernatoris exercuerat, & nova facienda erat electio. Hinc nonnulli sodales preces SSmo dederunt, ut *Xaverius Bosco* confirmaretur ad aliud biennium in munere Gubernatoris, quo facilius lites hæreditatis Rotondo extricare posset. Quas preces cum Sacratissimus Princeps remisisset ad hanc S. Congregationem, hæc rogavit Sententiam Archiepiscopi, qui instantiæ repugnat. Licet enim affirmet *præfatum Bosco boni testimoni esse, studiumque in rebus, & causis loci pii defendendis impendisse* =, attamen alios esse ait idoneos iis expediendis negociis. Quare cum hæc prorogatio muneris adversetur Synodalibus constitutionibus, & voluntati majori parte confratruum, qui omnino instantiæ adversantur, censet = *omnem locum libertati eligentium dandum esse, ut adveniente die ad electionem præmore procedentes virum sibi melius visum eligant qui e tot optimæ notæ civibus profecto non deesset*.

Adversatur scilicet maxima pars Confratruum, quia Constitutiones Synodales liberum jus electionis Confratribus tribuunt secundo quoque anno. Ne igitur jus singulorum eligentium lædatur, necesse esset, ut singuli hanc confirmationem postularent, ut tradit *Fagnan. in Cap. Bonæ memoriæ de postuland. num.* 40. Dum itaque maxima pars repugnat, omnino reiicienda videtur alterius minoris partis postulatio, cum nulla subsit causa, cur Synodalibus constitutionibus derogandum sit. Nam Archiepiscopus testatur quod alii sint, qui munus Gubernatoris optime expedire possunt, & idoneum omnino esse alterum Gubernatorem *Matthiam Roscio*, qui licet ætate gravis sit, optima tamen fruitur mente.

Contra hæc alii Confratres postulantes confirmationem *Xaverii Bosco* nituntur exemplis, ex quibus patet Sodales consuevisse confirmare Gubernatores ultra biennium, si pro re nata, id tulerit interesse *Montis mortuorum*. Exempla hujusmodi sunt. *Felix Capobianco*, & *Philippus Filomei* munus Gubernatoris exercuerunt per

per geminum bienninm. *Felix Pallante* per octo annos. *Alesius Macchia* per vicennium. Itaque cum *Xaverius Bosco* honestate spectatissimus sit, ut Archiepiscopus, & octoginta fere testes deponunt, videndum erit an in munere ad aliud biennium confirmandus sit; Quamquam enim alii possunt munus hujusmodi fungi; attamen Xaverius est versatus in litibus extrincandis hæreditatis Rotondo, ita ut facilius, quam novus quisque eligendus Gnbernator, eas dirimet, & interesse montis optime forsitan erit consultum.

Hæc habui, quæ vobis referrem ex Foliis mihi utrinque exhibitis, ut dirimi possit Dubium.

An, & ad quod tempus Xaverius Bosco sit confirmandus in munere Gurbernatoris Montis mortuorum in casu &c.

Affirmative ad bieuninm a die expirati muneris.

Sess.23. cap.1. de Reform.

PATAVINA MISSÆ PRO POPULO. Cathedralis, & Parochialis Ecclesiæ Patavinæ cura geritur per sex Mansionarios Curatos. Quamquam una sit Ecclesia, unus fons, & liber Parrocchialis, unum tabernaculum, & *Sigillum*; attamen Paræcia dispertita est in sex mansiones, quibus singulis unus præcipuus Mansionarius adest Sacramenta ministrans, cathechesim exponens, cæteraque independenter gærens, quæ ad curam animarum pertinent. Cæterum Mansionarii habitare possunt intra limites universæ Paræciæ, præter duos, qui ædes apud Ecclesiam positas habitant, ut nocte intempesta, & casibus inopinis opem infirmis ferre possint. Qui vero ex Mansionariis senior est, quique *Custos* appellatur in tumulatione Cadaverum Psalmos præcinit. Capitulum vero Cathedralis jurisdictionem exercet super universum Clerum eidem addictum. Retinet sigillum, & librum Parrochiale, participat de emolumentis funerum, functiones exercet, jura Paræciæ defendit.

Statuta vero Ecclesiæ præscribunt, ut *curam Parœciæ Ecclesiæ Paduanæ loco Archipræsbiteri exerceant Mansio-*

sionarii. In sacris autem visitationibus Episcopi consueverunt appellare Mansionarios = *legitimos Parochos habentes Mansionarias in titulum*. Hinc Capitulum, quoties Mansionarios præsentat his utitur formulis *Mansionariam, cui cura imminet animarum, tibi qui prævio diligenti examine ad formam Concilii Tridentini habilis, & idoneus ad eam regendam repertus, & approbatus fuisti conferimus, & assignamus*. Et Curia Episcopalis præsentatum a Capitulo approbat his verbis, *ut in Ecclesia Cathedrali tamquam perpetuus Mansionarius Parochus Sacramenta, quæ ad Parochum Mansionarium spectant administrare, & curam animarum exercere possis, & valeas, tibi coram nobis a tribus examinatoribus examinato, idoneo reperto, & approbato, licentiam damus, & approbamus, te monentes, ut pro recta administratione ea serves, quæ in Constitutionibus Sacris Rectoribus Ecclesiarum, & Curatis præscripta sunt*.

Oritur modo quæstio num Mansionarii teneantur ad applicationem Missæ pro Populo, & utrum singuli singulis diebus festis, an saltem per turnum. Negant id Mansionarii, affirmat Capitulum, & alterum in alteros onus hujusmodi rejicit. Consultus est Vicarius Capitularis, qui remisit rationes utrinque in scriptis adductas, & inferius recensendas. Ipse vero putat, quod cura actualis animarum spectet *ad Mansionarios tamquam legitimos Parochos habentes Mansionarias in titulum non veluti Coadjutores Capituli amovibiles. Quo vero ad consuetudinem applicationis Missæ die festo celebratæ pro Populo, nihil aliud addere possum, nisi temporibus præteritis, & modo nonnullos ex Mansionariis etiam nostræ ætatis, recteque conscientiæ semper diebus fœstis de præcepto Missam celebrasse, ac celebrare pro Populo, defectum non advertentes temporibus elapsis Canonici ad hoc deputati Mansionariorum conscientiæ se remittentes*.

Eo redire videtur quæstio num cura actualis Paræciæ Cathedralis Patavinæ resideat penes Mansionarios, vel apud Capitulum. Nam cum ex Tridentino *sess.* 23. *cap.* 1. *de Reform.* ii teneantur pro ovibus suis *Sacrificium offerre*, quibus *animarum cura commissa est*; jam tenentur applicare Missam pro Populo, qui actualem curam exercent, ut declaravit san. mem. Benedi-

ctus XIV. *in Constit.* ædita die 19. *Augusti* 1744., cujus initium *Cum semper oblatas*, & definivit Sac. Congregatio *in Calaguritana Applicationis Missæ pro Populo* 12. *Decembris* 1764., *in Ovaten.* 12. *Januarii* 1774., *& in Tyburtina Applicationis Missæ pro Populo* 21. *Novembris* 1801.

Mansionarii contendunt se esse coadjutores Capituli, qui curam exercet, idque ex hisce conjecturis deducunt. Ajunt Capitulum exercere jurisdictionem supra Ecclesiam Parrochialem, nominare Mansionarios, participare emolumenta funerum, retinere usum stolæ, custodire sigillum, & libros Parochiales, exercere omnes functiones præsertim distributionis Palmarum, & Candelarum, benedictionis aquæ, defendere omnia jura parrochialia. Hisce accedit, quod Episcopi in Sac. Visitationis numquam Mansionarios adegerit ad celebrationem Missæ pro Populo, & Joannes Clericatus in suo Opere *Discordiæ Forenses Discord.* 20. *per tot.* probat, quod penes Capitulum sit Cura animarum.

Ad hæc Capitulum respondit, quod Mansionarii revera habeant curam actualem. Nam tum ex Statutis Ecclesiæ, tum ex Decretis Sac. Visitationum proprii, verique Parochi appellantur. Reque vera ita eis conceditur Mansionaria, ut primum examen subeant ad præscriptum Concilii Tridentini, quod ad veros Parochos pertinet. Nam coadjutores Parochi, nec examen subire debent, & ad libitum removentur. Contra vero Mansionarii Cathedralis Patavinæ Paræciam retinent in titulum, & Sacramenta, curamque animarum independenter gerunt. Quæ vero Capitulum retinet, & exercet ea referri possunt ad curam habitualem, quam solum *Clericatus in loc. citat.* tribuit Capitulo.

Quandoquidem EE. PP. censeant à Mansionariis applicandam esse Missam pro Populo, inquirendum superest, num teneantur singuli unoquoque die festo applicare, seu potius per turnum. Paræcia quidem in sex partes divisa est, quibus singulis unus præcipuus Mansionarius adest ita ut videantur sex Parochi distincti, qui singuli ad applicationem tenerentur. Sed una est Parochialis Ecclesia, unus baptismalis fons, & liber Parrochialis, unum tabernaculum, & sigillum. Quare una videtur Ecclesia Parrochialis, &

uni

unica Missa pro Populo satis habetur, quæ alternatim celebranda est ab iis, qui curam exercent, ut definivit Sac. Congregatio *in Ripana Jurium Parrochialium* 20. *Novembris* 1762., & novissime *in Visen. Missæ pro Populo* 17. *Decembris proxime præteriti*, Quod si hoc onus Mansionariis inesse videatur, sane consulere debent propriæ conscientiæ quoad omissum in præteritum implementum. Quæ omnia pertinent ad *modum*, de quo in proposito *Dubio* quæritur.

Dubium est.

An, & quomodo Mansionarii Ecclesiæ Cathedralis Patavinæ teneantur ad applicationem Missæ pro Populo in casu &c.

Affirmative per turnum, & Mansionarii consulant conscientiæ suæ.

AUXIMANA SERVITII CHORI. Postulantibus Canonicis Cathedralis Auximanæ, ut duobus illis mensibus, quibus a choro vacabant, quotidianas distributiones possent percipere, ac si præsentes essent, annuit Sac. Congregatio *arbitrio tamen Episcopi*, & ea lege, ut *eodem tempore duæ partes ex tribus eorumdem Canonicorum semper inserviant Ecclesiæ, & exceptis diebus solemnioribus, in quibus omnes inservire teneantur*, ut ex Rescripto *diei* 3. *Martii* 1646. *Lib.* 18. *Decret. pag.* 48. Erant tum in Cathedrali duodecim Canonici, quibus ex posterioribus institutionibus alii octo additi fuerunt. Anno itaque 1721. clar. mem. Cardinalis Spada Episcopus Auximanus Synodalem tulit Constitutionem, in qua præscriptum erat, ut inter Canonicos tertiæ partis absentis numerarentur, qui adversa valetudine impediti choro interesse nequibant. Sed hæc lex neglecta omnino fuit usque dum in Episcopatu sederunt Successores Antistites clar. mem. Cardinalis Pippia, & Episcopus Radicati. Vir tamen Episcopalem sedem tenuit clar. mem. Cardinalis Lanfredini *anno* 1737. constitutionem illam ad observantiam revocavit, voluitque, ut duo Canonicorum partes ferialibus diebus inservirent, connumeratis inter absentes nedum Canonicis ægrotis, sed etiam qui *abilationis* indultum consequuti erant.

Ses. 24. *cap.* 22. *de Reform.*

Ægre id tulerunt Canonici, quibus pene inutilis futura erat indulgentia Rescripti hujus S. Congregationis æditi *anno* 1646., cum aut non semper, aut non omnes vacationum beneficio frui possent. Preces itaque Summo Pontifici obtulerunt, quibus postulabant, ut vel rescriberet infirmos, & jubilatos non esse numerandos inter absentes, vel gratiam quam *anno* 1646. ab hac S. Congregatione obtinuerant ita locum habere declararet, ut Canonici vacationum beneficio frui possent, dummodo pars eorum dimidia choro semper adesset. Hujus postulationis cognitio data fuit amplissimis Patribus, qui cum putassent inter absentes comprehendi debere *infirmos*, & *jubilatos*, & servandas esse Constitutiones Synodales clar. me. Cardinalium Spada, & Lanfredini, censuerunt tamen extendere indultum *anni* 1646. Nam proposito Dubio = *An indultum sit extendendum in modum, ut medietas Canonicorum inservire debeat Ecclesiæ cum conditionibus in dicto indulto contentis* rescripserunt = *Affirmative* =, ut patet ex Folio *in Auximana* 24. *Augusti* 1748. unde hæc excerpsi, quæ præmoscenda censui ad præsentis instantiæ cognitionem.

Cum itaque ex tunc Canonici semper servitium chori ita præstiterint, ut dimidia pars alternatim interesset, dimidia vacaret; nunc extentionem indulti anni 1646. iterum postulant, ut tertia pars tantum in diebus ferialibus choro adsit. Nam duodecim nunc sunt Canonici, quorum alter morbo laborat, duo jubilationem consequuti sunt, alii ob munera, & administrationem bonorum Capituli aliquando abesse coguntur. Simul & illud postulant, ut quoniam ex Constitutionibus Capituli octo ex Canonicis intervenire debeant Congregationibus Capitularibus, ut ratæ sint susceptæ deliberationes; ita liceat in posterum easdem Congregationes convocare cum interventu sex Canonicorum. Eminentissimus Episcopus in sua *Informatione* putat Canonicis *indulgeri posse, ut tertia pars sufficiat choro diebus feriatis nempe quatuor tantum ex Canonicis, non ita tamen in festis de præcepto. Ad id moveor ait a Canonicorum qualitate, ab illorum frequentia, & assiduitate, & quidem per tres diversas vices in singulos dies, ac insuper ab aucto Mansionariorum numero, qui nuper fuerunt signo Cappæ donati, cumque sint undecim, sex semper inservire debeant, adeoque cum qua-*

tuor

tuor ex Canonicis etiam in feriis interessentes choro erunt decem. Non ita sentire existimo pro habendis Capitulis, in quibus numquam vocem habent Mansionarii, sed esse retinendum numerum statutum octo Canonicorum ad rite hoc habendum. Conventus Capitularis differri licet semper ad tempus opportunius. Si forent sex facillime inter se conspirati negocia conficerent contra aliorum voluntatem.

Ex Tridentino *Sess.* 24. *Cap.* 22. *de Reform.* defenditur, ne liceat *vigore cujuslibet Statuti, aut consuetudinis ultra tres menses ab Ecclesiis quolibet anno abesse salvis nihilominus earum Ecclesiarum Constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt.* Servanda est itaque constitutio Capituli Auximani, ex qua licet per duos tantum menses vacare, cum S. hæc Congregatio semper observandas esse mandavit eas Constitutiones, quæ longius servitii tempus præscribunt, ut in *Urgellen. Statuti* 8. *Martii* 1750. Quod si Canonici Cathedralis Auximanæ ex Rescripto S. Congregationis 24. *Augusti* 1746. ita servitium præstant, ut dimidia pars choro intersit, dimidia absit; jam si hoc indultum ita extenderetur, ut tertia pars tantum servitium obiret, profecto vacarent ultra duos menses contra ac Constitutiones præscribunt id quod ex citato Tridentini loco nefas habetur.

Verumtamen cum ex eodem Rescripto *anni* 1746. inter absentes numerandi sint Canonici infirmi, & jubilati, quorum tres inter duodecim Canonicis reperiuntur; jam sequitur, ut novem Canonici, qui servitium præstare debent ita, ut sex choro semper intersint, vacationibus duorum mensium frui non possint. Grave vero est servitium obeundum per tres vices singulis diebus, summa hactenus fuit diligentia Canonicorum in illo præstando. Quatenus EE. PP. aliqoid censeant Canonicis indulgendum, videant num ad certum tempus, vel in perpetuum sit concedendum Canonicis, ut tertia eorum pars choro inserviat in diebus feriatis, seu potius statuendum sit, ut firma remanente methodo huc usque servata dividatur uniuscujusque mensis servitium in tot punctis, ita ut cuique canonico liceat interdum vacare, ut suo jure fruatur, vacandi nempe quolibet anno ad duos menses.

In altero *Dubio* quæritur, num annuendum sit instantiæ a Ca-

a Canonicis propositæ, ut attento exiguo Canonicorum numero, legitime haberi possint capitularia Comitia, intervenientibus tantum sex Canonicis. Id quidem repugnat Constitutionibus Capitularibus, quæ octo Canonicos requirunt. Nulla autem subesse videtur causa, ut Eminentissimus Episcopus observat, cur Constitutionibus sit derogandum. Nam comitia haberi possunt quocumque die, qui opportunior sit Canonicis, ut iisdem constitutus numerus intersit. Periculosum vero est negocia Capituli paucorum arbitrio committere, qui conspiratis consiliis contra cæterorum voluntatem res gerant.

Gæmina sunt dubia.

I. *An indultum* 3. *Martii* 1646. *sit extendendum in modum, ut tertia pars Canonicorum inservire debeat Ecclesiæ cum conditionibus contentis in dicto indulto in casu &c.*

II. *An sit permittenda convocatio Comitiorum Capitularium cum interventu sex tantum Canonicorum in casu &c.*

Ad I. Negative, & scribatur Eminentissimo Episcopo juxta mentem: Mens est, quod prius referat de imminuto numero Canonicorum.

Ad II. Negative.

Sess. 14. *Cap.* 7. *de Reform.*

NULLIUS MONTIS CASINI IRREGULARITATIS. Dissociatis animis Fratruum Silvestrii, & Diaconi Dominici Antonii Trojanelli Oppidi S. Petri, eo res processit die 16. *Martii* 1800., ut cum in jurgium venissent, & Sylvester offensiones minitatus esset in Diaconum Dominicum Antonium; hic icto cultri, & securis Fratrem saucium prostravit. Dum infirmus lecto jacebat subita apoplexi correptus in terram resupinus decidit, & contusus paucos post dies occubuit. Nihilominus Fiscus detulit nomen Diaconi Dominici Antonii, tum ob inflicta vulnera, tum ob contusionem, & mortem fratris. Compilato processu legitimisque omnibus expletis Vicarius Generalis Cassinensis die 7. *Januarii anni* 1802. definitive decrevit *quod Dia-*

co-

conus Dominicus Antonius Trojanelli inquisitus , & carceratus de gravibus vulneribus cultri , & securis ictibus commissis in personam Sylvestri Trojanelli Fratris sui detineatur per duos annos in Cœnobio Fratrum strictæ observantiæ &c. & proinde sic obligatus excarceretur . Quoad vero alteram partem de contusione , & ejusdem Silvestri morte sequuta liberetur in forma .Et interim ad tollendam omnem scandali , & scrupuli occasionem præfatus Diaconus se abstineat ab exercitio Diaconatus , & a susceptione Præsbiteratus,usque dum ordinario consulto super irregularitate quoquo modo forsan incursa fuerit ad cautelam legitime dispensatus.

Postquam Diaconus Trojanelli ingressus est religiosam domum obtinuit a S. Pœnitentieria per Rescriptum diei 7. *Augusti* 1801. absolutionem a censuris , & quoad irregularitatem delegatus fuit ad hanc Sac. Congregationem . Sed cum præces pro dispensatione ab irregularitate exhibuerit nondum adhuc transacto biennio , quo in religiosa domo ad luendam pœnam manere debebat , hinc die 12. *Februarii* 1803. rescriptum est = *Supplicet expleta pœna & reportata compositione Fisci* . Renovat nunc preces postquam die 7. *elapsi Januarii* pœnam explevit . Auditus est Ordinarius , qui affirmat *de solis vulneribus judicialiter constitisse non autem de contusione , ex qua mortem sequutam fuisse testes periti existimarunt . Nam contusio juxta probationes ab eodem Fisco aquisitas accidit ex Apoplexia Sylvestro superventa tempore infirmitatis , quando de lecto cœcidit , & in terga supinavit . Fiscus tunc pœnæ aquievit . Pars verò pater nempe,cum actionem querelæ juxta Regni leges non habuerit , nullam persequutionem in judicio fecit . Diaconus tandem pro pœna eidem inflicta clausus fuit in domo religiosa , emendatus ab hujusmodi excessibus constantissime apparet , & attenta ejus litteratura , ac bonis moribus suum servitium Ecclesiæ utilitati , & necessitati profuturum iri spes non obscura effulget .*

Quamquam soli homicidæ voluntarii irregularitatem incurrant *Cap. suscepimus de homicidio, Trident sess.* 14. *Cap.* 7. *de Reform.*, attamen in re nostra homicidiū non processit ex opere præter operantis prævisionem,& voluntatem secundum doctrinam D. Thomæ 2.2. *quæst.* 64. *artic.* 8. , de qua *Fagnan. in cap. ad audien.* 12.

de

de Homicid. tom.5. pag.131. num.7. Nam armatus incedebat Diaconus Trojanelli contra expressum Juris Canonici interdictum *in Clement.1. de vit. & honest. Cleric.* itaut non daret quidem operam rei licitæ, & homicidium casu potius tribuendum esset. Quare aut voluntarium dicendum est homicidium, si non in *causa*, saltem in *effectu*, ut tradit *Fagnan. in cap. quidem de Homicid. num.2. Monacell: formul. legal.3. num.34. tom.2.*, & *Sac. Congregatio in Feretrana Irregularitatis* 19. *Decembris* 1801., aut saltem in dubio contracta censeri debet irregularitas, ut tradit *Giballin. de Irregularitat. cap.4. consect. 3. num. 21. de Irregularit.* Cum vero agatur de promovendo ad Præsbiteratum hæc irregularitas perpetua est ex Decreto *Trident. sess.14. cap.7. de Reform.* Maxime cum nondum adhuc compositionem Fisci, & partis retulerit, qua deficiente Sac. Congregatio dispensationem denegavit in *Sabinen. Irregularitatis* 28. *Julii* 1787., & nondum a patrato crimine elapsum sit decennium, aut saltem triennium cum emendatione vitæ, ut memoria commissi facinoris obliterata censeatur, ceu statuit Sac. Congregatio *in Vicentina Irregularitatis* 18. *Decembris* 1790.

Nihilominus ponderandum est, quod nullo modo probatur commissum fuisse homicidium voluntarium, immo dubium est, num mors Sylvestri Trojanelli ex vulneribus inflictis processerit, cum Periti eam repetant a superventa Apoplexi, & contusione. Reque vera Diaconus Trojanelli in criminali judicio fuit absolutus ab accusatione mortis, quam frater tulit. Quare hæc ipsa dubitatio prodesse videtur Diacono, ut saltem dispensationem obtineat. Nam Tridentinum in loco citato perpetuo ab altaris ministerio repellit, qui de industria hominem occidunt, ut declaravit Sac. Congregatio in *Januen. Irregularitatis* 20. *Aprilis* 1793.. Deficit quidem Fisci & Partis compositio. Sed cum Diaconus pœnam a judice inflictam subiverit, satis ex hoc videtur Fisco satisfactum, ut nullam actionem contra Trojanellum exercere possit., Pars vero componenda esset communis Pater, qui ex legibus Regni nullam habet actionem. De emendatione vitæ, & utilitate Ecclesiæ obventura, si concederetur dispensatio, testatur Ordinarius. Videant EE. PP. num hæc satis

sint,

sint, ut dispensari possit Diaconus, licet idoneum tempus non effluxerit.

Dubium est.

An sit consulendum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

ROMANA SUSPENSIONIS NOMINATIONIS. Testamento anni 1615. quo decessit clar. mem. Cardinalis Sfondrati jussit, ut in Ecclesia Monialium S. Cæciliæ Urbis = *si mantenghino quattro Cappellani, che abbino a celebrare &c. quotidianamente la messa applicandola all'anima mia in perpetuo. Tutti quattro un giorno per uno dovranno far la guardia alla Chiesa, ed uno di questi dovrà esser custode del Corpo della Santa come ora si fà &c. e l'Offizio suo sarà il tener pulitissimo quel sagro luogo, e tener la chiave della confessione con obligo di quotidiana residenza, che a questo effetto se l'assegnano scudi cento l'anno, agl' altri tre ottanta, ma con l'obligo, che uno di questi facci la Sagrestia*. Alia quoque reliquit pia legata, quę ad cultum S. Cecilię, decoremque Ecclesiæ pertinebant. *Ses. 21. cap. 7 de Reform.*

Vacat nunc una, alteraque Cappellania, & præcipue illa, quæ habet stipendium scutorum *centum*. Hinc Abbatissa, & Moniales, quibus juspatronatus relictum est, supplicant pro suspensione nominationis, ut impletis oneribus Missarum, possint, quod superest, convertere in levandam angustiam rei familiaris, qua premitur Monasterium. Exquisita est Sententia Emi Titularis, qui remittit rationes *accepti, & expensi* ipsius Monasterii. Constat ex his quod habet annuum reditum scutorum 5537. 61., annuasque expensas in scutis 5755.35. ita ut ad collibrandas rationes deficiant annua scuta 217. 74. Gravatur præterea ære alieno in scutis *quinque millium*, & habet nomina debitorum difficilis exactionis in scutis *bismille*. Ex quibus Emus Titularis instantiæ favet. Ait enim = *Monialium vo-*

tis annuerem, & saltem ad annos sex suspensionem prorogandã esse censerem. Eo quidẽ vel magis, quia suspensio nemini damnũ irrogat, qui passivo jure patronatu fruatur. Procul enim abest ab hisce Cappellaniis quodlibet juspatronatus passivum, cum nominationem Cappellanorum liberis Monialium suffragiis pius institutor commiserit.

Obstat petitæ suspensioni nominationis voluntas fundatoris, qui expresse declaravit = *che detta Eredità cedi non a beneficio del Monastero ma a solo comodo, utilità, ed onore della Santa. e sua Chiesa*. Et quamquam satis impleta videatur hæc voluntas, si Moniales celebrationem Missę quotidianæ præstent, quæ a Cappellanis essent celebrandę, attamen deficeret ille Cappellanus, quem fundator destinavit = *Custode del corpo della Santa* = Præterea præjudicium infertur Clero, qui privatur beneficio ad cujus titulum aliquis ordinari possit.

Videant tamen EE. PP., num rei nostræ conveniat dispositio juris Canonici in *Cap. Nobis 25. de jure patronat.* in quo cavetur, ut Patrono pauperi succurrendum sit ex reditibus beneficii. Ad hoc enim aliquando suspensa fuerunt onera Missarum, & ipsæ Cappellaniæ, ut *in Camerinen. 21. Augusti* 1784., *& in Aquen. Cappellaniæ 3. Februarii* 1787. Emus Titularis testatur de angustia rei familiaris Monasterii, attento præcipue ære alieno quo gravatur. Cum vero Moniales inserviant etiam Ecclesiæ, non absonum videtur a voluntate fundatoris, ut fruantur reditibus illius hæreditatis, quæ cedere debebat *a comodo ed utilità della Santà, e della Chiesa* = Si aliquid EE.VV. indulgendum putent Monialibus statuendum erit tempus ad quod suspensio concedenda sit, num ad *triennium*, seu potius ad *sexennium*, ut Emus titularis proponit.

Sequitur Dubium.

An & ad quod tempus sit locus suspensioni nominationis Cappellaniarum in casu &c.

Die

Die Sabbathi 12. Maii 1804. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

NULLIUS MONTIS CASINI IRREGULARITATIS. *Sess. 14. cap. 7. de Reform.*
An sit consulendum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu &c.

Affirmative.

ROMANA SUSPENSIONIS NOMINATIONIS. *Sess. 21. cap. 7. de Reform.*
An, & ad quod tempus sit locus suspensioni in casu &c.

Iterum proponatur.

PERUSINA EMPHYTEUSIS. Frustra, Parochus Aloysius Panichi in discrimen adducere conatus est Emphyteusim Ecclesiæ S. Crucis, annexæque domus, & hortuli, quam Comes Longarus degl' Oddi impetraverat ex Rescripto SSmi referente me edito die 28. *Maii* 1803. Disputato enim in Congregatione diei 10. *Martii nuper elapsi* Dubio = *An Rescriptum diei 28. Maii 1803. sit exequendum, itaut sit signanda Supplicatio* = EE. PP. responderunt = *Affirmative in omnibus* =. Illico instetit Panichius, ut novum subiret periculum, eique potestatem feci, ut iterum de suo *Ses. 25. cap. 11. de Reform.*

jure hac die decertaret. Sed nihil mihi exhibuit, & causa proponitur cum nova *impressa Allegatione* Comitis Longari *degl' Oddi*, cuius hæc summa est.

Tria proponuntur, ut exequutio Rescripti probetur. *Primum* ejus natura, & indoles, cum æditum sit per organum hujus Sac. Congregationis, cui omnia perspecta, & cognita fuerunt tum ex precibus, tum ex Informatione Episcopi, tum ex consensu præstito ab ipso Panichio, unde, cum omnia narrata, & nihil reticitum sit, procul abest omne obreptionis, & subreptionis vitium. *Deinde* contendit, quod Comes de Oddis jus habebat, ut Emphyteusim consequeretur. Nam Patres Olivetani, qui dominio Ecclesiæ, domus, & hortuli utebantur hanc Emphyteusim concedere voluerunt interposita hac conditione in ipsà unione Paræciæ. Panichius vero in hanc Emphyteusim assentitus est. Conditiones, quas Comes de Oddis obtulerat, utiles erant Ecclesiæ dum spondebat manutentionem, Missam festivam, & canonem scutorum viginti favore Parochi. Quare res erat hujusmodi, ut concessio Emphyteusis denegari non posset. *Tandem* Parochus Panichi non poterat ædes incolere apud Ecclesiam S. Crucis. Nam cum unio facta sit ad Ecclesiam S. Antonini, hæc principalis erat Ecclesia apud quam residere tenebatur, ut ad Decretum *Tridentini sess.* 23. *cap.* 1. *de Reform.* tradit *Rota in Tarraconen. Juris Residendi* 15. *Martii* 1734. §. *Et quamvis coram Harrach*.

Reassumpto itaque Folio Congregationis diei 10. præteriti Martii EE. PP. dignentur deliberare.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis,

Ses. 29. *cap.* 18. *de Reform.*

ÆSINA BENEFICII SUPER COLLATIONE. Vertente Seculo decimoquinto reædificata, & in ampliorem formam restituta est Ecclesia Plebana S. Mariæ Castri Montis Carotti, quæ unica Parrochialis est in Oppido, & in circumstante agro. Cum expen-

pensis totius Populi facta esset erectio Pontifex Innocentius VIII. *anno* 1488., ejusque Successor S. Pius V. *anno* 1569. concesserunt hominibus dicti Castri tum patronatum, tum jus præsentandi in vacationibus Rectorem, seu Plebanum. Aucto deinde populo unus Parochus ægre curam gerebat per universam Paræciam, quæ in agro etiam late patebat. Hinc Communitas supplicavit Emo Cardinali Cybo Episcopo Æsino, ut Coadjutores Parocho daret. Quorum preces remissæ fuerunt Vicario Generali, cui præterea facultas data est, ut Plebaniam visitaret. Quare Vicarius Generalis in actu Visitationis expletæ *anno* 1660. quinque constituit Cappellanos perpetuos Parochi coadjutores *ex fructibus, proventibus, & redditibus ejusdem Plebaniæ a Communitate tamen prædicta semper, & perpetuis futuris temporibus eligendos, nominandos, & præsentandos*. Onera vero eisdem injunxit, ut singuli quotidie horas Canonicas recitarent, tres autem Plebanum opitularentur in administratione Sacramentorum, duo tandem alia servitia Ecclesiæ in cantu chorali, in Sacrario, in exponenda cathechesi præstarent.

Vacavit altera ex his Coadjutoriis (quæ sequiori tempore Canonicatus sunt appellatæ) die 26. *Decembris anni* 1801. repentina morte correpto Canonico Sancte Panti, & statim deputatus fuit Æconomus Sacerdos Nicolaus Fanciulli. Nonnisi tamen ad diem 1. *Martii* indicta fuerunt publica Comitia, ut homines Montis Carotti, quibus ex Decreto Sac. Visitationis anni 1660. jus nominandi addictum fuerat, vacantem coadjutorem nominarent. Pleniora suffragia habuit Sacerdos Placidus Carotti, nihilominus, quod Æconomus Fanciulli inter candidatos adfuisset. Sed statim controversia de nullitate electionis facta est. Nam contra ac præscribunt Decreta Sac. Consultæ suffragium tulit nescio quis Vitus Cagnoletti, qui alterius ex concurrentibus erat consanguineus. Hinc Fanciullus apud acta Curiæ Ecclesiasticæ Æsinæ interposuit *nihil transeat*. Hinc Sacerdos Placidus Carotti primum instetit apud Gubernatorem Æsii, ut compelleret Residentes Montis Carotti ad tradendas præsentationis litteras, deinde vero reclamavit ad Sac. Con-

Consultam, quæ rescripsit *le parti si servano delle proprie ragioni*.

Dum hæc disputantur, prætergressus est quadrimestre tempus a vacatione Coadjutoriæ, quin Communitas præsentationem Placido Carotti dedisset, vel iterum habitis comitiis alium quemlibet præsentasset, vel demum Decretum = *tempus, & tempora non currere* = impetrasset. Die vero 6. *Maii* 1802. Procurator Communitatis protulit in actis Curiæ Ecclesiasticæ præsentationem in personam Placidi Carotti, cujus institutionem postulavit. Primum Curia Ecclesiastica illam præsentationem *admisit* cum clausula *si, & in quantum*; sed postea instante Fanciullio mandavit *pro nunc, & sine præjudicio expediri solita Edicta*, ut convocaretur concursus ad vacantem Coadjutoriam. Sed cum in concursu nemo probatus esset Communitas citationem coram Signatura ad impediendum novum concursum Promotori Fiscali transmisit. Deinde de transactione actum est inter Curiam Episcopalem, & Communitatem. Antequam tamen conficeretur, preces huic Sac. Congregationi exhibitæ fuerunt nomine Cleri, & Populi Montis Carotti, qui postulabant, ut Coadjutoria daretur illi, qui in concursu punctum tulisset. Quibus rescriptum est sub die 19. *Junii* 1802. *scribatur Emo Episcopo Administratori, qui veris existentibus narratis procedat ad Provisionem Paræciæ, de qua in præcibus prævio novo concursu convocando ad formam Sac. Concilii Tridentini*. Censuit Emus Episcopus rem omnem exponere, ut superius narratum est, iterumque consulere Sac. Congregationem, num novus concursus convocandus esset; an vero impedimentum pararet pendentia Citationis coram Signatura. Denuo igitur prodiit die 17. *Julii* 1802. Rescriptum = *Scribatur Eminentissimo Episcopo Administratori, qui in casu, de quo agitur, procedat ad convocationem novi concursus, & provisionem Paræciæ, de qua in precibus ad formam Sac. Concilii Tridentini*.

Tandem factus est novus concursus, in quo adfuit Præsbiter Placidus Carotti, ille qui fuit a Communitate præsentatus. Sed inter cæteros præhabitus fuit Sacerdos Nicolaus Fanciulli, idem qui antea æconomus erat de-

deputatus, eique Coadjutoria collata est. Reclamavit hinc Communitas juncto fœdere cum Sacerdote Carotti ad Auditorem Sanctissimi, qui eosdem ad S. Congregationem Concilii remisit, ut sua jura experirentur. Instante hinc Communitate, & Præsbitero Carotti, ut de Rescripto diei 17. *Julii* 1802. disceptare possent, remissæ fuerunt præces Eminentissimo Episcopo pro Informatione, & voto *super novis præcibus auditis præsertim Sacerdote Nicolao Fanciulli, eisdemque præfixo termino ad deducendum jura sua in S. Congregatione, firma interim remanente provisione Parœciæ ad formam Rescripti 17. Julii* 1802., ut ex Rescripto diei 25. *Martii proximè præteriti*, Eminentissimus Episcopus in sua Informatione narrata confirmans Sententiam suam exponit = *Communitas Montis Carotti ob elapsum terminum quatuor mensium procul dubio pro hac vice jus eligendi amississe mihi videtur. Concursus de speciali EE. VV. mandato rite peractus fuit, ac Parochialis coadiutoria optimo Sacerdoti Nicolao Fanciulli tamquam dignori, magisque idoneo collata fuit. Litis prosequutio universo Montis Carotti Populo, si pauci excipiantur, invisa est*,

Hinc sub gemino dubio Vobis EE. PP, quæstio proponitur: I. Dubium pertinet ad exequutionem Rescripti S. Congregationis diei 17. *Julii* 1802. quo jussa est indictio Concursus. *Impressæ Allegationes* uterque litigans EE. VV. distribuet. PRÆSBYTER FANCIULLI contendit servandum esse Rescriptum S. Congregationis, tum quia Communitas Montis Carotti caret jure nominandi; tum quia illo jure licet frueretur; attamen in casu nostro omnino amisit. Nam Coadiutoriæ hujusmodi erectę fuere *ex fructibus, & proventibus ipsius Plebaniæ*, quin a Communitate dos data aut aucta fuisset; Quare non poterat Vicarius Generalis Æsinus juspatronatus Communitati tribuere, quod cum quæsitum non sit ex dotatione constitui non potest a Prelato inferiori, nisi accedente venia Apostolica ut *ex Cap. 2. De reb. Eccles. non alienan. in 6.* tradit *Pirhing jus Canon. lib. 3. tit. 38. §. 2. num. 12.*, Cum vero indultum hujusmodi non proferatur, nil confert possessio in jure præsentandi licet centenaria, cum ex titulo infecto profluens, & ipsa inficiatur *Rota decis. 197. num. 89. part. 6. Recen.*

Quam-

Quamquam vero Communitas hoc jure præsentandi frueretur; attamen illud amisit in præsenti casu, tum quia nulla fuit electio cum in comitiis a Communitate habitis suffragium tulerit Consanguineus concurrentium contra Decreta S. Consultæ, adeoque tamquam facta contra præscriptum legis est omnino nulla *ad Text. in l. 5. C. de leg.*, *& Constit. Perez. in Cod. lib. 1. tit. 14. num. 11. Voet. in Pandect. lib. 1. tit. 3. num. 16.*, tum quia præsentatio facta non fuit intra legitimum quadrimestre tempus Patronis laicis concessum *Cap. unic. de Jurepatron. in 6.*, nec legitimo modo, cum præsentatus esset absens a Curia Episcopali, quo die facta præsentatio est, ut tradit *Nicol. in Prax. Canon. de jurepatron. num. 64.* Nec Communitati prodest, quod tempus ei non curreret ad præsentandum attenta litis pendentia. Nam lis vel erat terminanda ante lapsum quadrimestris, vel poterat Episcopus beneficium præcipue Curatum providere *ad Text. in Cap. 3. de Jure patron.* Accedente potissimum imperio S. Congregationis, quo Concursus convocatus fuit. Quod si ipse Placidus Carotti a Communitate nominatus in Concursu adfuit; hoc facto videtur juri suo renunciasse, & nominationem reprobasse.

Contra hæc PLACIDUS CAROTTI juncto fœdere cum Communitate negat exequendum esse Rescriptum, quia obreptitium, & subreptitium est, dum in precibus falsa exponuntur, vera reticentur. Narratur enim quod infecta nullitate fuissent Comitia, quibus electio præsbiteri Carotti facta est, & devolutum jus præsentandi rediisse ad Ordinarium. Quorum utrumque falsum fuisse demonstrare satagit. Quamquam enim *Cugnolettus* consanguineus alterius ex concurrentibus suffragium tulisset, non idcirco irrita sunt comitia, quia Decreta S. Consultæ defendunt, ne in illis consanguinei Concurrentium suffragentur. Non enim id prohibet sub pœna nullitatis, atque adeo nisi hæc nullitas a Judice declarata sit comitia præsumptione validitatis nituntur. Tantum vero abest quod Judex de nullitate pronunciaverit, ut immo (id quod in precibus S. Congregationi oblatis reticitum fuit) S. Consulta, cui hæc nullitatis querela delata fuit, controversiam in medio reliquit ædito Rescripto

si

si servano delle proprie ragioni. Deinde ex hac causa irrita fuissent comitia, si Consanguineus ipsius *Cagnoletti* præelectus fuisset, numquam vero dum primas tulit Præsbiter Carotti, qui contrarium suffragium ipsius *Cagnoletti* tulit, & nihilominus cæteros vicit,

Falsum, & illud esse contendit, quod jus præsentandi devolutum sit ob expiratum quadrimestre, quin a Communitate patrona legitima præsentatio facta sit. Nam tempus hujusmodi defluere cæpit non a die 26. *Decembris* 1801., quo e vita migravit Præsbiter Panti, sed a die scientiæ patroni, ut tradunt *Piton. de controv. Patron. Allegat.* 74. *num.* 9., *Rota cor. Crispo decis.* 3. *num.* 6. Quæ scientia cum electio pertineat ad *Collegium universorum*, non præsumitur, nisi a die, quo Collegium universum sit congregatum prout firmat *Piton. de Controv. Patron. Allegat.* 100. *num.* 26. *Rota in Valentina Canonicatus* 28. *Novembris* 1757. §. 18. *cor. Olivatio*. Quare habitis comitiis Communitatis *die* 1. *Martii* 1801. ab hac die incæpit quadrimestre, nec expiratum erat sequenti *die* 6. *Maii*, quo Communitas per Procuratorem explevit præsentationem.

Præterea probare studet, quod elapsum non sit quadrimestre licet a die vacationis initium ducat. Suborta enim controversia super nullitate electionis, Communitas habuit justam causam, & bonam fidem, qua se a præsentando abstineret. Quibus concurrentibus non incurritur devolutio, quæ est pæna secordiæ Patronorum, ut docuit *Rota in Postanien. Canonicatus* 10. *Maii* 1748. §. 10. *cor. Molino*, *& in Faventina Canonicatus* 28. *Novembris* 1757. §. 15. *coram Olivatio*. Maxime cum Curia Episcopalis præsentationem factam a Communitate *admisit* cum clausula *si, & in quantum*, & ædicta pro indicendo concursu publicari mandavit *pro nunc*, *& sine præjudicio*. Quæ sufficiunt, ut præsentatio admissa videatur, & Ordinarius juri suo renunciasse juxta Sententiam *Lambertini de Jure patron. lib.* 2. *Part.* 2. *quæst.* 1. *artic.* 15. *num.* 8. *Vivian. eod. tract. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 9. *Piton. de Controvers. Patron. allegat.* 96. *num.* 7., *Rota in Tolentina Canonicatus* 21. *Junii* 1802. §. 9. *cor. Scrlupi*.

In II. Dubio, quatenus EE. VV. negent servandum esse Rescriptum, quæritur quis instituendus sit. Si probatum erit EE. PP., quod teneat electio, & præsentatio a Communitate facta, quodque jus præsentandi devolutum non sit Ordinario, sane Sacerdos Carotti a Communitate præsentatus instituendus videtur. Gemina proponuntur Dubia.

I. *An Rescriptum diei 17. Julii 1802., ejusque exequutio sint servanda in casu &c.*

Et quatenus *Negative*.

II. *An, & cui sit danda institutio in casu &c.*

Iterum proponatur.

Sess. 25. cap. 5. de Reform.

MATHELICEN. BENEPLACITI. Descripta hæc causa fuit in Folio Congregationis *diei 4. Februarii proxime præteriti*, & proposita in sequenti Congregatione *die 10. Martii* quo die EE. PP. censuerunt differre Resolutionem oblati Dubii = *An sit concedendum Beneplacitum in casu &c.* ædito Rescripto = *Dilata, & ad mentem: mens est, quod exhibeatur Instrumentum generalis venditionis, & si quis est contractus peculiaris*.

Obsequens Bezzius mandatis EE. VV. mihi exhibuit Apocam privatam subscriptam *die 5. Aprilis* 1802., in qua cum Philippo de Sanctis convenit venditionem, & Instrumentum publicum rogatum *die 10. Maii ejusdem anni*, in quo perfecta venditio est ad formam Apocæ. In hoc legitur, quod vendebantur = *tre possessioni &c. item una casa*, itidemque animalia, quæ erant in fundis, & supellex domestica, quę erant bona a Bezzio in Civitate, & Agro *Mathelicensi* possessa

8a. Nullum vero pactum interponitur, quod respiciat cessionem Jurispatronatus, & pretium constitutum fuit bonis, quæ sub venditione complectebantur. Ne quid omittam, verba ipsa transcribam illius pacti quod respicit venditionem Cappellæ materialis: Scilicet.

Si conviene, che il sudetto de Sanctis comperatore debba comprare la Cappella, e Sepolcro della Casa Bezzi esistenti in questa Venerabile Chiesa Cattedrale per il prezzo da liquidarsi da due periti da eleggersi da ambe le parti, e quante volte li due Periti non convengano debba eleggersi il Perizione di commun consenso, e non unendosi possa la parte, a cui preme di perfezzionare il contratto farlo eleggere dal Giudice, e tal Perizia debba farsi entro il prossimo futuro Mese di Settembre di questo corrente anno.

Ex his, & ex Folio die 4. *Februarii* proxime præteriti, quod EE. PP. reassumere dignabuntur, iterum deliberandum proponitur.

An sit concedendum Beneplacitum in casu &c.

Affirmative cesso cum universitate bonorum jurepatronatus cappellæ & sepulchri, & soluto pretio cæmentorum eorumdem a Peritis liquidando.

LAUDEN. TRANSLATIONIS. Defunctus Joannes Georgeus Pius Marchio Pallavicini tenebatur in Parrochiali Ecclesia S. Floriani *Laudensis Diœcesis* quotidie præstare celebrationem septem Missarum tum ex dispositione Olympiæ Pallavicini Trivulzi, tum Senioris Marchionis Georgei Pallavicini, qui totidem Cappellanias erigendas jusserunt. Possidebat idem Joannes Georgeus Fundum nuncupatum *la Castana* in Principatu Papiensi, & Diœcesi Placentina, in eoque domum habebat, quæ procul ab Ecclesia Parrochiali posita erat, ut ægre ad eam accedere pos- *Sessio super. de Reform.*

set hiemali presertim tempore ob asperum interpositum iter. Quare apud suas ædes publicum Oratorium extruxit, quo facilius & ipse, & circumstantes incolæ Sacro interesse possent. Hinc anno 1730. exoravit ab hac Sac. Congregatione, ut una ex septem quotidianis Missis tsansferret *ad supradictum publicum Oratorium Castaneæ*, ut ex Indulto *diei* 28. *Januarii* 1730. *Lib.*80. *Decret. pag.* 79.

Præterea possidebat alios fundos in loco, quem vocant *di Montanaso*, *Leodiensis Diœcesis*, & parimodo impetravit translationem ad Parrochialem Ecclesiam Montanasii alterius ex septem Missis celebrandis in Ecclesia S. Floriani, ut ex alio indulto hujus Sac. Congregationis diei 26. *Aprilis* 1755. *Lib.* 105. *Decret. pag.*135. Anuo 1777. Marchio Cajetanus Georgei Filius vendidit bona, quæ possidebat in loco *di Montanaso* & nihilominus semper celebrata fuit Missa illa translata ad Parrochialem Montanasii usque ad annum 1800., quo occubuit Cappellanus, qui Missam celebrabat. Ab hoc postremo tempore ommissa fuit celebratio per quadriennium, & nunc Marchionissa Anna Besozzi Vidua Pallavicini, quæ filiorum tutela solerter gerit, postulat, ut Missæ celebratio, quæ ex indulto *anni* 1755. translata fuit ad Parrochialem *Montanasii*, restituatur ad Ecclesiam Parrochialem Sancti Floriani in qua ex fundatione celebranda *est*. Episcopus audito Rectore Montanasii in sua *Informatione* refert = *Certum est in Ecclesia S. Floriani quinque alia esse legata Missarum quotidianarum præter Parrochialem prout expositum fuit anno* 1755., *quo anno hæc Sac. Congregatio attentis tum abbundantia præfatæ Ecclesiæ S. Floriani, tum necessitate Ecclesiæ Montanasii sancivit, ut Missa, de qua in precibus, a dicta Ecclesia S. Floriani ad Ecclesiam transferretur Montanasii. Certa item est indigentia Ecclesiæ Montanasii.*

Si anno 1755. Missa a Parrochiali S. Floriani translata est ad Parochialem *Montanasii*, ut commodo Incolarum consuleretur, qui præter Parrochialem non habebant aliam Missam; profecto firma servanda videtur hęc translatio, cum eadem perseveret causa, cur tran-

translatio concessa fuit. Nam restituta hac celebratione ad primævam Ecclesiam S. Floriani, quæ Missis abbundat, Parœcia Montanasii privaretur altero Sacro, & maximum incomodum incolis obveniret, quo intercedente semper translatio denegari solet, nisi gravis subsit causa, cur non obstante hoc populi incomodo translatio concedenda sit, ut definivit Sac. Congregatio *in Lucana* 28. *Julii* 1781. *in Casalen. Reductionis Missarum* 15. *Decembris* 1787. *& in Asten. Translationis Missæ* 31. *Maii* 1784.

Afferre tamen putat hanc causam Marchionissa Besozzi Vidua Pallavicini. Nam idcirco translationem anno 1755. concessam fuisse contendit, quia MarchioGeorgeus Patronus translationem deprecatus est, ut consuleret incolis, qui in suis fundis morabantur. Nunc fundos hujusmodi vendidit, adeoque cessavit causa ob quam translatio petita fuit. Æquum sane non esset, ut nunc Gens Pallavicinia consuleret incolis alieni fundi, quibus novus possessor providere debet. Maxime cum Paræcia S. Floriani populosa nimis sit & utilis erit hujus Missæ restitutio secundum fundatorum mentem. Quæcumque tamen fuerit Sententia EE. VV. sane admonenda erit Oratrix, ut consulat coscientiæ suæ pro missis in prœteritum non celebratis.

Dubium hinc emergit.

An sit locus translationi Missæ in casu &c.

Negative, & Oratrix consulat coscientiæ suæ.

FLORENTINA CAPPELLANIÆ. Postremis testamenti Tabulis anni 1722. Geminianus Calosi jussit ut erigeretur Cappellania sub titulo *S. Francisci* in Ecclesia Sodalitii Sacrarum Stigmatum Civitatis Florentiæ. Sed recusante Sodalitio hanc erectionem in propria Ecclesia acceptare, fundata est Cappellania in *Ses. 25. cap. 9. de Reform.*

in altera Ecclesia S. Petri Majoris, qua penitus collabefacta translata est in Ecclesiam S. Petri, & SSmæ Annunciatæ. Patronatus hujus Cappellaniæ a Testatore relictus fuit tribus suis neptibus *Mariæ Penelopi*, *Catherinæ Angelæ*, & *Annæ Mariæ*, earumque descendentibus tum Masculis, quam Fœminis, qui tamen essent majores natu. Ex his nunc superest Frater Laurentius Betti Ordinis Servorum B. M. V. qui cum esset Patronus anno 1762. indultum impetravit, ut retinere posset Cappellaniam; nihilominus quod regularis esset.

Dos Cappellaniæ constat ex domo, & ex pretio bonorum venditorum, quæ ad Cappellaniam spectabant, unde quotannis redit fructus scutorum quinquaginta *monetæ Florentinæ*. Onera vero consistunt in missis 208. scilicet quatuor in singulas hebdomadas quas Capellanus ex fundatione tenetur *celebrare*, *o far celebrare coll' applicazione*. Præterea necessaria est expensa pro solutione decimarum, vectigalium, utensilium, & restaurationum, & annui depositi scutorum *duodecim* pro extinguendo censu, qui ab anno 1781. in sorte scutorum 360. conventisque fructibus scutorum *trium* pro centenario & anno imposuit Frater Laurentius Betti, ut domum ad Cappellaniam spectantem restauraret. Integer adhuc viget census hujusmodi, qui extinctus esse deberet pro rata scutorum 264., nisi Bettus legem depositi annuorum scutorum duodecim prorsus neglexisset.

Cum vero onera hujusmodi attingant annua scuta *sexaginta sex*, quibus subeundis impares sunt reditus longe minores in annuis scutis *quinquaginta*, manet Cappellania sub generali *œconomia* beneficiorum, & deterior in dies fit illius conditio. Quare Bettus egit, cum Equite Petro Martellini Pontanari, ut ille huic cederet donationis titulo jus patronatum; hic vero nonnullas sponderet conditiones, si Apostolica venia probarentur. Uterque igitur supplicat Sac. Congregationi pro approbatione hujus cessionis, quæ his præcipue conditionibus ineunda proponitur.

„ Scilicet I. Che detto Signor Donatario, e suoi sia te-
„ nuto del proprio ad estinguere il Censo delli scu-
di

„ di 350. creato fin dal dì 19. *Giugno* 1787., quale „ doveva per la somma delli scudi 264. restare fino al „ giorno d'oggi estinto dal Rettore coll'annuo deposi- „ to di scudi 12. non seguito, del qual Censo in sorte „ si obligò, ed obliga detto Signor Pietro Martellini „ Donatario alla predetta estinzione, e rendere in- „ denne detto R. P. Betti. II. Che sia, ed esser debba „ a carico di detto Signor Donatario, e suoi di risar- „ cire i fondi di detta Cappella, e renderli più van- „ taggiosi alli Rettori pro tempore III. Che il R. P. „ Frà Lorenzo Betti come Rettore di detto Benefizio, „ e Cappellania deva quello immediatamente rinun- „ ciare nelle mani dell'Ordinario, ed a forma dell'in- „ dulto Apostolico ottenuto dalla Santità di Nostro „ Signore per organo della S. Congregazione sopra li „ frutti di detto Benefizio possa ritenere la somma di „ scudi venti moneta Fiorentina per suoi religiosi bi- „ sogni a titolo di livello, e sussidio caritativo, e al- „ tresì detto Signor Cavalier Pietro Martellini Do- „ natario promesse, e promette per se, e suoi, che „ pagherà la sudetta somma di scudi venti ogni sei me- „ si la rata al detto R. P. Fra Lorenzo Betti sua vita „ naturale durante IV. Che tutte le spese di contrat- „ to, Beneplacito, e qualunque altra che fosse neces- „ saria niuna esclusa, ne eccettuata sia ed esser de- „ vano a carico di detto Signor Donatario„ Quas con- ditiones in suo *Informatione* Archiepiscopus probavit dum censet = *in evidentem Cappellaniæ utilitatem hujusmodi donationem cedere, & propterea preces exaudiri posse*.

Cum ex Tridentino *Sess. 25. cap. 9. de Reform.* vetitum sit Patronis juspatronatus in alios transferre venditionis titulo; eo redire videtur questio num proposita cessio sit onerosa, & correspectiva, ita ut potius sapiat venditionem, quamquam sub nomine cessionis inita sit, ut ex doctrina Angeli *in leg. Modestinus n. 1. ff. solut. matrim* tradit *Rota in Romana Melioramentorum 21. Aprilis* 1788. §. 10. *coram Canilliac.*, & Sac. Congregatio *in Vercellen. Beneplaciti 27. Aprilis* 1709. & *in Tudertina Cappellaniæ 3. Julii* 1762. Dum Bettus ces-

cessit Juspatronatus in correspectivitatem extinctionis census, quam ipse dimittere tenebatur, & annuæ pensionis scutorum *viginti*, profecto ex hisce conventionibus onerosa cessio erumpere videtur.

Sed duo sunt, quæ afferri possent ut licita nihilominus censeatur. Primum quod Martellinius censum extinguendo suis sumptibus liberat fundum Cappellaniæ ab hoc onere, & ab annuo fœnore, ita ut cum reintegret dotem Cappellaniæ titulum habet, ut juspatronatus acquirat ex augumento dotis ut tradunt *Fagnan. in Cap. Quoniam* 3. *de jur. Patronat. num.*6. *Garzias de Benef. part.*5. *cap.*9. *n.* 127. *Lotter. de Re Benef. part.* 5. *cap.* 9. *n.* 127. Aliunde etsi Cappellanus ad hanc reintegrationem teneatur, nonnisi multos post annos utpote vir Regularis eam explere poterit, & quatenus morte præveniatur Cappellaniam reditibus decurtatam, imminutamque relinquet. Deinde Bettus cum sit Patronus simul & Cappellanus, & ægeat, potest ei aliquid dari & promitti ex reditibus Cappellaniæ *Cap. nobis* 26. *de jure patronat.*. Quare *correspectivæ* conditiones non redolent illicitum quæstum, sed tendunt in utilitatem Cappellaniæ, & levamen egentis Cappellani, adeoque probari possunt, ut alias definivit Sac. Congregatio *in Civitatis Castelli Cappellaniæ* 16. *Augusti* 1794., *& in Fanen. Beneplaciti* 8. *Augusti* 1801.

Verum observandum est, quod Census scutorum 350. licet impositus sit super fundo Cappellaniæ; attamen extinguendus erat a Cappellano facto deposito scutorum *duodecim* in singulos annos. Quod si Cappellanus huic legi paruisset jam deposita essent scuta 264. quæ si erogarentur in investimentum ad rationem scutorum *sex* facile intra sexennium proximum extingui posset integer Census. Nec pretermittendum quod Cappellanus nunc nil percepit in proprium commodum, imò gravatur oneribus, quæ sunt imparia reditibus. Dum itaque Martellinius suis sumptibus censum redimere spondet rem facit utilem non Cappellaniæ, sed Cappellano, qui ad extinctionem tenetur. Proinde cum hæc cessio tendat in lucrum

Cap-

Cappellani probanda non videtur, cum alias S. Congregatio reprobaverit correspectivas cessiones, quarum pretium erogandum erat in utilitatem Ecclesiæ, vel in opus pium *in Spoletana Cappellaniæ* 15. *Novembris* 1710., *& in Tudertina* 3. *Julii* 1760.

Quatenus autem probanda sit Cessio, videant Emi PP. num definiendum sit certum tempus intra quod per Cessionarium implenda sit redintegrationis conditio, & an expresse obligare se debeat ad omnia onera Fundationis explenda.

Dubium proponitur.

An, & quomodo sit concedendum Beneplacitum Apostolicum in casu &c.

Affirmative juxta modum, nempe facta obligatione per Cessionarium in forma juris valida extinguendi Censum infra biennium, & adimplendi omnia onera ad formam fundationis, docto de adimplemento coram Archiepiscopo, & Orator Betti consulat coscientiæ suæ.

NULLIUS LEPRIGNANI REDUCTIONIS. Paula Santolini postremo testamento anni 1765. hæredes nuncupavit æquis partibus consanguineos suos Presbiterum Dominicum Antonium, & Clericum Hieronimum Sagripante *con il peso, ed obligo di celebrare cinque Messe per ciascheduno la settimana, & ogni settimana, e che a spese communi provedano in perpetuum, e mantenghino l'altare da me fatto nella Chiesa di S. Antonio chiamato l'altare di S. Filippo con spendere un scudo per ciascheduno ogni anno.* Rursus jussit, ut hæres uterque *debba ogni anno celebrare per l'anima mia, o far celebrare in perpetuum l'anniversario con la sola messa cantata.* Quamquam vero hæredes institutos liberaverit a conficiendo inventario, vel descriptione; attamen eisdem injunxit, ut bona conservarent, & fundos meliorarent *ed in caso di estinzione di cambi, e censi questi depositare ad effetto d'investire in altri censi, e beni stabili sicuri.* Nam

Ses. 22. *cap.* 6. *de Reform.*

institutiis hæredibus longam adiecit substitutionum seriem, quam referre omitto, dum ad præsentem controversiam non pertinet.

Defuncta testatrice divisas quotas hæreditarias possederunt instituti hæredes, oneribusque fecerunt satis. Nunc vero Sacerdos Dominicus Antonius Sacripante prætexens diminutionem reditnum & deteriorationem bonorum postulat reductionem, ut non *quinque* missas hebdomadales, sed *duas* tantum in posterum celebrare possit. Auditus est *Ordinarius*, qui transmisit calculum *accepti*, & *expensi* ab ipso Sacerdote Sacripante traditum.

Annuus reditus pertingit ad *scuta* 45. 60. scilicet *scuta* 29. 60. percipiuntur ex fundis rusticis, qui sunt in quantitate *Rubrorum septemdecim*, & a nepotibus Oratoris coluntur hac conventa pecuniaria responsione: *scuta* 13.50. ex pensionibus domorum: *scuta* 2.50. ex fructibus censuum. Annua vero expensa fert *scuta* 16.30. pro vectigalibus, quæ in scutis 6.30. rependuntur per *la dativa reale*, & in sc. 10. *per pesi camerali, e communitativi*. Onera vero a Testatrice relicta requirunt *scuta* 40. 60., nempe: *scuta* 39. pro missis quinque hebdomadalibus seu missis 260. annuis constituta elemosina in obolis *quindecim*: pro Anniversario, & utensilibus Cappellæ solvitur scutum 1. 60. Deteriorationes vero bonorum consistunt in diruto fœnili, quod casu concidit, in Cambio litigioso scutorum 37., & in Censibus extinctis in Cedulis in summa *scutorum* 243., quarum extinctionum una tantum in *scutis* 30. facta est die 20. Septembris anni 1798., reliquæ evenerunt annis 1795., 1796., & 1797. Cedulæ hujusmodi perierunt in arca ipsius Oratoris, quin fuissent in investimentum erogatæ, aut saltem depositæ. Tandem otiosa manet pecunia in manibus Oratoris in scutis argenteis 44.

Ex hisce rationibus concludit Ordinarius in sua Informatione = *Hinc est, quod propter onera, quæ sustinere debet Orator, quæ summam attingunt scutor.* 56. 90., *cum fructus uti mox diximus non nisi attingant scuta* 45. 60. *alicui quodam modo reductioni prædictarum Missarum, saltem ad modicum tempus concedendæ*

præ-

presertim ipsi Oratori senescenti, morboque correpto locus esse posse videtur, licet non in eo tantum numero, quem petit duorum scilicet Sacrorum in hebdomada.

postulatur Reductio ob deteriorationem fundi, & redituum Legati pii Missarum. Nam contendit Præsbiter Sacripante plures interiisse census frugiferos restituta sorte in Cedulis, concidisse præterea fœnitie, &Cambium litigiosum esse inexigibile. Hinc deducit, quod præsens bonorum reditus in scutis 45. 60. impar sit subeundis oneribus in scutis 56. 90. Diminuto autem reditu concedi solet reductio, ut passim eam concedere solet S. Congregatio, & præcipue *in Narnien. Legati Missarum* 21. *Maij* 1788., *& in Romana Reductionis* 21. *Junii* 1803.

ed hoc statuendum erit, cujus facto diminutio, & deterioratio sequuta sit, & num præsens reditus augeri, & expensa diminui posset, ut par sit oneribus emolumentum, quo casu reductio denegata est a Sac. Congregatione in *Patavina Reductionis* 12. *Febr.* 1754. Præcipua deterioratio fundi stetit in *Cedulis* ad quantitatem scutorum 243., quæ proveniebant ex redemptione Censuum. Constat autem ex ipsa notula ab Oratore confecta, quod pro summa scutorum 213. traditæ fuerunt *Cedulæ* annis 1795. 1796., & 1797., quando adhuc poterant in investimentum collocari. Eo namque tempore, licet vilescere cœpissent, non erant tamen opinione hominum omnino collapsæ. Quare si Sacerdos Sacripanti neglexit eas erogare in emptionem fundorum, & censuum, profecto ejus secordiæ tribuendum est, si postea perierunt. Exigua porro est summa scutorum 30. restituta anno 1798., sed tamen cum extinctio illius census sequuta sit die 20. *Septembris ejusdem anni* poterant recusari, vel etiam nunc in discrimen adduci sequuta extinctio. Præcipue dum *Cedulæ* perierunt in arca ipsius Sacerdotis Sacripante, ut dubitari possit, utrum sint illæ, quæ ab extinctione censuum proveniunt. Nam ipse ex lege a testatrice imposita tenebatur sortes censuum restitutas deponere, id quod ipse facere neglexit.

id præsens, quod attinet reditum videtur augeri posse, si fundi rustici constituta licitatione locentur. Nam eos retinent Nepotes Oratoris pro responsione

pecuniaria scutorum 29. 60. quæ exigua videtur pro rubris *septemdecim*. Inter expensas vero gravior videtur summa scutorum 10, *per pesi Cammerali*, *e Communitativi*, quando calculatur jam altera partita scutorum 6. 30. pro *dativa reali*, Nihilominus si in hac incertitudine EE. PP. aliquid Oratori indulgendum putent, observandum est, quod constituto etiam reditu in annuis scutis 45. 60., & vectigalia in annuis scutis 16. 30. Secundum calculum a Sacripante exhibitum, supersunt pro implendis oneribus scuta 29. 30. Detracto vero scuto 1. 60. pro Anniversario, & tensilibus, reliqua sunt scuta 27. 10. pro celebratione Missarum. Constituta vero elemosina obolorum 15., jam essent celebrandæ Missæ 184., quæ superant numerum Missarum 108., sive duarum in singulas hebdomadas, ut Orator postulat.

Hæc pertinent ad *modum* concedendæ Reductionis, in quo erit etiam ponderandum, num ad tempus tantum concedi debeat reductio, ut Ordinarius proponit.

Dubium sequitur.

An, & quomodo sit concedenda reductio in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

Ses. 24. cap. 13. de Reform.

SPOLETANA UNIONIS. Antonius Mattioli post defectos Masculos a se descendentes, dotatasque fœminas jussit, ut sua hæreditas pro triente accresceret congruæ Parochi Oppidi *delle Preci*, ex reliquo vero besse duo erigerentur Canonicatus *col peso uguale di celebrare in suffragio del anima mia messe cinquanta l' anno per ciascun Canonico*. Jus nominandi Canonicos reliquit Parocho pro tempore, simulque quatuor familiis, & præterea Canonicis injunxit: *che debano esser confessori, acciò sieno tenuti essere in ajuto del Parocho si nel confessare, che nel far la Dottrina Cristiana, assistenza agl' infermi ed a tutto altro, che tenda al maggior culto di Dio, e voglio, che in ogni giorno di festa di precetto sieno tenuti tanto il Pievano, che li due Canonici celebrare nel Coro di detta Chiesa Parrochiale il Ma-*

Matutino del divino Uffizio = Fructus hujus Canonicatus olim attingebat scuta annua *quadraginta*, nunc in deterius abivit ob calamitatem LL. Montium, ita ut fructus decreverint ad annua scuta *septem decim.* Quo factum est, ut licet Missæ reductæ sint ad annuas decem, & septèm pro unoquoque Canonico : attamen vacante altero ex his Canonicatibus nemo unus fuit qui illum consequi, aut retinere voluerit.

Præsbiter Joseph Mensurati, qui alterum Canonicatum possidet, implorat ab hac S. Congregatione, ut etiam aliud consequi possit. Parochus, & Patroni instantiæ assentiuntur. Emus Episcopus eamdem probat. Ait enim = *presens Beneficii introitus non excedit summam scutorum sexdecim circiter, non adsunt distributiones, & parum augumentum sperari potest si detur victoria unius litis respicientis Capitale scutorum 400. Nec Archipræsbiter nec alii interesse habentes obsistunt petitioni, quæ quoad unionem fructuum vacantis Canonicatus ad aliquod, tempus justa mihi videtur.*

Duo de jure requiruntur ad unionem beneficiorum perficiendam, scilicet necessaria causa, & consensus eorum, quorum interest *ut ex Cap. 49. Caus. 26. quæst. 1. Cap. Tua nuper de his, quæ fiunt a Prelat.* tradit S. Congregatio in *Forosempronien. Translationis Parecie, & Applicationis 19. Decembris 1801., & in Eugubina Unionis 23. Januarii 1802.* Cum in re nostra adsit patronorum consensus inquirendum superest de necessaria causa. Sane obstat, quod ex duobus Canonicatibus unus tantum efficiatur, & ita minuatur Ecclesiæ servitium. Nam unus tantum supererit Parochi coadiutor, & duo tantum erunt, qui in choro psallere poterunt. Ubi vero unio vertit in damnum Ecclesiæ, eam rejecit Sac. Congregatio *in Leopoldien. Unionis 1. Septembris 1736.* Verumtamen diminutis nunc reditibus, nemo est qui pro annuis scutis sexdecim velit Canonicatum consequi cum onere Parochum coadiuvandi, confessiones excipiendi, Sacramenta ministrandi, in choro psallendi, atque Missas celebrandi. Quare ne vacans diu sit Canonicatus, hoc ipsum satis causæ esse videtur, ut unio perficiatur. Maxime cum unus Canonicus possit Parochum adjuvare, et uno remoto parum detrahitur Chori servitio.

Ad

Ad *modum*, quod attinet explendæ unionis Eminentissimus Episcopus propon it, ut ad tempus duo Canonicatus uniantur, Nam si interea fructus LL. Montium augeantur; tum sane erit consulendum pro aucta redituum quantitate. Sive autem perpetuo, sive ad tempus EE. VV. placeat unionem decernere, præstanda videntur a Canonico onera Missarum utriusque Canonicatus.

Dubium est.

An, & quomodo sit locus unioni in casu &c.

Dein-

Die Sabbathi 2. Junii 1804. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

NULLIUS LEPRIGNANI REDUCTIONIS. *Sess.22.Cap.6. de Reform.*

An, & quomodo sit concedenda reductio in casu &c.

Negative, & Ordinarius cogat Oratorem ad reddendam rationem de cedulis deperditis, vel improvide receptis, ad investimentum scut. 44. & ad manutentionem bonorum.

SPOLETANA UNIONIS. *Ses.24.Cap.13. de Reform.*

An, & quomodo sit locus unioni in casu &c.

Affirmative ad quinquennium quoad reditus tantum adimpletis oneribus Missarum utriusque Canonicatus, & Emus Episcopus incumbat vindicationi scutorum quatuor centum.

ROMANA CENSUS. Censum annuum scut. 39.60. a Comitibus Castelli impositum emit Capitulum S. Mariæ trans Tyberim pretio scutorum 1100. publico rogato Instrumento *anno* 1761., cujus stipulationi Camerarius Capituli, & duo Canonici præcipue a Capitulo deputati adfuerunt. Inter cætera pacta conventaque nonnulla observanda sunt, quę ad præsentem controversiam dirimendam conducere possunt. Capitulum namque pretium census numeravit *in tante cedole, e monete d'oro, e di argento di giusto peso, e valore*, adeoque sibi cavit, ut si Census redimeretur, restituendum esset *lo stesso prezzo in moneta di giuli* 10. *per scudo in oro, o in argento di giusto peso, e valore, o in cedole libere del Monte di Pietà, o Banco di S. Spirito di Roma, che componghino lo scu-* *Sess.24.Cap.4. de Reform.*

do

do di giuli 10. *per scudo secondo il valore delle monete buone, correnti, e conosciute in Roma*. Rursus conventum, ut redemptioni disdicta præcederet *per due mesi avanti la redenzione da eseguirsi di detto Censo in conformità della Bolla di S. Pio V.* Tandem cum pecunia a Capitulo tradita proveniebat ex pretio venditæ domus legàtæ cum onere Missarum= *perciò si conviene, che in qualunque caso di retrovendita si debbano detti scudi* 1100. *nuovamente depositare in Roma in detto Monte di Pietà, o Banco di S. Spirito ad effetto con ordine di detti Signori Canonici investirli in altri simili investimenti*.

Numquam debitores Castelli e re sua putarunt censum hujusmodi redimere; sed in illis fluctibus rei pecuniariæ, cum *cedulæ* essent opinione abjectæ *die* 20. *Junii* 1798. disdictam nunciarunt Canonico Camerario Orengo, & biduo post scilicet die 22. *Junii* obtulerunt eidem Canonico Orengo scuta 1100. *in tante Cedole di corso demonetate, e ridotte* ab eoque redemptio census stipulata fuit. Sed cum post quindecim dies, scilicet die 7. *sequentis Julii* lata esset lex illa, quæ cedulas ad duodecimam valoris inscripti, seu *nominalis* partem reducebat; idcirco Canonici acceptas *cedulas* erogare non potuerunt, easque in communi naufragio amiserunt.

Tantam jacturam, ut a se averteret Capitulum, exoravit a Sanctissimo, ut sua jura super nullitate extinctionis census experiri posset in hac S. Congregatione. Votum Eminentissimi Titularis favet Canonicis. *Nam* inquit, *in re præsenti si post disdictam geminos Castelli debitores expectassent menses nullus fuisset schedarum usus, quibus redemptionem census tentarunt, quæ scilicet paucos post dies vix ad duodecimum nominalem, ut ajunt, valorem redactæ fuerunt. Hue meo judicio redit controversia, quam tamen in identificis terminis accepi definitam a Rota Romana in Decisione, cui titulus Romana Census* 20. *Martii* 1801. *coram R. P. D. Gardoqui, quæ nulliter extinctum renunciavit Censum ob minime expectatum bimestris terminum, quem, censu adhuc vigente, Piana Bulla favore Creditoris constituit*. Causa in conflictu partium erat proponenda, sed Comites Castelli licet pluries moniti nondum adhuc mihi sua jura deduxerunt, Capitulum *impressam allegationem* distribuit.

In

In hac vero triplici ex capite redemptionem census nullitate laborare contendit scilicet EX neglecta forma sive a Piana præscripta, sive pacto conventa, quæ in redemptione servanda erat; EX illegitima persona, cum qua stipulata fuit redemptio; & tandem EX reproba pecunia pro redimendo censu numerata.

Ad formam quod attinet nulliter disdicta nunciata fuit Camerario. Nam ubi citandum est Collegium satis non est citare Procuratorem, sed exequi debebat in loco, quo Collegium, sive Capitulum congregari solet, ut tradit *Ubert. de Citationib. Cap.* 7. *num.* 127., *Cenc. de Censib. quæst.* 3. *num.* 8. *Rot. post eumdem Cenc. Decis.* 389. *num.* 7., *& in Avenionen.* 31. *Martii* 1713. §. 2. *coram Scotto*. Deinde expectandus erat lapsus integri bimestris, cum hoc a Piana datus sit favore Creditoris, & debitor non potest illud prævertere, ceu docuit *Rota* passim, & præcipue *in Romana Census* 20. *Martii* 1801. §. 7. *cor. R. P. D. Gardoqui*. Nec rem mutat quod a Canonico Camerario sponte acceptata fuerit redemptio. Non enim ante lapsum bimestris ad redemptionem cogi poterat, adeoque cum voluntaria fuerit ejus stipulatio irrita fit ex defectu solemnitatum, quæ ex jure præscribuntur in alienatione rerum Ecclesiarum, ut tradunt *Antonell. de tempore legal. lib.* 3. *Cap.* 3. *num.* 32. *Rot. decis.* 535. *num.* 11. *part.* 1. *tom.* 2. Tandem neglecta fuit forma præscripta in Instrumento impositionis Census, quo cautum, ut pretium Census deponeretur erogandum in investimento. Despecta namque lege in solutione conventa, non sequitur liberatio debitoris si aliter, ac cautum fuit, solutio facta sit *Card. de Luc. disc.* 23. *de Censib. num.* 2. *Rota decis.* 215. *num.* 2. *cor. Cerro decis.* 518. *num.* 4. *cor. Olivatio*,

Præterea nullam esse autumat Capitulum extinctionem census, utpote factam in manibus Canonici Camerarii, qui ex Constitutionibus Ecclesiæ deputatus est exactioni redituum, & distributioni inter Canonicos. Quare non habebat facultatem extinguendi census, adeoque nulliter cum eo stipulata est census retrovenditio ad tradita per *Cenc. de Censib. quæst.* 109. *num.* 52. *Rot. decis.* 27. *num.* 3. *part.* 13. *Recent.*, & *in Avenionen. Census* 8. *Maii* 1711. §. 1. *coram Priolo*. Tandem irritam fieri oportere hanc redemptionem clamat Capitulum, quia datæ fuerant cedulæ cum proximæ

essent abrogationi ,quando in emptione Census data fuit proba pecunia , & conventum , ut æque bona restitueretur . Quare si *non videtur solutum quod deterius solvitur* , ut tradit *Gloss. l. 24. verb. liberat. ff. de pignorat. action* liberari non potuit debitor . Nam dolo, aut consilio fraudandi extinctionem fecit tempore reprobationis proximo,ut tradit *Rota in Romana , seu Veliterna Cambii* 30. *Aprilis* 1802. *coram Reverendissimo Resta Decano* . Aut saltem cum ex hac solutione damnum maximum , & læsio Creditori obvenerit,cum vix quintam partem justi prætii habuerit , irrita fit ex læsione redemptio , ut in terminis redemptionis Canonis definivit S. Congregatio *in Romana Canonis* 26. *Martii* 1803.

Quandoquidem EE. VV. redemptionem hujusmodi putent esse irritandam , tum sicuti Census adhuc viget, ita fructus debentur , ut definivit *Rota in Aurina Censuum super fructibus die* 5. *Julii* 1802. §. 2. *cor. R. P. D. Rusconi* .

Dubium sequitur .

An constet de nullitate extinctionis census, ita ut debeantur fructus in casu &c.

Iterum proponatur .

Ses. 25. cap. 4. de Reform.

AUXIMANA CAPPELLANIARUM . Alexandri Gentiloni testamentum anno 1702. scriptum hæc præcipua habet , quæ ad præsentem controversiam pertinent . Oppidanus ille erat Montis Philotrani, & Ecclesiam in suis ædibus extruendam jussit , in qua *per accrescere il culto divino in questa Terra , come anco per sollevare tante povere famiglie* statuit erigere *una Congregazione di Sacerdoti &c. che siano di buona fama , evita esemplare , e che da questi possa ritraersi edificazione al Popolo di questa terra , e fuori , acciò possino recitare il divino officio ad uso dè Canonici nel numero di otto oltre un altro , che sia superiore , o Areiprete* . Hoc pium opus commisit fidei Sororis suæ Joannæ Baptistę , quam hæredem usufru-

fructuariam scripsit, ei que tribuit *piena ed ampia autorità di poter ordinare fare, ed eseguire nel miglior modo che parerà, e pia cerà constituendola esecutrice testamentaria*. Tandem onus injunxit Sacerdotibus eligendis = *di recitare ogni giorno in detta Chiesa da fabricarsi a guisa de' Canonici l' Officio Divino, e tre Messe la settimana per ciascun Sacerdote incluseci le feste*,

Fratris sui voluntati obsequens Joanna Baptista Ecclesiæ edificationem inçepit, quæ post ejus obitum perfecta est, & nuncupata *S. Mariæ Angelorum*. In postremo vero testamento scripto anno 1727. erexit novem Cappellanias *con che però non abbiano d'avere mai il titolo, e qualità di Benefizio Ecclesiastico*. Singulis Cappellaniis nomen, & patronatum constituit, dotemq. assignavit. Utens deinde facultatibus a Fratre tributis plurimas leges fixit, quarum exscribam scitu necessarias ad dirimendam hodiernam quæstionem: Scilicet jussit; UT eligendus *sia chierico almeno di prima tonsura, oppure, che non essendo chierico debba iniziarsi al Chiericato dentro tre mesi = UT sia d'età d'anni ventuno compiti, e che giunto all' età legitima di poter esser Sacerdote, debba ordinarsi al Sacerdozio = UT la nomina quale si forà di qualsivoglia Cappellania per rogito di publico Notaro vaglia senza alcuna altra formalità ancorchè de jure si richiedesse ed il nominato subito, che avrà presentato l'instromento della sua nomina in mano del Sacerdote superiore, o sia Arciprete s'intenda entrato in possesso della Cappellania &c.* Nam Joanna Baptista expresse professa est velle se erigere Cappellanias *meramente laicali, quali benchè costino di persone Ecclesiastiche vuole che siano, e perpetuamente esser debbano della natura, e forma delle Cappellanie meramente laicali, esclusa sempre ogni qualitá di Beneficio Ecclesiastico, di modo che non restino mai sogette ad alcun esercizio di qualunque giurisdizione di qualsivoglia superiore Ecclesiastico in ordine alle proviste, collazioni, dispenze, deroghe, affezzioni, devoluzioni, e qualunque altro titolo*.

Modum præterea statuit obeundi servitii chori: certos separavit Cappellaniarum fructus, ut in distributiones quotidianas erogarentur; absentes a choro pun-

ctis multavit, a quibus exemptos voluit, qui confessiones exciperent; vacationes per bimestre vel continuum, vel discontinum indulsit, ita tamen ut duo tantum per turnum eodem tempore vacare possent, & si quis Cappellanus *per causa rilevante avrà bisogno mancare dal Choro*, Archipresbitero facultatem concessit *di riconoscere detta causa, e concedergli licenza per il tempo che bisognerà, purchè non ecceda lo spazio d'altri due Mesi*. Ubi vero Cappellani *o per non essere ancora Sacerdoti effettivi, o per altro impedimento* missas celebrare nequirent, tum per alios Cappellanos celebrationem præstare deberent, nisi essent impediti, quo casu ab alio quolibet præsbitero onera Missarum impleri possent. Tandem Cappellanis graviter defendit, ne has leges in discrimen adducerent, aliter *quel Cappellano ardirà di contradire a qualunque parte, o cosa disposta in esso testamento s' intenda decaduto immediatamente, e privo della nomina, alla quale sarà stato nominato anche dopo il possesso di detta Cappellania non ostante qualunque lasso di tempo*;

Alteram ex his Cappellaniis possidet ab anno 1788. Clericus Philippus Gentiloni; alteram ab anno 1780. Clericus Carolus Gentiloni. Neuter in tam longo temporis spatio SS. Ordines suscepit; cum Emus Episcopus Auximanus eosdem ad promotionem in S. Ordinibus contendentes reiicere putaverit. Ad extirpandos vero abusus in hac Congregatione Præsbiterorum subortos A SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO ex Rescripto *diei 21. Junii* 1803. referente Emo Præfecto emanato deputatus fuit Emus Episcopus in Visitatorem Apostolicum *ut Apostolica authoritate statuat, atque decernat prout magis eis in Domino expediri judicet, in culpabiles animadvertat, etiam si opus fuerit usque ad privationem Cappellaniæ inclusive ad formam fundationis, & quæcumque pro recto, justoque implemento prædictæ fundationis sibi necessaria videbuntur edicere, & constituere possit contrariis non obstantibus quibuscumque*.

Aperta Visitatione Promothor Fiscalis citavit Clericos Philippum & Carolum Gentiloni *ad videndum præfigi terminum ad docendum de dispensatione Apostolica, vel de causis legitimis super defectu Sacerdotalitatis,*

alias

alias declarari vacante m Cappellaniam, aut alio nomine Beneficium per eum possessum, nec non ad constituendum legitimum Procuratorem &c. Tum preces dederunt Clerici Gentiloni, ut a SSmo impetrarent dispensationem pro retinenda Cappellania in statu Clericali. Quæ preces cum remissæ fuissent huic Sac. Congregationi exquisita est Informatio & Votum Emi Episcopi, qui multa affert contra Oratores inferius recensenda, ex quibus concludit = *Mihi ipsi, & conscientiæ meæ feci satis. Nunc erit EE. VV. pro earum summa sapientia & plenissima potestate decernere circa preces, quod sibi magis opportunum videbitur.* Interposito a Promothore Fiscali *Nihil transeat* terminum præfigendum curavi Clericis Gentiloni, qui sua jura deducerent. Isti impressam *Allegationem* EE.PP. distribuent; Promothor vero Fiscalis se refert ad Informationem Emi Episcopi, quam mox subiiciam.

Jam in dubio infrascripto quæritur num Cappellaniæ, de quibus agitur, retineri possint in statu Clericali, seu potius Oratores indigeant Apostolica dispensatione, ut illam retinere valeant nihilominus, quod S. Ordines non susceperint. Emus Episcopus censet quod Cappellaniæ *Sacerdotales* sint, itaut a Clericis retineri non possint. Nam inquit in sua Informatione *Alexander in tabulis semper nominat Congregationem Sacerdotum. Joanna Baptista ejus Germana Soror (cui commiserat = ordinare, fare, ed assegnare nel miglior modo che parerà, e piacerà, e per ben diriggere detta Congregazione de' Sacerdoti) voluminis instar testamentum condidit declarans, quas vellet conditiones in Cappellaniis suæ Congregationis, ita mandat = che sia di età d' anni ventuno compiti, e che giunto all'età legitima di poter esser Sacerdote DEBBA ORDINARSI al Sacerdozio. Poterat ne verbis uti clarioribus ad statuendum, quod eæ Cappellaniæ sint Sacerdotales? Insuper eadem moderatrix hortatur Cappellanos ad audiendas Confessiones in eorum Ecclesia, quas cum exciperent, a chori servitio liberat. Simplices Clerici excipere nequeunt Confessiones. Denique disponit, & mandat apertissime = qualsivoglia de Cappellani ardirà contradire a qualunque parte o cosa disposta in esso testamento s' intenda immediatamente decaduto, e privo della nomina anche dopo l'attuale pos-*

possesso di detta Cappellania non ostante qualunque lasso di tempo. Ex hac autem tam dilucida tamque distincta Testatoris sanctione sequitur, Oratores decidisse ab anno ætatis suæ XXV. absque ulla interpellatione, si ordines non susceperunt, iisque dignos se reddant studio, vita, ac moribus, quoniam præceptum Testatoris, quo Cappellaniam ipsi acceptarunt, in dies interpellat pro homine,

Negat porro Oratores dignos esse, qui dispensationem Apostolicam consequantur. Nam quoad Clericum Philippum hæc habet. *Silentio prætereo, quæ egit, quæque sustulit officia Reipublicæ tempore . . . . . Ultro fatetur Orator in animo sibi fuisse ordines suscipere, insuper ut eos assequeretur apud me institisse. At quantum ore postulabat, tantum pra sua indole, & moribus immeritum, & indignum palam se præbuit, cum spiritu ecclesiastico careat. Chori servitium neglixit, a quo tempore inivit Cappellaniæ possessionem, Coercendus etiam fuit ad præscriptum Tridentini. Oneribus Missarum quoad numerum curavit satisfacere, non tamen statutis diebus a Testatoribus præfixis; nonnullæ plus æquo protractæ, & ordine debito. Pergere non verebatur ad Ecclesiam ocreatus, fœmoralibus longis, rotundo pileo, capillis detonsis vulgo alla moda. Hinc aliorum Cappellanorum indignationes, hinc profectæ querele meo non sine mœrore, & dedecore quodam delatæ ad S. Congregationem Episcoporum, & Regularium, & quoad ocreas, & calceamenta ridicule cuspidata a me non semel admonitus enixus est rem lenire Medicorum attestationibus quod his utatur propter vitium in fœmore, ac pede quo claudicat.*

Quoad Clericum Carolum Gentiloni = *verum quidem est*, ait, *Oratorem exoravisse, ut ad Ordines admitterem. Ei tamen semper obstitit sui ingenii tarditas, alienatio a studio, ad vinum ex imia proclivitas, denique in peragendis suæ familiæ negociis usus est quodam agendi modo haud honesto, ex quo sibi a vulgo prodidit nomen PERICOLI, hoc est periculum cum eo contractandi. Hæc causam dederunt, ut illum ab Ordinibus reiicerem. Servitio chori non defuit, & missarum onera per alios adimplere fecit. Deprehensum est autem non celebratas Missas diebus a testatore prescriptis, potia-*

tissimum fœstivis, & ordine confuso, atque plus æquo protractas.

Defensor vero Clericorum Gentiloni contendit primum quod Cappellaniæ retineri possint in statu Clericali. Nam non agitur de Beneficio Ecclesiastico, sed de Cappellaniis laicalibus ut nedum expresse declaravit Fundator, sed etiam tacite, dum voluit, ut ad laicos pertineret collatio *per solo instromento*, & Cappellaniæ exemptæ essent ab omni jurisdictione ecclesiastica. Quibus concurrentibus Cappellaniæ censentur tamquam pium legatum Missarum ex doctrina Felin. *in Cap. Ex part. 2. de Rescript. Navar. Consil. 5. num. 1. Rot. decis. 224. num. 1., & 5. coram Buratto*. Hinc deducit, quod in Cappellaniis Laicalibus non inest onus suscipiendi S. Ordines, nisi fundator jusserit, ut Cappellani (id quod in fundatione Gentiloni expressum non legitur) *per se*, & non *per alios* celebrationem Missarum præstarent juxta theoricam Lapi in *Allegat.* 36. quam sequitur *Fagnan. in Cap. Ut Abbates de ætat., & qualit. num. 78. Rota in Imolen. Beneficii super Institutione* 13. *Januarii* 1744. *coram Molino*. Quare deficiente hoc precepto licet Fundator usus sit vocabulo *Sacerdoti*; attamen hoc stat *demonstrative* ad designandum munus exercendum, non *qualificative* ad indigitandam qualitatem Cappellani, ut tradit *Fargna de jurepatronat. part. 2. Can. 27. cas. 14. n. 5. Rota in Cremonen. Beneficii 4. Februarii* 1715. §. *Ex Instrumento cor. Lancetta*.

Nec sibi obesse putat legem illam in fundatione expressam = *che giunto all'età legitima di poter esser Sacerdote, debba ordinarsi al Sacerdozio* = Nam cum nulla sit inflicta caducitas, ubi in legitima ætate ordines non susceperint, nil aliud illa lex præsefert, quam quod Cappellaniæ ad summum sit Sacerdotales *habitu* ut tradunt *Fagan. loc. citat. num. 69.* Rota *decis. 551. cor. Caualier. sub num. 4.*, & Sac. Congregatio *in Senogaglien. Mansioneriæ 16. Maii* 1773. Maxime cum observantia huic interpretationi faveat. Profert enim exempla aliorum Cappellanorum, qui Cappellanias retinuerunt licet Clerici occubuerint.

Deinde laborat defensor Gentiloni, ut demonstrat saltem concedendam esse dispensationem pro retinenda Cappellania in statu clericali. Nam si ipsi ordines

non

non susceperunt, non id dolo fecerunt, & mala fide, cum excusari possint ab exemplis eorum, qui Cappellanias in statu Clericali retinuerunt. Potissimum, cum insteterint apud Curiam Ecclesiasticam ut ordines consequerentur, & Curia Ecclesiastica tulerit, ut per tantum temporis spatium Cappellanias retinuerint, quin ordines susceperint, Reliqua vero Defensionis pars eo spectat, ut allatis monumentis purget præteritæ vitæ rationem a Clericis Gentiloni exercitam, eosque dignos ostendat, ut ordinibus Sacris inaugurentur. Quando quidem EE. VV. censeant dispensationem Oratoribus esse concedendam, videant, num eis præstituendum sit tempus intra quod ordines suscipere debeant, ne lex fundationis omnino pessumdata sit.

Dubium proponitur.

An Cappellaniæ retineri possint in statu clericali, seù potius, & quomodo sit consulendum SSmo pro dispensatione in casu &c.

Negative ad primam partem affirmative ad secundam pro congruo termino ab Emo Episcopo præficiendo clericis Gentiloni ad effectum se idoneos reddendi ad suscipiendos S. Ordines.

Sess. 21. cap. 7. de Reform.

ROMANA SUSPENSIONIS NOMINATIONIS. Descripta, hæc Causa est in Folio Congregationis diei 14. *Aprilis nuper elapsi*, & proposita in præteritæ Congregationis Folio diei 12. Maii. Quo die distractis EE. PP. suffragiis anceps hæsit judicium edito Rescripto = *Iterum proponatur* = Dignentur itaque EE. PP. Folium diei 14. Aprilis reassumere, & deliberare.

An, & ad quod tempus sit locus suspensioni in casu &c.

Negative.

CA-

AMERINEN. PROROGATIONIS INDULTI. Fatiscentibus ædibus, quæ adiunctæ, continentesque sunt Abbatiali, & Parrochiali Ecclesiæ S. Mariæ di *Rio Sacro* Castri Aquæ Caninæ *anno* 1668. regente Ecclesia Abbate Hieronimo Pisellio incæpta est restauratio sumptibus Communitatis, quæ cum impar esset expensis ab opere perficiendo destitit. Factum hinc est, ut Abbates, qui posteriori tempore Ecclesiam tenuerunt, parrochialem domum habitare non potuerint, & in propriis quisque residens ædibus Episcopum visitantem, ejusque comites hospitio exceperit. Vacata Abbatia, & Parecia die 25. *Aprilis anni* 1800. per obitum Julii Faricelli nonnulli ex Oppidanis Aquæ Caninæ preces SSmo dederunt, ut ad perficiendam imperfectam fabricam, pro qua ex Peritorum relatione requirebatur impensa scutorum 155. 96., suspenderetur Concursus, & Collatio Parrochialis, ut deputato Æconomo, deductisque oneribus, superextantes reditus in restaurationem erogarentur. Repugnante licet majori parte Parrochianorum, sed annuente Archiepiscopo Camertino *Indultum* ex Audientia SSmi *diei* 13. *Augusti* 1800. exoratum fuit per Organum hujus Sac. Congregationis *SSmus benigne annuit pro gratia suspensionis Concursus ad biennium arbitrio, & coscientiæ Archiepiscopi, deputato &c., & ad effectum deponendi reditum, & erogandi in causam expressam docto, & notificetur Ministris Datericæ.* *Sess. 21. cap. 7. de Reform.*

Nondum expirato biennio iterum præces nomine Populi Aquæ Caninæ porrectæ fuerunt, ut impetratum *indultum* ad aliud biennium prorogaretur. Auditus est Archiepiscopus, qui retulit ad perficiendas restaurationes adhuc necessariam fore expensam scutorum 378. 45.. Id quod mirum visum est, cum ex relatione facta anno 1800. compertum esset ad opus perficiendum requiri scuta 155. 96.. Iterum igitur censui percontari ex Archiepiscopo, cur nunc expensa accrevisset, simulque ejus Sententiam rogavi super aliis novis precibus nomine pariter Populi Aquæ Caninæ exhibitis, quibus petebatur convocatio concursus, & collatio Pareciæ. Omnia sedulo patefecit Antistes, & ad rem opportuna transmisit documenta in sua *Informatione* cujus hæc summa est.

Idcirco *anno* 1800. statuta fuit expensa in scutis 155. 96., quia tum Periti ægerunt de reparanda domo in statu, quo reperiebatur. Nunc autem excrevere sumptus, quia agitur de amplianda domo, ut in ea comode Abbas, ejusque Cappellanus habitet, & hospitari possit Episcopus, dum visitationem facit. Cæterum ipse putat, quod major etiam impensa, requiratur, quam Peritus Faber murarius statuit. Hic enim idcirco liquidavit pretium cæmentorum, & operarum in enunciata summa scutorum 378. 45., quia minoris, quam valent, latera æstimavit, ita ut augenda sint in hanc causam alia scuta 55. 55. Addenda quoque est impensa pro operibus Fabri lignarii in scutis 93. 6., adeoque adhuc expendenda sunt scuta 527. 06. præter jam factam expensam in superioribus annis 1800., & 1801. in scutis 130., & preter mercedem Perito Architecto statuendam.

Exhibet porro calculum *accepti*, & *expensi* hoc biennio: scilicet percepta sunt ex reditibus Abatiæ scuta 451. 73., erogata vero in implementum onerum, & sumptuum fabricæ scuta 484. 79. $\frac{1}{2}$, adeoque *expensum* superat *acceptum* in scutis 33. 6. $\frac{1}{2}$ quæ deducenda ante omnia erant ex introitu anni 1802., 1803., & 1804. In his non plus rediit ex bonis Abbatiæ, quam scuta 330., impensa vero consistit in scutis 103. 10. supersunt ergo scuta 227. 89., unde demenda sunt scuta illa 33. 6., quę in superiori biennio expensa sunt ultra *acceptum*. Remanent ergo ex reditibus posteriorum annorum scuta 194. 83. Si hæc erogentur in expensam necessariam pro fabrica in scutis 527. 06.; jam adhuc impendenda restant scuta 332. 22.

Ex quibus concludit Archiepiscopus quod nedum prorogandum sit indultum pro annis jam decursis, sed saltem requirantur alii quatuor anni. Quamquam enim certa liquidatio redituum percipiendorum haberi non possit, idcirco quia in specie consistunt, adeout pro gravitate, aut vilitate annonæ accrescant, atque diminuantur; attamen hoc quadriennio proximo detractis oneribus annuis scuta 62. superfuerunt libera in fabricam quotannis eroganda; ita ut saltem ad aliud triennium prorogandum esset in-

indultum. Quapropter Archiepiscopus censet summopere *expedire non ut restaurationes, de quibus agitur compleantur pecuniis retrahendis ex taxa suprema authoritate imposita super estimo Civitatis, & Diœcesis Camerini, prœordinatisque etiam ad reparandas Ecclesias, & ædes Parrochiales rurales a terremotu collapsas, bene vero, ut vacans Abbatialis Ecclesia administranda tradatur moderno Œconomo Dominico Ciccarelli ejusdem Castri, ea tamen lege, ut retento sibi emolumento cuilibet Œconomo de more debito, deductisque necessariis expensis, quidquid superest integre, fideliterque impendat pro fabrica, donec perficiatur, & cor. Ordinario suæ administrationis reddere rationem debeat. Ipse enim procul dubio totus in eo erit, ut sua industria quantum fieri potest bona vacantis Abbatiæ ita uberiores reddantur, ut supportatis omnibus oneribus, etiam illo gravissimo Cappellani Coadiutoris super extantes Abbatiæ Reditus, adhuc sint adeoinsignes, ut brevi temporis intervallo enunciatum Fabricæ opus compleatur.*

Quoad vero novas preces nomine Populi oblatas pro indictione Concursus, & Collationis Abbatialis Ecclesiæ refert = *Ex 75. Parrochianis qui interfuerunt Congregationi habitæ die 25. Septempris 1803. omnes, exceptis duobus tantum una niniter per secreta suffragia convenisse, nihil sese habere contra modernum Œconomum, factaque subinde propositione de petenda convocatione concursus pro habendo novo Parocho, 34. Parrochiani eorum secreto suffraggio approbarunt propositionem; 35. autem ex Congregatis in aliam abierunt Sententiam, duo a reddendo voto sese abstinuerunt, quatuor demum a Congregatione discesserunt. Fieri nequit, ut eligatur novus Parochus cum onere complendi opus fabricæ inchoatum. Patet enim ex reditibus perceptis ex bonis dictæ Pareciæ per integrum quadriennium, deductis oneribus non adequare Congruam Conciliarem &c. A fide dignis rescivi unum, aut alterum extare in eo Castro qui vehementissime exoptant excitari litem inter Communitatem, & hæredes defuncti ultimi Rectoris, ac propterea satagere, ut Fabricæ opus relinquatur imperfectum, conferaturque Paræcia alteri Rectori, qui vel præfatam Communitatem, vel memor*

tos Hæredes adigat ad præfatum opus perficiendum.

Quæ a Tridentino *Sess* 21. *Cap.* 7. *de Reform.* de reparatione Ecclesiarum Parrochialium statuta sunt, ea quidem pertinent quoque ad edes Pareciæ adjunctas ut *ex Can. Boni principis Distinct.* 96. tradit *Pignattellus Consult.* 126. *num.* 10. , & definivit Sac. Congregatio in *Sarsinaten.* 10. *Julij* 1790. Scilicet reparatio perficienda est primum ex fructibus ad Ecclesiam pertinentibus, mox a Patronis, aliisque qui in Ecclesia Beneficia possident ; tandem a Parrochianis . Cum vero in casu nostro nec fabrica Ecclesiæ habeat reditus, nec Patroni sint, aut Beneficiati, qui reparationem præstare possint, & Parrochiani egestate laborent, merito concessa fuit suspensio collationis Pareciæ , ut ex reditibus superextantibus opus perficeretur . Si igitur satis non fuit suspensio per biennium , ut reparationes perfici possent , eadem perseverare videtur causa, cur concessum Indultum prorogandum sit ne opus maneat imperfectum .

Ponderandum tamen est, quod nunc major requiritur expensa quia ædes in commodum Abbatis, & Cappellani ampliantur , non tantum reparantur, adeoque hoc opus cum necessarium non sit, sed ad commoditatem tendat, deneganda esset prorogatio saltem in futurum, cum satis esse videantur, qui annis præteritis percepti sunt reditus vacantis Pareciæ . Nihilominus Archiepiscopus censet hanc quoque ampliationem necessariam esse , ne ipse eiusque Successores carcant diversorio, dum Oppidum visitant .

Si hęc probentur ab EE. VV. tum statuendum erit tempus ad quod prorogatio facienda erit . Adhuc in fabricam impendenda remanet *scuta* 332. præter reditus extantes ex superioribus annis . Vix ex annuis reditibus haberi possunt scuta 62. ita ut saltem alii quinque anni requirantur ultra tres jam elapsos a die expirati indulti . Quare concedenda esset prorogatio ad *octennium* a die expirati indulti . Archiepiscopus vero proponit, ut reditus Pareciæ administrandi tradantur presenti solertissimo Æconomo sine ulla temporis præfixione , ut illas eroget in opus

opus perficiendum, & Archiæpiscopo rationes exhibeat.

Videant EE. PP. quid magis expediat, & dignentur dirimere, quod proponitur, Dubium

An, & ad quod tempus sit prorogandum indultum diei 13. *Augusti* 1800. *in casu &c.*

Affirmative ad octennium a die expirati indulti absque spe ulterioris prorogationis, & notificetur Ministris Datariæ.

FIRMANA DEROGATIONIS. Præsbiter Mercurius Marchetti, & Prior Ecclesiæ Parrochialis Oppidi Pontani hæredes scripsit in testamento *anni* 1764. sorores suas Franciscam, & Mariam =. *quali vuole, che siano assolute padrone di detti beni* = easque reciproce substituit ita ut = *di tutto quello poi si troverà dopo la morte di ambedue dette Eredi, salva sempre l' espressa libertà, vuole esso Testatore, che debba erigersene una Cappellania mera laicale perpetua nell' Altare di S. Francesco di Paola nella V. Chiesa del SSmo Salvatore coll' obligo di una Messa la Settimana, e Messe cinque il giorno nella festa di esso Santo, la di cui nomina per la prima volta spetti, e debba darsi dall' ultima superstite di dette Eredi, per la morte di cui si darà luogo a detta Cappellenia, ed in seguito spetti il jus di nominare uno de Sacerdoti più poveri di questo luogo al Priore pro tempore di detta Chiesa.* *Ses. 24. cap. 1. de Reform.*

Præ Mariam obivit Francisca. Illa domi retinebat Dominicum Bartolomei, qui nuptias contraxit cum Theresia Cartocci, neptis, quæ erat Mariæ Marchetti. Cum hæc nuptias hujusmodi gratas habuisset, Nepti spopondidit augumentum dotis in scutis 400. per Apocam signatam die 8. *Aprilis* 1767., simulque Dominicum Bartolomei intuitu Matrimonii donavit bonis suis omnibus, quæ possidebat in agro S. Angeli reservato sibi usufructu quoad viveret, & scuta *biscentum* ad effectum testandi, ut ex Instrumento interpositis solemnitis stipulato die 14. *Aprilis* 1767.. Ex hoc conjugio duo nati sunt liberi Antonius, & Anastasius. Maria vero testamentum scripsit, in quo nonnulla reliquit legata, & exequutioni mandans Fratris sui volun-

luntatem Cappellaniam prout ipse jusserat, erexit, & in fundum assignavit = *una possessione con casa posta nel Territorio di Monte Giorgio in Contrada la Caprella* = & in primum Cappellanum nominavit Antonium filium Dominici Bartolomei. In reliquis vero bonis hæredem fecit Dominicum Bartolomei Donatarium suum.

Quamquam hic nullum fecerit Inventarium de bonis hæreditariis Mariæ, eoque defuncto ejus filii Antonius, & Anastasius nullo modo ab hæreditate paterna sese abstinuerint; attamen nunc afferunt creditum scutorum 400. contra hæreditatem Mariæ Marchetti, quæ ipsa in augumentum Dotis Theresiæ Cartocci spondidit, & putant, quod pro hoc credito agere possint super bonis Cappellaniæ assignatis. Ne vero hæc tantam ferat jacturam, paratos se præbent Creditum hujusmodi Cappellaniæ remittere, dummodo jus nominandi, quod ex testamento Præsbiteri Marchetti pertinet ad Priorem pro tempore Ecclesiæ SS. Salvatoris, perpetuo translatum sit in Anastasium Bartolomei ejusque descendentes. Cum id secumferat derogationem voluntatis Præsbiteri Marchetti; tum ad eam impetrandam preces dederunt SSmo Principi, qui eas ad Sac. Congregationem Concilii deliberatum remisit. Rogatus de sua sententia Emus Archiepiscopus respondit huic instantiæ minime repugnare Priorem SS. Salvatoris, cui jus nominandi pertinet = *Quoad vires utriusque hæreditatis, nihil, quod positivi habeat. referri potest, eo quia deficiunt Inventaria. Valor fundi in dotem Cappellaniæ assignati ad scuta* 539. 83. *pertingit, prout ex publico, & ultimo Catastro dignoscitur. Annui vero reditus ad scuta* 25. *secundum communem æstimationem, & calculato anno sterili cum fertili computantur &c. Ne Cappellaniæ Capitalia, & reditus in quarta de quinque partibus reducantur, vel saltem judicialem subeant aleam Oratorum petitioni uti causæ Piæ perutili, & Testatorum voluntati magis propinquæ conscendi posse censerem.*

Remota justa, & necessaria causa numquam voluntati defunctorum derogari solet, ut ad præscriptum Tridentini *sess.* 21. *cap.* 4. *de Reform.* passim statuit Sac. Congregatio, & præcipue *in Asculana Commutationis Voluntatis* 8. *Augusti* 1801. Dum vero Fratres Barto-

lo

lomei postulant, ut perpetuo eorum familiæ addicatur jus nominandi Cappellanum, postulant derogationem voluntatis Presbiteri Marchetti, qui idem jus dedit Prioribus pro tempore Ecclesię SS. Salvatoris. Causa vero, quam afferunt ad impetrandam derogationem hujusmodi, ea est, quod ipsi pro Credito augumenti dotalis a Maria Marchetti promissi in summa scutor. 400. agere possint contra fundum pro Cappellania assignatum in scutis 539. Si hanc actionem psi proficue exercerent, fere ad nihilum diminueretur fundus Cappellaniæ. Dum itaque ipsi hoc Creditum Cappellaniæ remittunt, rem faciunt utilem, & habent titulum acquirendi jus patronatus, ut habet ille, qui vel dimidiam saltem dotis partem auget, ut ad *Text. in Can. Nemo Ecclesiam de Consecrat. distin.* 1. *Vivian. de jur. patron. part.* 1. *cap.* 2. *lib.* 2. *n.* 4. *Fargn. eod. tract. par.* 1. *can.* 1. *cas.* 7. *num.* 19., vel qui est insignis Benefactor, ut tradunt *Card. de Luc. de jur. patron. disc.* 68. *nu.* 1. *Piton. de Controvers. Patron. alleg.* 47. *n.* 35. *Sac. Congregatio in Civitatis Castelli Cappellaniæ* 16. *Augusti* 1794.

Nihilominus hæc Cappellaniæ utilitas falso niti videtur supposito, quod Fratres Bartolomei agere possint pro eorum Credito contra bona Cappellaniæ. Nam cum ipsi non doceant se abstinuisse ab hæreditate Dominici Patris, jam censendi sunt illius hæredes. Dominicus vero aut tenetur qualitate hæreditaria Mariæ Marchetti, aut secus. Si primum, tum eadem qualitate hæreditaria obstricti sunt ejus filii, & hæredes, adeoque ipsi sibi essent debitores hujus augumenti, nec possent agere contra alia bona, de quibus eorum auctrix disposuit. Sin vero negent Patrem qualitatem hæreditariam Mariæ contraxisse, tum dum ipse hæres scriptus fuit, & bona possedit, inventariumque facere neglexit, præsumptio est, quod creditum fuerit omnino extinctum, ut tradit *Rota in Tudertina Cauthelæ Angeli* 4. *Junii* 1784. §. 7. *coram Origo*. Maxime cum Maria sibi ex Donatione reservavit scuta *biscentum*, de quibus debitor erat ipse Dominicus Donatarius, itaut saltem pro hac rata creditum augumenti dotalis extingui potuit.

Deinde omnino incertum est, num pro hoc credito actio dirigi possit contra fundum Cappellaniæ. Nam bona, quæ fuerunt in hanc causam a Maria assignata proveniе-

niebant ex hæreditate Fsatris, qui eam instituit sub ea conditione, ut = *di tutto quello poi si trovera à dopo la morte* = Cappellania erigeretur. Quamquam enim Testator hoc ipso implicite dederit hæredi facultatem alienandi; attamen hæres tenetur quartam reservare ex dispositione *Authen. contra eum rogatus Cod. ad S. C. Trebell.* Nisi igitur constet id, quod deficiente Inventario latet omnino, scilicet num bona profundo Cappellaniæ assignata excedant quartam partem hæreditatis Præsbiteri Marchetti, profecto hæc bona impeti non possunt pro debito Mariæ, quæ incolumem ab omni onere hanc quartam servare tenebatur.

In hac incertitudine, cum non satis liqueat num Fratres Bartolomei pro credito agere possint contra bona Cappellaniæ, jam cessat utilitas ipsius Cappellaniæ, titulus ad acquirendum juspatronatus, & causa, ut voluntati Fundatoris derogetur. Sed ulterius animadvertendum est instantiam tendere in præjudicium pauperum Præsbiterorum, qui sunt in Oppido, quique passivam habent vocationem, tum etiam Priorum pro tempore Ecclesiæ SS. Salvatoris, quibus jus nominandi pertinet, cui per assensum præstitum a moderno Priore derogari non potest.

Hisce prælibatis Dubium proponitur.

An sit locus derogationi voluntatis Præsbiteri Marchetti, & acquisitioni juris patronatus in casu &c.

Negative in omnibus.

Sess. 23. cap. 2. de Regul.

SENOGALLIEN. ONERIS MISSARUM. Pater Gaspar Comandini professus in Conventu Minorum Conventualium *Serræ Comitum* facultatem a Superioribus Regularibus impetravit, subministrandi quotannis scuta *quindecim* suæ Matri Elisabeth, quæ ætate gravis erat. At ille collectis plurium annorum subministrationibus domum nomine Matris comparavit, ut in ea habitare posset. Cum id exploratum esset P. Provinciali Benoffi in actu visitationis convocatis Patribus Conventus *Serræ Comitum*, eis-

cisque probantibus declaravit = *che la casa medesima s'intenda di proprietà, e dritto del Convento, e che la medesima donna non possa disporne alla sua morte. Che durante la detta vita di essa Elisabetta, ella possa abitarvi, e farne uso semplice senza pagarne alcun affitto. Che morta la medesima, e sopravivendo il Padre Gaspare suo figlio, l'affitto della Casa si riscuota dall' esattore del Convento, indi l'affitto medesimo passi in limosina annua al Padre Gaspare sua vita naturale durante.*

Sive tamen hæc, quæ a Patre Provinciali constituta fuere, laterent Elisabeth, sive ab ea despicerentur, ipsa anno 1762. hanc domum testamento legavit P. Gaspari filio suo, ut ea frueretur quoad viveret, eoque defuncto = *lascia detta Casa al Ven. Convento di questa Terra coll'obligo di fargli celebrare in perpetuo tre Messe basse, ed una Cantata nel giorno della festa della Beata Michelina* = Hinc P. Gaspar pensiones exegit juxta decretum P. Provincialis, cujus confirmationem a P. Commissario Generali Ordinis Conventualium impetravit.

Superis hisce temporibus defuncto P. Gaspare, novit Conventus onus Missarum ab Elisabeth impositum super domo, quæ in ejus dominio non erat. Postulavit itaque a Sac. Congregatione, ut illud omnino deleretur. Emus Episcopus suffragatur instantiæ Religiosorum. Nàm inquit = *manifesto apparet Elisabeth nunquam domus dominam fuisse, sed ad Conventum Serræ Conitum in juribus Religiosi viri subingressum unice spectare, ideoque nihil mirum si oneri Missarum refragetur. Quamobrem Conventum ab hoc onere liberandum esse crediderim.*

Coredit quæstio, num Elisabeth sibi quæsiverit dominium illius domus, quæ certe comparata est pecuniis filii Religiosi, sed nomine Matris. Dubitandi ratio ex eo oritur, quod Pater Gaspar facultatem obtinuerat a Superioribus, ut scuta annua *quindecim* Matri subministrare posset. Si hæc in proprietatem Matris transibant, videtur etiam quærere posse dominium illius domus, quæ empta est ex cumulo dictorum subsidiorum. Sed observandum, quod sicut quidquid acquirit Monachus, acquirit Monasterium *Cap. Cum ad Monaster. 6. de Stat. Monachor.* ita

Regularis non potest erogare pecunias nisi accedente consensu Superioris, & in usus ab ipso præscriptos, ut tradit *Donat. prax. rer. regul. tom.* 4. *tract.* 14. *de Vot. paupert. quæst.* 11. *Monacel. Formul. tit.* 11. *formul.* 20. *tom.* 4. Quare si præter præscriptum usum P. Paschalis pecunias erogavit; sequitur, ut, quidquid ex eis acquisitum est, ad Monasterium spectet. Maxime cum id declaratum fuerit a P. Provinciali, ut domum emptam ad Conventum pertineret.

Prout EE. PP. censent, quod domus spectet ad Conventum, vel non; ita erit ferendum judicium super deletione oneris Missarum. Quemadmodum enim servandum erit, si constet domum ad Elisabeth pertinere, ita delendum videtur, si domus ad Conventum pertineat. Rem enim alienam nemo legare potest *L.* 3. *ff. de legat.* 2.

Dubium proponitur.

An sit locus abolitioni oneris Missarum in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

Sess. 14. *cap.* 7. *de Reform.*

SQUILLACEN. IRREGULARITATIS. Dum ab hinc annis Parochus Oppidi Galeati rem sacram faciens concionem Populo habebat, rumor in Ecclesia concitatus est, dum nonnulli armati satellites Ecclesiam ingressi manus injecerunt supra Gregorium Ghareri, ut illum secum abducerent. Diaconus Petrus Ghareri Gregorii Frater statim accurrit, & facto impetu Fratrem suum e manibus capientium exemit. Sed tum supervenit Dominicus Pelaggi balista ignea armatus, & denuo concitata rixa se convertit in Gregorium, qui ictu parvi scopli Pelaggium interfecit. Uterque Frater in carcerem detrusus, & accusatus de homicidio, subjectus fuit criminalibus quæ-

quęstionibus . Sed Gregorius inter vincula ultimum vidit diem , & Diaconus Petrus ex regio indulto a judicio fiscali liberatus est , & in patriam revocatus . Hæc tamen , quæ perpessus est , impedimento esse putavit Vicarius Capitularis, quominus ad Psesbiteratum promoveri posset , quamquam postea numquam amplius in ordine suo ministraverit . Supplicat nunc Sac. Congregationi pro dispensatione ab irregularitate , quatenus ab eo incursa sit . Vicarius Capitularis putat , quod homicidium a Gregorio commissum sit minime instigante Diacono Petro ; Quoad vero compositionem Fisci, & partis refert = *quod juxta præscriptum novissimorum Ordinum non extant , qui amplius interesse habeant præter Curiæ Promotorem Fiscalem . Hunc ego in primis audivi , & ipse nullam partem se habere professus est remittendo se juri .* Ex cordatis viris se præterea rescisse ait *Diaconum prædictum constanti emendatione, moribus , & fama bonum testimonium habere , nec non duobus ab hinc annis , & odia inter familias Ghareri , & Pelaggi jam cessisse , & aversiones , omnesque causas inimicitiæ mutuo eorum tractu sublatas esse , & præsenti tempore pacifice inter se agi , atque versari . Et quoniam inter honestas Familias compositio pecuniaria non est in usu , sed etiam execrabilis , utpote pretium sanguinis , ita satis superque arbitratur in hujusmodi casibus familiæ partes compositæ , cum non cribentur mutuiis competentiis .*

Quamquam Diaconus Ghareri homicidium non patraverit ; attamen cum ipse in rixa fuerit , & Fratrem e manibus satellitorum exemerit , dubitari potest quod Fratrem instigaverit , quo casu irregularitas contrahitur ad *Text. in Cap. Henricus de Cleric. pugnat. in duello* tradit *Fagnan. n.* 1. *lib.* 5. *Decret.* , & S. Congregatio in *Faventina Irregularitatis* 22. *Novem.* 1794. Sed hæc sola suspicio est , cum nusquam constet : quod aut arma ministraverit , aut verbis Fratrem ad homicidium impulerit . Ipse quidem , dum adstabat Sacris functionibus , non rem illicitam faciebat , & pro re nata , & imprævisa in rixam incidit . Nihilominus si EE. PP. censerit contractam fuisse irregularitatem , hæc pro obtinenda dispensatione faciunt:scilicet vitę,

morumque emendatio, gratia Principis, conciliatio partis, sexenuium a quo factum evenit. Quibus concurrentibus S. Congregatio dispensationem indulgere solet.

Proponitur itaque deliberandum.

An sit consulendum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu &c.

Dein-

Die Sabbathi 30. Junii 1804. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

SENOGALLIEN. ONERIS MISSARUM. *Sess. 23. cap. 2. de Regul.*

An sit locus abolitioni oneris Missarum in casu &c.

Negative.

SQUILLACEN. IRREGULARITATIS. *Sess. 14. cap. 7. de Reform.*

An sit consulendum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu &c.

Affirmative.

BENEVENTANA. Ex officio hanc causam proposui in Folio Congregationis *diei* 14. *Aprilis proximi præteriti*, & rogati EE.PP. = *An, & ad quod tempus Xaverius Bosco sit confirmandus in munere Gubernatoris Montis mortuorum* = responderunt = *Affirmative ad biennium a die expirati muneris* = Procurator Confratruum, qui huic confirmationi adversantur, instetit, ut sua jura deducere posset. Hinc reproponitur quæstio contradicentibus partibus per impressas, distribuendasque *Allegationes*, in quibus fere exponuntur, quæ *Sess. 22. cap. 8. de Reform.*

quæ pertractata fuerunt in Folio ab EE. VV. reassumendo.

Quæritur igitur.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

Sess. 24. cap. 6. de Reform.

SIGNINA CAPPELLANIÆ. Fiduciam sibi a Clerico Paschale Attiani concreditam *anno* 1769. pandidit clar. mem. Cardinalis Xaverius Canale, declaravitque testatorem voluisse, ut in Oppido Vallismontanæ Ordinarius extrueret sumptibus hæreditariis Ecclesiam, in qua = *si erigesse una Cappellania con l'obligo della Messa quotidiana, qual Cappellania dovrà darsi ad uno della casa Attiani, finchè ve ne saranno, e mancati tutti dovrà darsi ad un giovanetto povero della detta Terra di Valmontone*; nominandique jus Episcopis Signinis attribuit.

Vacantem Cappellaniam anno 1788. obtinuit Clericus Paschalis Junior Attiani ex Litteris Apostolicis. *Anno* 1794. instante Promothore Fiscali monitus fuit Clericus Paschalis, ut incederet *in habitu, & tonsura* aliter *declarari ipsum non gaudere privilegiis Clericalibus*. Hæc monitio repetita est anno 1800., & 1801., in quo Clericus Paschalis Attiani per subscriptam declarationem spondidit se obsecuturum præceptis Episcopi, & vestem clericalem suscepturum. Sed cum revera nec monitionibus audiens fuisset, nec clericalem habitum suscepisset die 10. *Septembris* 1801. iterum instante Promothore Fiscali, & citato Clerico Paschale Episcopus Sententiam dixit, in qua eumdem Cappellania privavit.

Interea dum hæc agebantur Paschalis supplicavit SSmo pro resignanda Cappellania favore Aloysii Attiani Fratris sui nondum adhuc clericali tonsura initiati, licet ætatem ageret annorum viginti. Nihil a Dataria Apostolica impetravit, & Episcopus omnino negavit se tonsuram Aloysio collaturum. Quare reclamavit ad hanc Sac. Congregationem super denegata tonsura, ejusque preces dimissæ fuerunt ex Rescripto *diei* 12. *Septembri*

2

bris 1801. = *Recurrat ad Datariam Apostolicam jam præventam* = Postquam igitur lata jam erat Sententia privationis ab Episcopo, denuo apud Datariam Apostolicam ægit Aloysius, ut resignationem obtineret, delegatusque fuit ad *Sac. Congregationem Concilii* per Rescriptum Emi Pro-Datarii *diei* 24. *Septembris* 1801. Tum percontatum est ex Episcopo, cur Aloysium Attiani a tonsura repulerit. Retulit itaque, quod *hic ætate annorum viginti, & altero oculo, & quidem sinistro orbatus, vix legendi, scribendique scientia ne expedite quidem, quin immo sensim pollet, cum scholam numquam, vel raro adiverit, vitam semper agrestem duxerit, & equas custodiendi artem exercuerit, & exerceat adhuc, pro quibus ex damnis studiose illatis inquisitus, & processatus in Curia laicali remansit. Ad Ecclesiam insuper pro addiscenda doctrina Christiana se numquam contulit, tandemque pro adimplemento Præcepti Paschalis tantummodo Sacramenta suscepit. Quæ omnia ad denegatæ tonsuræ promotionem me impulerunt. Reticet præterea Orator alteram familiam de domo Attiani a Testatore pariter vocatam ejusdem generis, & juris ad Cappellaniam assequendam, ac in antecessum possessam, & jamdudum de vacatione a me certioratam, cui ut ab EE. VV. in mandatis habui, tam quam unice interesse habenti ad deducendum jura sua coram S. Congregatione mensis spatium indixi.*

Quare *die* 7. *Novembris* 1801. rescriptum est = *Ponatur in Folio citata parte*. Hinc silentium consequtum. Nam Aloysius Attiani Urbem petivit, & Basilicæ Vaticanæ inserviens a Celsissimo Archipræsbitero primam tonsuram suscepit *die* 24. *Aprilis* 1802. Denuo igitur a Dataria Apostolica postulavit collationem Cappellaniæ tamquam vacantis *non obstante pendentia litis*. Sed Emus Prodatarius ex Rescripto *diei* 13. *Maij* 1802. remisit præces = *Ad S. Congregationem Concilii pro Voto* = Verum Episcopus Æsinus nominavit ad Cappellaniam septennem puerum Michaelem ex altera Familia Attiani, qui *Breve dispensationis* ab ætate a SSmo exoravit, & die 20. *Junii* 1802. institutionem in Curia Signina obtinuit, & sequenti *die* 22. Cappellaniæ possessionem nactus est, ab eoque tempore celebrationem Missarum curavit.

Bo-

Bona ad Cappellaniam spectantia in Urbe sita sunt, eorumque fructus Aloysius percipiebat. Facta hinc controversia est apud R. P. D. Auditorem SSmi super administratoris deputatione, quæ mihi commissa est ex Decreto *diei 6. Julii* 1802. cujus vi honestissimum virum Joannem Sala in Administratorem selegi, & instante Michaele cum mihi constitisset ex fide celebrantis de implemento missarum, eidem subministrari decrevi scuta *triginta* in causam elemosinæ Missarum celebratarum. Ex his contractæ sunt quæstiones, quæ sub infrascriptis quatuor dubiis proponuntur, & in distribuendis Allegationibus pertractantur.

I. *Dubium* attingit Sententiam privationis Clerici Paschalis Attiani, quam pronunciavit Episcopus Signinus. Servandam esse contendit Defensor Michaelis, cum constet Paschalem licet bis, & tertio monitum non incessisse in habitu, & tonsura, unde Episcopus privationem decernere potuit ad præscriptum Tridentini *Sess: 24. Cap. 6. de Reform.* Defensor vero Paschalis, & Aloysii non repugnat, quin Sententia illa servetur, sed tamen eum intimatam non fuisse dicat clerico Paschali, idcirco postulat ut adiiciatur modus, quo observanda sit; scilicet *a die intimationis*.

II. *Dubium* eo spectat, ut disceptetur de collatione ab Episcopo facta. Si privationis sententia tenet, & Cappellania erat vacans, certe Episcopi collatio rata sit oportet, cum ipse ex Fundatione habeat jus conferendi *ad uno della famiglia Attiani*. Negat tamen Aloysius collationem hujusmodi esse substinendam tum quia facta est puero septenni sine legittima ætatis dispensatione; tum quia facta lite pendente. Quamquam enim Michael impetraverit *Breve dispensationis* ab ætate; attamen hoc irritum omnino dicit, cum falsis narratis, & veris reticitis obreptitie, & subreptitie impetratum fuerit *ex Text. in Cap. Inter Ceteras de Sententia, & re judicat. Cap. Si a Sede de Præben.* Falso enim narratum fuisse, contendit quod Cappellania vacaverit per legitimam postremi possessoris privationem, quando a Sententia privationis poterat adhuc appellari. Reticitum præterea fuisse ait, quod lis pendebat super resignatione, quam Paschalis facere cupiebat favore Aloysii Fratris sui. Remoto vero *Breve dis-*

dispensationis attentatam dicit collationem Beneficii factam pendente lite.

Contra hæc Michael Attiani contendit, quod nunc disputatio institui non possit de obreptione, & subreptione *Brevis Pontificii*, cum numquam ab eo *oris aperitio* impetrata sit. Cum vero a Sententia privationis Paschalis intra legitimum tempus non appellaverit, haberi profecto debet Sententia illa pro Rejudicata, & Possessor Cappellaniæ legitime privatus. Litis vero pendentia non impediebat Episcopum, quominus Beneficium conferret. Nam de hoc uno disceptabatur num Episcopus jure denegasset Aloysio primam tonsuram, id quod nihil impedimento erat, ne Episcopus Cappellaniam conferret.

III. *Dubium* deliberandum erit, quatenus EE. PP. putent irritam fieri oportere collationem ab Episcopo factam. Aloysius enim sustinet sibi conferendam esse Cappellaniam tum ex *resignatione* sibi facta a Paschale fratre suo, tum ex *impetratione* ob vacantem Cappellaniam in Dataria postulata. Nam Paschalis resignationem fecit ante latam privationis sententiam, adeoque poterat jure resignare ut tradunt *Tondut. quæst. Benefic. part.* 1. *Cap.* 27. *num.* 13. *Lotter. de Re Benefic. part.* 3. *quæst.* 110. *num.* 1.. Ex allatis vero documentis ostendere tentat quod Aloysius *Resignatarius* talis erat, cui Cappellania conferri poterat. Deinde, cum Episcopus ultra sex menses a vacatione Cappellaniæ collationem fecerit, irrite profecto fecit, cum jus Sedi Apostolicæ devolutum erat, adeoque jure Aloysius instetit apud Datariam pro *impetratione*. Michael vero Attiani sibi debitam esse contendit Cappellaniam, licet Collatio sibi ab Episcopo facta non teneat. Nam ipse est de Familia Attiani, nec habet exceptiones quibus Aloysius laborat. Resignationem vero a Paschale factam nihili faciendam esse dicit, quia numquam fuit a Dataria probata, vel concessa. Attenta vero pendentia litis non decidit Episcopus a jure nominandi per lapsum semestris, ut proinde impetratio Cappellaniæ vacantis concedi non possit.

IV. *Dubium* respicit remotionem Administratoris in quam uterque litigans assentitur postquam ab EE. VV. statutum erit, cui sit concedenda Cappellania. Ad *modum*, quod attinet, videtur decernenda solutio ele-

mosinæ Missarum, quas Michael hactenus celebrandas curavit.

Dubia proponuntur,

I. *An Sententia lata per Episcopum Signinum sit servanda in casu &c.* & quatenus *Affirmative*.

II. *An substineatur collatio Beneficii per eumdem Episcopum facta favore Clerici Michaelis Attiani in casu &c.*

Et quatenus *Negative*.

III. *An, & cui sit conferendum Beneficium in casu &c.*

IV. *An, & quomodo sit locus remotioni Administratoris in casu &c.*

Ad I. Affirmative.
Ad II. Affirmative.
Ad III. Provisum in secundo.
Ad IV. Affirmative constito coram Ordinario de adimplemento onerum.

Ses.23.cap.4., 8.,11.,& 14.de Reform.

AVEIRENSIS IRREGULARITATIS. Joannes Soares Roque in Diecesi Aveirensi ex legitimo connubio natus nullo modo recordatur, an Sacramentum confirmationis susceperit. Attamen ejus consanguinea asserit a defuncta Joannis Sorore audivisse eumdem fuisse confirmatum. Dum vero ipse adolescens factus apud familiam Franciscanorum strictioris observantiæ nomen dare cupiebat, summo imperio coactus est vel invitus armatam militiam sequi. Militaris instituti pertęsus frustra dimissionem postulavit. Quare motus exemplo alterius militis per falsarium quemdam litteras confixit dimissoriales pro suscipiendis ordinibus emen-

ementito nomine Archiepiscopi *Bracharensis* tamquam ipsius Ordinario. Quibus munitus ab Episcopo Civitatensi Provinciæ Compostellanæ nullo præeunte scrutinio de vita, & moribus, nullo examine quoad scientiam, nulla sententia de genere, & patrimonio, prætermissa prima tonsura minores ordines suscepit una die 1. *Novembris anni* 1801., Subdiaconatum sequenti die 10. in Sabbato quatuor temporum Adventus, Diaconatum *die* 21., & Præsbiteratum die 27. ejusdem mensis & anni extra tempora, nec servatis interstitiis.

Nunc resipiscens postulat dispensationem, & rehabilitationem. Exquisita est Sententia Episcopi, qui præter ea, quæ superius exposuimus, refert = *cum Oratoris crimina per litteras EE. VV. tantummodo ad meam pervenissent notitiam, nullæ ei in EE. VV. reverentiam impositæ sunt pœnæ. Ipse tamen paucis abhinc diebus in Conventum PP. B. Francisci strictioris observantiæ hujus Civitatis pœnitentiæ causæ se recepit, orationibus jejunio, ac studio vacat. Orator non est omnino illiteratus, majori tamen indiget instructione linguæ latinæ, & scientiarum ecclesiasticarum habet bona immobilia ad constituendum patrimonium, Ordines non exercuit, in militiæ exercitio nullam contrhaxit irregularitatem, nec crimine alio est irretitus. Bonam sortitus est indolem. Nullum scandalum oritur ex ipsius rehabilitatione, nec alicujus interest rehabilitationem denegari.*

Multa sane peccavit Orator in suscipiendis S. Ordinibus, unde inquirendum est num in suspensionem, & irregularitatem inciderit, eique rehabilitatione, & dispensatione Apostolica opus sit. In primis enim ordines suscepit, qui armatam militiam sequutus est. Episcopus affirmat, quod in exercitio militiæ nullam contraxit irregularitatem, unde coniici potest, quod neminem mutilavit, aut interfecit, adeoque ab irregularitate immunis videtur secundum nonnullorum opinionem, ut tradit *Fagnan. Cap. de cætero num.* 7. *de Homicid. Card. Petra Comment. ad Constit. unic. Gregorii VIII. Sect.* 1. *num.* 3. *Pignatell. Consult.* 19. *numer.* 1. *tom.* 7. Alii vero tenent quod irregularis sit, qui militiæ nomen dedit, armatus in bello servivit, stipendia accepit, & in expeditionibus militaribus interfuit. S. Congregatio censuit indigere dispensatione,

qui seculari militiæ adscriptus, arma tulit, & bellicis expeditionibus sese immiscuit, licet neminem interfecerit, aut mutilaverit in *Ipren. Irregularitatis* 16. *Decembris* 1702., & 13 *Januarii* 1703.

Ad ordines porro promotus est, quin certo constiterit, num confirmatus fuisset. Quamvis ex Tridentino *Sess.* 23. *cap.* 4. *de Reform.* ordines conferendi sint iis, qui jam confirmationem susceperunt; attamen nullo juris Canonici loco cautum est, ut ob confirmationis ommissionem ante susceptos Ordines in suspensionem, & irregularitatem Ordinatus incidat *secundum* doctrinam Divi Thomæ *in* 4. *Distinct.* 24. *quæst.* 1. *artic.* 2. *Clericat. de Sacrament. Ord. Cap.* 3. *num.* 10. *Piringh. in jus Canon. Lib.* 1. *Decretal. tit.* 11. §. 3. *num.* 20. Quare si nemo *irregularitatis*, *cum id non sit expressum in jure*, *laqueum incurrit* ex monitu *Tex. in Cap. si qui* 18. *de Sentent. excommunicat.* sequitur, ut etiam si probata foret omissio confirmationis, non idcirco Ordinatus suspensione, & irregularitate teneretur.

Præterea quatuor ordines minores una die suscepit, ommissa prima tonsura. Qui per saltum ordines suscipit, & non ministrat in ordine suscepto, vel omisso nullo modo fit irregularis, sed in suspensionem incidit *ex Cap. Tuæ de Cleric. per Salt. promot.*, & Tridentin. *Sess.* 23. *Cap.* 14. *de Reform.* Controversia tamen est inter Canonistas num hæc juris dispositio sibi vindicet tantum cum quis præpostere Ordines Sacros susceperit; aut etiam cum minores ordines per saltum, aut aliquo omisso consequutus sit. Negant *Ugulin. de Censur. Cap.* 37. *num.* 13. *Conich. disput.* 18. *Dub.* 6. *num.* 43. *Bonacina de Irregularitate disput.* 7. *quæst.* 3. *punct.* 6. *num.* 1. Sed verior videtur sententia eorum, qui putant suspensione irretiri etiam eos, qui promoti sunt ad majores ordines minoribus neglectis, sive omnibus, sive uno tantum, etiam, qui primam tonsuram omisit, ut tradit *Piringh. Jus Canonic. lib.* 3. *Decretal. tit.* 24. *num.* 7. Nam Tridentinum *Sess.* 23. *Cap.* 11. *de Reform.* præscribit, ut in minoribus quoque ordinibus *de gradu in gradum ascendant*, & Sac. Congregatio Concilii, in casu, quo Clericus præpostere minores ordines suscepit eumdem rehabilitandum, & dispensandum esse saltem ad cauthelam decernit in *Florentina Ordinum* 5. *Decembris* 1744. Ac-

Accedit etiam, quod ordines suscepit *non servatis interstitiis, & extra tempora*. Nam ordines minores omnes ei collati fuerunt ab Episcopo Civitatensi *die* 1. *Novembris* 1802. Inter ordines quoque minores servanda esse interstitia patet ex Tridentini *cap.* 11. *sess.*23. *de Reform.* Sed cum definita non sint hæc interstitia inter minores ordines, possunt ex consuetudine conferri uno eodemque die ut *ex Cap.*2. *ibique Gloss. verbo minores de eo, qui furtive ordin. suscep.* tradit *Piringh. Jus Canonic. Lib.*1. *decret. tit.*11. *sect.*1. *num.* 83. Num in Diœcesi Civitatensi vigeat consuetudo hujusmodi, latet omnino. Ordines vero majores intra novem dies suscepit. Nam die 18. *Novembris* in Sabatho quatuor temporum Adventus Subdiaconatum suscepit, die 21. sequenti Diaconatum, & die 27. Præsbiteratum. Quare nullo modo servata sunt interstitia, quæ a Tridentino *loco citato* definita sunt post decursum anni *a susceptione postremi gradus*. Insuper Diaconatum, & Presbiteratum suscepit extra tempora a jure statuta, quæ esse debent in Sabbathis quatuor temporum, aut in Sabbatho sancto, & ante Dominicam Passionis *ex Canon. quod a patribus disunct.*75. *& cap.*1. *de temporibus Ordinat., & qualit. ordinand.* Hinc ob non servata interstitia ordinatus suspenditur ab exercitio ordinis posterius illegitime suscepti ex *Cap. Litteras* 13. *de tempor. ordinat. &c. Suarez disc.* 41. *de censur. sect. num.* 40. *Barbos. de Offic. Episc. allegat.* 14. *num.*11. Ex eo vero quod Ordines extra tempora suscepit non est suspensus ipso jure, sed est suspendendus per Sententiam *Cap.*2. *de tempor. ordinat. &c. Piringh. jus Can. Lib.*1. *decret. tit.*9. *sect.*1. *num.*106.

Falsis quoque usus est litteris dimissorialibus, ut ordines ab alieno Episcopo consequeretur. Perinde est igitur, ac si ordinibus inauguratus sit sine licentia proprii Episcopi, adeoque suspensus ipso jure est ex Tridentino *sess.*23. *cap.*8. *de Reform.* Immo vero cum dolo malo mentitus est dimissoriales, profecto ordines furtive suscepit, & dubitari potest quod irregularitate sit irretitus *ex cap. veniens de eo, qui furtive ordinem suscepit* ibique *Abbas num.*2. *not.*4. *Navar. in manual. cap.*27. *num.* 241. Verum cum in ordine non ministra-

suaverit probabilior Sententia est, quod irregularitatem non contraxerit ut tradit *Covarruv. in cap. Alma part.* 1. §. 6. *num.* 6. *Suarez. disc.* 3. *de Censur. sect.* 1. *num.* 57. *Piringh. jus Canonic. Lib.* 5. *decret. tit.* 30. §. 3.

Tandem sine titulo ordinatus est. Sane qui cum ficto titulo promovetur incidit in suspensionem ex *Canon. neminem* 1. *Canon. Sanctorum distinct.* 70. quæ innovata fuerunt a Concilio *Trident. sess.* 21. *cap.* 2. *de Reform.* Qui vero sine titulo absque dolo, & fraude ordines suscipiunt, irretiti non sunt suspensione, sed Episcopus ordinans eos alere tenetur *ex cap. Cum secundum de Præben.* A dolo & fraude non abesse videtur, qui falsis dimissorialibus ordines suscepit.

Videant igitur EE. PP. num rehabilitatione dignus sit. Dolo quidem fecit, dum falsas dimissoriales obtulit, adeoque cum sit in mala fide indignus videtur, qui indulgentiam consequatur. Aliquid tamen ejus ignorantiæ tribuendum est, ejusque resipiscentiæ, quia jam in domo religiosa emendationem vitæ instituit, & ab Episcopo commendatur id quod Sac. Congregatio plurimi facere solet *in Visen. Irregularitatis* 16. *Maii* 1722. Si tamen EE. PP. eidem indulgeri censeant, vel ab eo exigere majora signa emendationis, ponderandum erit, num in dubio quod confirmatus sit, decerni debeat, ut eidem confirmationis Sacramentum sub conditione conferatur. Nam ipsum Oratorem latet, num hoc Sacramentum susceperit, & una tantum consanguinea a SororeOratoris audivis& se affirmat,quod confirmatus fuerit.Sacramentum autem confirmationis cum caractherem, ut Baptismum imprimat, nonnisi sub conditione iterari posse videtur *Benedict. XIV. Instit.* 6. *num.* 7., & *Instit.* 84. *num.* 11.

An, & quomodo sit consulendum SSmo pro dispensatione & rehabilitatione in casu &c.

Negative, & audiatur Episcopus Civitatensis Provinciæ Compostellanæ.

CA-

AMERINEN. SANATIONIS, ET APPLICATIONIS. Gemino legato subsidiorum dotalium fruuntur pauperes puellæ Oppidi *S. Maroti* ex pia institutione clar. mem. Cardinalis Petri Pauli Conti, & Æquitis Josephi Conti ejus fratris. Uterque enim ab hæredibus suis legavit, ut scuta *viginti* quotannis solverentur in quatuor subsidia dotalia scutorum *decem* eroganda, eisque concedenda puellis, quæ sorte ductæ essent. Sed cum exiguus esset puellarum numerus in illo Oppido, & vix quatuor singulis annis reperirentur, quæ viro essent maturæ; Communitas S. Maroti exoravit a Sac. Congregatione, ut ad decennium unum ex subsidiis dotalibus applicare posset in causam stipendii Concionatoris *ita tamen, ut applicatio fiat quatenus præcedenti anno integra quatuor subsidia ob defectum puellarum concurrentium distributa non fuerint in modum, ut pro subsidio elemosinæ concionatoris erogari non possint subsidia cujuslibet anni decurrentis, sed ea duntaxat, quæ præcedentibus annis distributa non fuere ob deficientiam puellarum nubentium, & satisfactis prius omnibus puellis concurrentibus, & si non extiterint aliquo in anno subsidia non distributa, & superextantia obstricta semper remaneat Communitas ad præstandam consuetam elemosinam concionatori. Quæ omnia coram Episcopo singulis annis verificari debeant &c.* ut ex Rescripto *diei* 4. *Aprilis* 1778. *Ses.* 23. *cap.* 8. *de Reform.*

Expiravit decennium anno 1788. & nihilominus Communitas nullo impetrato novo indulto perstitit in applicatione subsidii dotalis usque in præsens sed quod deterius est omnino pessumdatæ sunt leges in præcedenti indulto appositæ. Numquam enim coram Archiepiscopo rationem reddidit, sed præterea duo tantum subsidia puellis sine ulla sortitione distribuit usque ad annum 1802., duo vero pro stipendio Concionatoris retinuit, quæ constat revera in hanc causam erogata ab *anno tantum* 1784. *ad annum* 1803. excepto *anno* 1799. Quare ignoratur quid factum sit de duobus subsidiis dotalibus ab *anno* 1779. *ad annum* 1783. Hisce commotus Prior Ecclesiæ S. Viti Castri S. Maroti postulat sanationem quoad ea, quæ in præteritum gæsta sunt contra, aut sine Indulto hujus Sac. Congregationis, simulque ut in futurum applicatio subsidii dotalis concedatur.

Post

Postquam Archiepiscopus superius exposita confirmavit addit, quod nunc major puellarum numerus sit, ac *anno* 1778., quæ in sortem coniiciuntur. Urna enim semper continet nomina *quatuordecim*, aut ad minus *duodecim*, quæ sortis eventum expectant = *Ceterum* (prosequitur) *probe nosco miserrimam illam Communitatem promereri, ut prævia sanatione quarumcumque nullitatum prorogetur indultum. Omnia enim a rudibus hominibus Communitatis quamtumvis inordinate, nulliterque; omnia nihilominus summa cum bona fide gæsta sunt. Tria vero quæ remanent dotalia subsidia satis superque sunt. Nam, quæ in ætate nubili sunt puellæ constitutæ, non omnes illico nubent. Frustra igitur quatuor ex illis præmature totidem dotalia subsidia assignarentur, opportuneque eisdem assignantur, dum nuptui sunt proximæ, propterea que concederetur, quod nemini ex puellis nocet, & prodest Communitati, cui vel ea consideretur in universum, vel in peculiaribus familiis vires deficiunt omnino de proprio impendendi consueta scuta sex pro onorario concionatoris, & quatenus suppeterent, hujusmodi tenue emolumentum nimis incongruum esset præsertim modernis hisce temporibus. Auditis desuper omnibus interesse habentibus unanimiter consensum præstant instantiæ Oratoris, omnesque conveniunt causas anno* 1778. *expressas nedum perdurare, sed graviores esse.* Addit tandem *modum* inferius exponendum, quo petita applicatio concedi posset.

Fatetur ipse Orator, quod Communitas omnino defecerit in exequendo indulto sibi concesso, & quod post annum 1788. cessaverit indultum, quia prorogatio impetrata sit. Nec certe a mala fide abest, cum aperta erat Lex, quæ in ipso indulto erat præscripta. Reputent EE. PP. num aliquid ignorantiæ tribuendum sit, & attenta impotentia restitutionis legati indebite percepti sit concedenda sanatio quoad præteritum. Applicatio vero unius subsidii dotalis pro elemosina Concionatoris secumferret commutationem voluntatis fundatorum. Deest nunc causa, quæ suberat anno 1778. cur applicatio concederetur. Nam tum vix in sortitione concurrebant quatuor puellæ, ut proinde subsidia non distributa poterant applicari pro stipendio Concionatoris. At nunc quotannis exube-

rat

rat puellarum numerus, ut applicatio unius Subsidii sine earum detrimento fieri nequeat.

Videant tamen EE. PP. num causa idonea sit ad commutandam voluntatem paupertas Communitatis, quæ stipendium Concinatoris suppeditare non potest. Maxime cum non omnes Puellæ, quæ sorte ducuntur; statim nuptias ineant, ita ut nil eisdem detrahatur, si unum subsidium applicetur. Cæterum applicationem Archiepiscopus hoc modo concedendam esse putat = *ut inposterum de triennio in triennium prævia affixione edictorum porrigant puellæ nubiles supplicem libellum cum earum requisitis, earumdem nomina in urnam recludantur, indeque singulis annis die* 15. *Augusti tres Schedulæ sorte extrahantur pro consequutione trium subsidiorum dotalium, quarto dotali subsidio pro Communitate reservato durante Apostolico indulto, & in reliquis servetur enunciatum indultum diei* 4. *Aprilis* 1778. Videant tamen EE. PP. num hæc potius, aut ea, quæ præscripta fuerunt in Indulto anni 1778., sequenda sint.

Deliberandum proponitur.

An, & quomodo sit concedenda sanatio quoad præteritum, & applicatio quoad futurum in casu &c.

Dilata, & scribatur Episcopo juxta mentem.

TERRACINEN. DISTRIBUTIONUM. Præsbiter Angelus Maceroni cum pedibus impeditus sit non potest incedere in Processionibus, & associatione Cadaverum. Nihilominus tamquam infirmus, & legitime impeditus per juratam Medici depositionem sibi debita esse contendit æmolumenta, quæ in Processionibus, & in ducendis funeribus percipiuntur. Sed repugnante Capitulo reclamavit ad hanc S. Congregationem, ut emolumenta hujusmodi percipere posset. Episcopus refert, quod nunc Capitulum habitis Comitiis plenis suffragiis instantiam Oratoris probavit, proindeque Episcopus putat *Oratorem dignum esse, ut exaudiatur juxta preces*. *Ses.* 21. *cap.* 4. *de Reform.*

Præstat sane animadvertere, quod Gregorius IX. *in Cap. Cum percussio de Clerico ægrotante* hæc descripsit. *Fraternitatem tuam hortamur, quatenus latorem præsentium ad percipienda, quæ consueta sunt ab Ecclesia tua ægritudo sua non debeat impedire* ibique *Glossa* observat = *Quod infirmus inservire intelligitur, & omnia percipere debet ac si sanus esset*. Hinc S. Congregatio infirmis concedere solet ut omnia percipiant, ac si presentes essent, nihilominus quod absint, ceu definivit S.Cong.in *Ripana* 8.*Febr.* 1783..Sed hæc obtinent pro his processionibus, quæ Capitulum pro officio facere debet,ut sunt *Rogationum, SSmi Corporis Christi*, ceteraque hujusmodi, in quibus omnino non fiunt distributiones, sed absentes puncto notantur, a quo immunis esse debet infirmus.

In reliquis vero processionibus in quibus distributio fit, ut Capitulares interveniant, prout in associatione cadaverum, emolumentum datur solis interessentibus,ut presentiam corporalem præstent, adeoque non potest absens tamquam præsens haberi,ut de infirmis definitum fuit in *Acernen. Distributionum quotidianarum* 11 *Aprilis* 1739 in qua disputato I. Dubio = *An Canonico Philippo Ragnone attenta ejus infirmitate debeantur distributiones quotidianæ; & alia emolumenta* = rescriptum fuit *Affirmative exceptis distributionibus,& emolumentis, quæ justa testatorum voluntatem debetur tantum actu interessentibus*.

Dubium proponitur.

An Canonico Miceroni attenta ejus infirmitate debeantur distributiones in Processionibus, & emolumenta associationis Cadaverum in casu &c.

Quoad distributiones in processionibus affirmative, dummodo non obstet voluntas testatorum expressa, vel præsumpta quoad emolumenta associationum cadaverum negative.

Sess.25. cap.4. de Reform.

RAVENNATEN. REDUCTIONIS. In Metropolitana Ecclesia Ravennatensi duo erecta sunt Beneficia, alterum nuncupatum est *S. Martini de sette Pozzi* in Altare SS. Ursi, & Rainaldi, alterum *S. Stephani in Andreona* in Altare S. Petri Chrysologi. Utriusque

que Beneficii fundatio delitescit, at ex tabella onerum compertum est Beneficio *S. Martini* annexa esse onera Missarum 139., & Beneficio *S. Stephani* onera Missarum 52. . Dos vero utriusque Beneficii ex fundis redit, ex quibus Beneficiatus ante annum 1797. percipiebat detractis oneribus pro illo S. Martini *scuta annua* 51. 49., pro illo S. Stephani *scuta annua* 35. 80. Sed inter rerum perturbationes graviora facta sunt vectigalia, & aucta quoque est elemosina Missarum, ita ut impletis oneribus beneficiato supersunt ex primo beneficio *scuta annua* 40. 05. ex altero *scuta* 33.20.

Utrumque beneficium modo possidet Clericus Leonardus Gentilini, qui usque ad annum 1799. celebrationem Missarum integre prestavit. Sed ab eo tempore in præsens omisit celebrationem Missarum 762. . Ob augumentum elemosinæ manualis a decem ad quindecim obolos, ob graviora imposita vectigalia reductionem nunc postulat, simulque absolutionem pro missis in præteritum non celebratis. Archiepiscopus utramque instantiam probat. Reductionem namque concedendam esse putat ex rationibus inferius recensendis. Quoad absolutionem pro missis in præteritum non celebratis refert, *quod Rector extra culpam omnino non est. Sed ignoscenda videtur, si ratio habeatur præteritorum temporum, ac præsertim annorum* 1799., 1800, *& 1801. Admodum enim probabile est Oratori perexiguis fortunæ muneribus prædito pecuniam, qua missarum elemosinam solverat defecisse, tunc cum omnes hujus Provinciæ incolæ quidquid æris contrectabant in ærarium publicum conjicere cogebantur, ut se ipsos a vexationibus redimerent. Si igitur Missarum omissio probabili causæ innititur, si minime constat omittentem eo spectasse, ut occasionem compositionis nancisceretur, Oratori haud videtur esse deneanda condonatio.*

Idcirco censet Archiepiscopus concedendam esse reductionem, quia delitescente fundatione presumi possit, quod fundus sit *taxative* assignatus, ita ut eo diminuto Beneficiatus de proprio supplere non teneatur, & reductionem onerum consequi possit. Diminutio vero fundi licet intrinsecus non evenerit; attamen auctis vectigalibus, & elemosina Missarum diminuti sunt fructus, quos Beneficiatus libere percipit. Nam ante annum 1797. Orator ex utroque beneficio consequebatur an-

nua scuta 87. 29. immunia ab omnibus oneribus vectigalium, & elemosinę Missarum. Nunc vero hisce auctis percipit annua scuta 73. 25. ita ut diminutionem tulerit in annuis *scutis* 14. 04.

Verumtamen tota hæc disputatio a proposito extranea esse videtur. Misso enim num deficiente fundatione præsumi possit, quod fundus sit *taxative* assignatus, nihil certe hoc attinet ad præsentem reductionem concedendam. Non agitur nunc contra hæredes fundatoris ut adigantur ad supplendum, vel non ex eo quod fundus sit *demostrative*, vel *taxative* relictus ex doctrina *Benedicti XIV. de Synod. Diœces. lib.* 13. *Cap. ultim. num.* 23. Utrumque sit, certe quidem Beneficiatus ad supplementum non tenetur. Quantacumque autem sit deminutio, quam tulit, redituum ob graviora vectigalia, & auctam elemosinam Missarum, profecto hisce etiam detractis oneribus, libera Beneficiato supersunt annua scuta 73. 25. Quare si fructus beneficii uberiores sunt oneribus, quæ Beneficiatus præstare debet nihil causæ est, cur reductio concedatur, ut millies definivit S. Congregatio, & præcipue *in Placentina Reductionis* 21. *Maij* 1794.

Hæc quoad futurum. Quo vero ad præteritum inadimplementum Orator bona fide destituitur. Non enim eum latebant onera præstanda, & reditus oneribus pares percipiebat. Remota vero bona fide denegavit absolutionem S. Congregatio *in Camerinen. Absolutionis* 25. *Januarii* 1794. Non vero specialem Sanctæ Sedis indulgentiam ex præteritorum temporum angustia promereri possit Orator pro sua æquitate videbunt Emi Patres. Aliquando Sac. Congregatio miserata paupertatem obligati veniam ob præteritum inadimplementum eidem concessit *in Romana Oneris Missarum* 11. *Maii* 1789.

Unum, alterumque dubium proponitur.

I. *An sit locus reductioni Missarum in casu &c.*

II. *An, & quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritum in casu &c.*

Non proposita cum sequenti.

PE-

PERUSINA PROROGATIONIS INDULTI. Parrochiani S. Angeli in Porta Heburnea, seu ut vulgo ajunt *Borgna* Civitatis Perusiæ, ut angustam Parrochialem Ecclesiam ampliarent a SSmo obtinuerunt Indultum, ut deputato Æconomo in vacante Paræcia super extantes reditus ad triennium erogarent in fabricam Ecclesiæ, ut ex Rescripto *diei* 14. *Junii* 1800. ex audientia SSmi. Hujus indulti prorogationem, antequam triennium expirarent ad alios tres annos postularunt. Episcopus affirmavit necessarias adhuc esse expensas, ut fabrica perficeretur, sed *paucis* (ait) *mensibus absolvi posse, & ultra totum mensem Aprilis anni* 1804. *petitam prorogationem ad providendum de Rectore Paræciam necessarium, ac expediens fore arbitror concedendam*. Hinc SSmus referente me die 24. *Augusti elapsi anni* prorogationem concessit ad annum a die expirati indulti. *Sess.21. cap.7. de Reform.*

Nihilominus Fabrica adhuc imperfecta jacet, iterumque Parrochiani instant pro prorogatione indulti ad aliud biennium. Interrogatus Episcopus de resultantibus ex præcedenti indulto, respondit = *Retuli, quod Ecclesiæ Fabrica paucis mensibus absolvi poterat, & fidelium largitione, & bona voluntas deputatorum aderant. Nunc vero largitionibus omnino cessatis, & deficiente numerario fabrica fere nunc extat, ut tunc extabat. Accitis itaque deputatis Adriano Mariotti, & Dominico Tassi obligationem solidalem emiserunt, quod infra biennium decurrendum ab ultima die, qua expirat indultum suspensionis eligendi Parochi Fabrica tum Ecclesiæ, tum domi parrochialis erit omnino expleta, & tunc novus Parochus eligi poterit. Expensæ jam habitæ in fabricam sunt quippe longe majores annui reditus Paræciæ, & præconceptæ intentionis hinc petitam prorogationem biennalem concedi posse arbitror.*

Ex Tridentino *sess.21. cap.4. de Reform.* Ecclesiæ reparandæ primum sunt ex reditibus Ecclesiæ, sed hic non agitur de reparanda, sed de amplianda, & ornanda Ecclesia, itaut repugnaret in hanc causam erogare reditus Paræciæ, unde illa diuturno tempore vacet contra SS. Canonum censuram. Verum si suspensio, & applicatio jam ex præcedentibus indultis concessa est, si adhuc necessaria fit impensa pro fabrica perficienda, si hæc perfecta non est ex mala ero-

erogatione redituum, sed ex cessatis largitionibus; jam prorogatio indulti concedenda videtur. Nedum enim pro fabrica Ecclesiæ, sed etiam ædium parrochialium aliquando Sac. Congregatio indulta hujusmodi concessit, ut novissime *in Camerinen. Prorogationis Indulti* relata *in Folio præteritæ Congregationis*.

Dubium est.

An, & ad quod tempus sit prorogandum indultum diei 24. Augusti 1803. in casu &c.

Die

Die Sabbathi 28. Julii 1804. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

RAVENNATEN. REDUCTIONIS. *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

I. *An sit locus reductioni Missarum in casu &c.*
II. *An, & quomodo sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritum in casu &c.*

Ad I. Negative.
Ad II. Affirmative cum onere celebrandi omissa Sacra pro rata singulis annis infra quinquennium docto.

PERUSINA PROROGATIONIS INDULTI. *Sess. 21. cap. 17 de Reform.*

An, & ad quod tempus sit prorogandum indultum diei 24. Augusti 1803.

Affirmative juxta votum Episcopi absque spe ulterioris prorogationis.

PISCIEN. BENEFICII SUPER DISPENSATIONE. *Sess. 21. cap. 6. de Reform.*

Semel, iterumque jam hæc causa subiit Judicium EE. VV. scilicet in Congregatione diei 21. *Maii* 1803. in qua gemina proposita fuere Dubia I. *An Breve sit reportandum in casu &c.* = II. *An sit signanda supplica-*

catio in casu &c., & EE. PP. responderunt *Ad I. Affirmative ad II. Negative*. Gialdinius, qui vadimonium deseruerat impetrato novæ Audientiæ beneficio sua jura deduxit *in Congregatione diei* 23. *Julii* 1803., & rogati EE. Patres = *An sit standum, vel recedendum a Decisis* = perstiterunt = *In Decisis, & amplius* = Iterum vero instante Gialdinio Emus Præfectus hujus Sac. Congregationis ei potestatem fecit, ut iterum jurium suorum faceret periculum. Sæpius vadimonia dilata fuere, & nunc tandem reproponitur causa, quæ in Foliis Congregationum *diei* 21. *Maii*, & 23. *Julii* 1803. fusius tractata fuit. Canonicus Cecchi impressam *Allegationem* distribuit. Gialdinius nihil adhuc mihi exhibuit.

Quæritur iterum.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius, & ad D. Secretarium ad mentem.

Sess. 22. *cap.* 18 *de Reform.*

ÆSINA BENEFICII SUPER COLLACTIONE. Anceps hæsit EE. PP. Sententia in hac causa proposita in Congregatione diei 12. *Maii proxime præteriti*. Nam quæsitum fuit I. *An rescriptum diei* 17. *Julii* 1802., *ejusque exequtio sit servanda in casu &c.*, & quatenus *Negative* II. *An, & cui sit danda institutio in casu &c.*, & prorogata fuit ad aliam diem cognitio edito Rescripto = *Iterum proponatur* = Reproponitur nunc causa utrinque *Allegationes* distribuentibus Reasumpto itaque Folio illius Congregationis iterum EE. VV. dignentur respondere gemino Dubio.

I. *An Rescriptum diei* 17. *Julii* 1802., *ejusque exequtio sint servanda in casu &c.*

Et quatenus *Negative*.

II. *An, & cui sit danda institutio in casu &c.*

Iterum proponatur.

RO-

ROMANA CENSUS. Reproponitur hæc causa, postquam EE. PP. Sententia non convenit in Congregatione diei 2. *Junii nuper elapsi* in qua rescripserunt *Iterum proponatur*: Capitulum S. Mariæ in Transtyberim impressum distribuit *Memoriale*, ut EE. VV. dignentur reassumere præteritam *allegationem*, & dirimere Dubium. *Sess.24. cap.4. de Reform.*

An constet de nullitate extinctionis census ita, ut debeantur fructus in casu &c.

Affirmative in omnibus.

NULLIUS SANCTI MARTINI OBSEQUIORUM MATRIMONIALIUM. Non diu stetit jucunda vitæ consuetudo inter Conjuges Cammillum Brochetti, & Geltrudem Belpasso, quæ mense *Octobris* 1791. in manus viri convenit, & ad Oppidum S. Martini, quod incolit Familia Brochetti, commigravit. Dissidia enim, quæ inter domesticos parietes clam exulceraverant Conjugum, & domesticorum animos, palam deinde eosdem in judicio exagitarunt *anno* 1793., quo a Curia Ecclesiastica Civitatis Castellanæ sub interminatione censurarum monita est mulier, ut ad officium rediret conjugale, quod deseruerat, dum labente anno 1792. ad patrium Oppidum Caprarolæ, patriosque lares sese receperat. Promptam tum se declaravit Geltrudes ad obsequia præstanda, sed apud acta Curiæ Ecclesiasticæ emissa protestatione nonnullas proposuit conditiones a viro adimplendas, & præcipue ut separatum a domesticis viri contubernium haberet. Cum tamen inter se non convenissent Vicarius Generalis causa cognita definitive decrevit mulieri subministranda esse alimenta *ad rationem scutorum quinque pro quolibet centenario suæ dotis*, *& acconcii ad formam Instrumenti dotalis a die motæ litis*. *Sess.24. Can.8. de Sacram. Matrim.*

Ab hoc decreto Cammillus Brocchetti interjecit appellationem ad A. C. Met. Ut vero submoveret obstaculum, quominus mulier juste negaret nolle se in consortium domesticorum viri redire, apud acta professus est summopere cupere complexus Uxoris, & quidem

dem seorsim a domo paterna. Quare Judex A. C. Sententiam dixit die 23. *Decembris* 1795. duobus distinctam capitibus, quorum *primo* revocavit Decretum Vicarii Generalis Civitatis Castellanę, *altero* decrevit *Geltrudem* Belpasso teneri, & obligatam esse a præstanda obsequia matrimonialia Camillo Brochetti ejus viro ad formam declarationis. Neglecta ab hac sententia appellatione, ortaquæ propterea Rejudicata Geltrudes *anno* 1796. ab R. P. D. Auditore SSmi exoravit, ut causa delegaretur *ad S. Rotam etiam in gradu restitutionis in integrum*. Inde silentium consequutum est inter publica rerum discrimina. Restituta vero tranquillitate Camillus Brochetti supplicavit SSmo, ut causa hujusmodi abhac *S. Congregatione* cognosceretur; votique compos factus est ex Rescripto diei 14. *Decembris* 1803., quo causa remissa est *ad S. Congregationem Concilii in statu, & terminis*.

Antequam controversia EE. VV. proponeretur exquisita est Sententia Ordinari super legitimis causis separationis thori. Hic refert se interrogasse Geltrudem, ejusque consanguineos, & respondisse *se ad separationem thori venisse, ut vitam lucraretur eternam, quam viro suo conjuncta consequi non posse arbitratur. Oratorem Brochetti, suosque familiares deinde rogavi, & ipsi asserunt uxorem, & respective cognatam Geltrudem prædictam se a viro separasse, quod vitam a parentibus viri segregatam ducere cupiebat nulla licet hujusmodi divisionis causa existeret*.

Nisi Geltrudes gravissimas proferat causas, quamobrem a viri consuetudine divertere velit; profecto uti compellenda erit ad obsequia præstanda; ita, si pervicax in proposito maneat, subducenda ei sunt alimenta extra viri domum ad tradita per Rotam *in Romana Separationis Thori* 12. *Maij* 1777. §, 2. *coram Ratta*, & *in Cammerinen. Obsequiorum Matrimonialium* 10. *Maij* 1793. *cor. Soderino*. Judicium proinde EE. VV. redire debet ad causas hujusmodi, quæ a muliere nunc proferuntur, ut statui possit, num justa sit Sententia A. C. quæ mulierem ad officium matrimoniale compulit, sin minus alimenta denegavit. Impressæ distribuuntur utrinque *Allegationes*, quæ hæc ad rem habent præcipua.

Ad duo summa capita revocari possunt causæ a Geltrude propositæ scilicet ad *Sevitias*, & *Odium viri*. Sevitias probat per declarationem a se juratam, cui in hoc judi-

dicio civili deferendum esse contendit ex his, quæ tradit Rota *coram Coccin. decis.* 2011. *num.* 12. *in Posnanien Separationis Thori* 1728. §. *Cæterum coram Cincio, & in alia Posnanien. Separationis Thori* 31. *Januari* 1749. §. 12. *coram Canilliac*. In hac vero declaratione affirmat se pluries nedum inter domesticos parietes, & in ipso thalamo, sed etiam palam, & in publica Ecclesia percussiones a viro tulisse; malis verbis, minusque honestibus a viro, ejusque consanguineis fuisse provocatam; ad vilissima officia coactam, male habitam, cum ægrotabat; prohibitam, ne cum sorore, & fratre secreto colloqueretur; panem ultra quotidianum demensum sibi denegatum; suos consanguineos malis acceptos verbis, & minis, & armorum impetu domo ejectos; & tandem a viro metu mortis compulsam, ut subscriberet declarationem, in qua affirmaret numquam viri sevitias, aut percussiones expertam fuisse. Probat præterea viri sevitias partim ex testimonio sororis, & fratris; partim aliis testibus, qui vel minas vel mala verba audivisse, vel pugnum ei in Ecclesia inflictum vidisse, vel malum viri ingenium, & bonos uxoris mores, vitæque rationem cognovisse deponunt. Quibus testibus licet consanguineis vel aliis exceptionibus obnoxis adhibenda est fides, cum agatur de re difficilis probationis *ad Text. in leg. Consensu* §. *Super Plagis Cod. de Repud. Rota coram Coccin. dec.* 2011. *num.* 13. *& seq., & in Vicen. Separationis Thori* 26. *Januarii* 1762. §. 9. *coram Cornelio*.

Odium vero irreconciliabile viri sui demonstrare studet Geltrudes, tum ex sævitiis, quas tulisse dicit; tum ex sævo Camilli animo; tum ex his, quæ testes deponunt eum palam dubitasse, ut si litem obtineret, uxorem adeo male acceptorum, ut eam = *la voleva strascinare a coda di cavallo* = *farla perir d' inedia* =; tum demum ex eo, quod uxoris famam, suorumque consanguineorum allatis documentis nunc deturpare conatur. Unde cum prudens timor sit periculosam futuram cum viro cohabitationem, concludit Geltrudes justam se habuisse causam, ut a viro diverteret, & ab eo thorum in posterum dividat *Rota in Majoricen. Divortii* 13. *Januarii* 1749. §. 5. *coram Bussio, in Leodien. Separationis Thori* 13. *Junii* 1777. §. *final. coram Litta*.

Utrumque vero, & sævitias, & odium refutare contendit Camillus Brocchetti in sua *Allegatione*: Principio testes appellat Archipresbiterum, & Parochum, Sacerdotes, Decuriones Oppidi S. Martini, qui optimos suos mores affirmant, & sævitias negant. Alios deinde inducit testes, qui affirmant audivisse a Geltrude, & ab ejus consanguineis nullas a viro tulisse sævitias, sed jurgium omne derivasse ex eo quod illa a consortio Socrus, & Glorum refugit. Addunt Geltrudem ad hanc litem incitatam fuisse a consanguineis suis, & eamdem post factum divortium in familiaritatem venisse cum iis, quorum fama malæ audit. Tandem producit juratam mulieris declarationem, qua se immunem fuisse a sævitiis viri profitetur, eamque declarationem sponte fecisse probat ex alio teste, qui a Geltrude id accepisse fatetur.

Ex his concludit, quod aut prorsus excluduntur sævitiæ, aut probantur ex solo declaratione uxoris, quæ nihil sibi vindicat quippe facta pendente lite, & ad vitandam primam declarationem, aut tandem ad summum steterint in unica percussione, adeoque eum non sint frequentes, & atroces separationi thori causam non præbent, ut tradit *Rota in Romana Separationis Thori 7. Septembris* 1787. §.4. *coram Emo Despuig*. Eo vero minus timeri posse contendit odium viri, cum hic promptum sese exhibuerit uxorem recipere, & quidem seorsim a paterna domo, ut omnis, unde ducitur, jurgii causa removeatur.

Ex his utrinque deductis dignentur EE. VV. deliberare. *An constet de Rejudicata, seu potius de causis restitutionis in integrum in casu &c.*

Affirmative ad primam partem. Negative ad secundam.

Sess. 21. cap. 4. de Reform.

TERRACINEN. DISTRIBUTIONUM. Quæsitum fuit in præterita Congregatione = *An Canonico Maceroni attenta ejus infirmitate debeantur distributiones in processionibus, & emolumenta associationis cadaverum in casu &c.* = rescriptumque fuit = *Quoad distributiones in processionibus affirmative, dummodo non obstet voluntas testatorum expressa, vel præsumpta. Quo vero ad emolumenta associationum cadaverum negative* = No-

Novas preces nunc exhibet Canonicus Maceroni, expouens quod ex Constitutionibus Capituli, si hæredes defuncti idem accersiri volunt in funeribus, pulsari jubent æs campanum, & solvunt certam taxam, quæ eadem semper est sive omnes de Capitulo interveniant, sive secus. Quamquam verò hæc distribuatur inter præsentes, attamen Capitulum, etiam infirmos in hac distributione pro præsentibus habere solet. Ex his, quæ nunc in facto deducuntur quæritur,

An sit standum, vel recedendum a decisis quoad emolumenta associationis cadaverum in casu &c.

In Decisis.

PISAUREN. APPLICATIONIS HÆREDITATIS. *Sess.22.Cap.6. de Reform.*

Pertinet hæc causa ad Folium *diei* 23. *Julii* 1803. Quæsitum fuit de Applicatione hereditatis Nicolai Celi, qui instituit hæredem *l'anima sua* nullo præscripto pio opere, nisi quoad bona sita in territorio Oppidi *Frontonis*, quę vendenda jussit, & pretium erogandum in celebratione Missarum. Hinc Rev. Fabrica S. Petri ex suis privilegiis hanc hæreditatem tamquam incertam vindicabat; illinc Frontonenses saltem applicationem bonorum, quæ in territorio sita erant, postulabant, ut ex his Ecclesia Parrochialis ampliari posset, & stipendium dari Cappellano, qui Parochum coadiuvaret. Geminis dubiis tota disputatio complexa est. I. *An Rev. Fabricæ S. Petri competat applicatio hæreditatis quondam Nicotai Celi in casu &c.*, & quatenus *Negativè*. II. *An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro applicatione ejusdem hæreditatis Celi in casu &c.* Quibus rescriptum fuit. *Ad I. Affirmative exceptis bonis in territorio Frontonis sitis* = *Ad II. quoad hæreditatem provisum in primo, & quoad bona Frontonis ad Secretarium cum Sanctissimo pro illorum applicatione favore Paræciæ ejusdem Oppidi ad effectum retinendi Cappellanum Curatum, qui celebret tot sacra, quot reditus ad taxam perpetuæ pro anima Nicolai Celi.* Quam resolutionem Sanctissimus approbavit, & confirmavit ex Rescripto *diei* 27. *Julii* 1803.

Re-

Reclamarunt Frontonenses iterum ad Sacratissimum Principem. Nam ex *modo* adjecto in Resolutione hujus S. Congregationis facile inveniri nequit Cappellanus, qui pro elemosina Missarum Parochum coadiuvare velit. Remissæ preces hujusmodi ad hanc S. Congregationem auditus est Vicarius Apostolicus Callienſis, in qua Diæcesi Castrum *Frontonis* manet. Refert vero quod bona hujusmodi, quæ pertinent ad hæreditatem Cæli in territorio sita sive rustica, sive urbana, sive semoventia æstimantur ad scuta *sexcentum quinquaginta*. Bona hujusmodi nunc sub administratore manent, quia vacante modo Parœcia Rescriptum hujus S. Congregationis exequtioni committi non potuit. Addit tandem = *quod Parochus in administratione Parœciæ frequentis ad capita septingenta per agros, montesque dispersa alicujus Sacerdotis adscititii opera indiget. Vix tamen, ac ne vix quidem ullum reperiet, quem alliciat solus reditus patrimonii hujusce, idest solus annuus census scutorum ad summum viginti quatuor, onere tamen adjecto tot Missarum, quot hic census sufferet taxata elemosina ad obolos sexdecim cum dimidio. In Parœciis campestribus apud nos jam frequens est elemosina solito lautior. Igitur si Parochus Cappellanum coadiutorem adsumat necesse est, ut salarium de proprio solvat. Nec tamen facile poterit. Census namque Ecclesiæ vix conficit annuam summam scutorum centum quinquaginta ex quibus detrahenda est pensio scutorum viginti pro Parocho, qui Parœciam resignavit. Mea quidem sententia expedit, ut patrimonium de quo res est Ecclesiæ, & Parocho addicatur ea lege, ut Cappellanum retineat constituta annua mercede scutorum quadraginta, Missasque fortasse duodecim quotannis celebret pro suffragio animæ Nicolai Celi.*

Videant EE. PP. num hæc expediant, quę proponit Vicarius Apostolicus, & dignentur reassumere Folium Congregationis 23. *Julii* 1803.

Dubium proponitur.

An, & quomodo sit standum, vel recedendum a decisis quoad secundum Dubium in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

CI-

IVITATIS CASTELLANÆ SERVITII CHORI. *Ses. 21. cap. 6. de Reform.*

Parrochialis Ecclesiæ S. Andreæ Apostoli Oppidi Vallerani jurepatronatus gaudet Rev. Camera Apostolica, quę solvitParocho annua scuta quadraginta in causam congruæ. Anno 1779. ex dotatione Fratruum Rossetti & Sacerdotis Joannis Laurentii Agostini erecta est in Collegiatam isthæc Ecclesia, & Parochus ad primam dignitatem Archipræsbiteratus evectus est, quin tamen ei aucti essent reditus, licet subjectus fuerit oneribus chori, & Missarum Conventualium viginti duo. Cum Præsbiter Aloysius Falaschi Archipresbiteratum ex præsentatione Rev. Cameræ Apostolicæ obtinuisset, compertum habuit, quod vix annua scuta *quinque* ex distributionibus quotidianis, aliisque incertis percipiebat. Ratus hinc impar prorsus esse oneribus emolumentum, alterutrum ab hac Sac. Congregatione postulavit vel ut ex reditibus Capituli ei præbenda augeretur, vel ut reductionem servitii chori obtineret.

Super quibus interrogatus Episcopus, ut audito Capitulo referret, hic confirmat ea, quæ Canonicus Falaschi exposuit. Negat vero quod Præbenda Archipræsbiteralis augeri possit ex reditibus massæ capitularis, nisi reliquæ Canonicorum præbendæ diminuantur, quæ cum tenues sint, nullam ferre possunt diminutionem. Censet vero quod attenta tenuitate præbendæ Archipræsbiteralis reducendum sit servitium chori, servatis tamen nonnullis conditionibus quas Capitulum proposuit, & ipse probat: Scilicet *Primo, ne diebus vacet Orator a choro, in quibus tamquam prima dignitas hebdomadarii munus exercere debet, & solemniter missam celebrare tenetur. Secundo pariter, quando chorum omnibus commune assignatur. Ac tertio in festis in sua hebdomada concurrentibus, nec non festis quibuscumque diebus adesse cogatur Missis cum cantu celebratis, ac Vesperis.*

Proposita fuit hæc instantia per *Summaria Præcum* in præterita Congregatione, rescriptumque fuit = *Exhibeatur Bulla Fundationis & Episcopus referat Præbendarum reditus comprehensis incertis* = His omnibus facit satis Episcopus in nova *Informatione*. Nam transmissa Bulla constat quod servitium chori prestatur quotidianum, sed per *mediariam*. Refert vero

ro Episcopus *quod Canonicorum numerus prædictæ Collegiatæ Ecclesiæ Capitulum constituens, ad decem adscendit, qui cum duobus dignitatibus, nempe Archipræsbitero, & Præposito ac quinque Beneficiatis numerum in totum decem, & septem conflant. Reditus omnes cuilibet præbendæ canonicali adscripti summam pro unaquaque scutorum triginta annuatim pertingere compertum est. Incerti autem reditus scutorum quinque circiter calculari possunt.*

Cum ante erectionem Collegiatæ Parochus haberet annua scuta quadraginta in causam congruæ; jam patet, quod pro chori servitio, & celebratione Missarum conventualium nihil additum sit Archipræsbitero præter distributiones quotidianas, & incerta, quæ vix attingunt annua scuta quinque. Impar itaque videtur emolumentum oneri chori quotidiani, in quibus terminis alias Sac. Congregatio servitium chori reduxit *in Alexandrina Servitii Chori* 17. *Aprilis* 1790. *In Placentina Servitii Chori* 19. *Februarii* 1791. Quatenus vero EE. VV. chori servitium reducendum putent; tum sane inquirendum erit, num probandæ sint conditiones sub quibus Capitulum in hanc reductionem assentitur: Scilicet ut Archipræsbiter teneatur choro interesse iis diebus, in quibus commune præscriptum est servitium: rursus in iis in quibus tamquam hebdomadarius Missam canere tenetur: tandem in festis diebus, qui in sua hebdomada occurrunt, pro missis solemnibus, & vesperis tantum. Cum leve sit hujusmodi chori servitium satis consultum videtur tum ut Orator par emolumento onus habeat; tum, ut prima dignitas aliquando choro intersit.

Dubium proponitur,

An, & quomodo sit reducendum chori servitium in casu &c.

Die

Die Sabbathi 18. *Augusti* 1804. *in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

PISAUREN. APPLICATIONIS HÆREDITATIS. *Sess.21. cap.6. de Reform.*

An, & quomodo sit standum, vel recedendum a decisis quoad secundum Dubium in casu &c.

In Decisis aucta elemosina ad obolos viginti, & injuncta celebratione presertim in diebus festis,

CIVITATIS CASTELLANÆ SERVITII CHORI. *Ses.21. cap. 6. de Reform.*

An, & quomodo sit reducendum chori servitium in casu &c.

Affirmative juxta Votum Episcopi.

URBINATEN. NULLITATIS CONTRACTUUM. *Ses.21. cap. 3 de Reform.*

Civitas Urbini vix *mense Junio anni* 1799. e publica perturbatione rerum emerserat; in summam Annonæ caritatem incidit. Qui huic rei præerant *Provisorii Deputati* quantitatem *Rubrorum bismillium* tritici ab Hungaria exportandam mandarunt, pro qua requirebatur impensa *scutorum quatuordecim millium*. Rati vero, quod hanc pecuniæ vim, nec domi congerere possent ex imperato singulis contributo, nec foris ex fœnore conducere; deprecati sunt ab Episcopo Isauriensi Delegato Apostolico, ut pro summa scutorum *duo-*

decim millium sibi liceret bona vendere, quæ spectabant ad *Canonicos Regulares S. Augustini & PP. Carmelitas Excalceatos*, in proximo tumultu a Civitate, & Monasteriis ejectos. Id nisi impetrassent, profitebantur publicam tranquillitatem temeritate concitatæ multitudinis periclitari, cum ipsi nec publicæ annonæ alio modo consulere possent; nec pretium solvere quantitatis frumenti, quam propediem ab Hungaricis oris adventantem præstolabantur.

Quamquam Delegato Apostolico gravissima hæc postulatio videretur: attamen cum ipse nec temporis satis haberet, ut exposita comperta habere posset, censuit in re trepida, *e valutando sopra tutto il pericolo di sollevazione popolare* negocium omne Archiepiscopo committere, cui opportunam pro petita alienatione dedit facultatem certis circumscriptam conditionibus, quæ in ejus Epistola diei 22. *Februarii* 1800. leguntur. Scilicet *PRIMUM verifichi la sussistenza di quanto viene esposto, senza di che io non saprei indurmi giammai alla richiesta grazia*, eique in mandatis dedit, ut nosceret, num alio modo huic necessitati occurri posset. *DEINDE deve esaminare, se per l'accennato bisogno occorra in realtà la somma di scudi dodici mila. TERTIO prima di venire alla progettata alienazione dovrà tentarsi, se possa bastare invece la semplice ipoteca degl' enunciati beni. TUM* si omnino necessaria esset alienatio *dovranno precedere alla vendita le notificazioni per invitare alle offerte, sicche non s' alienino li beni all' uso militare, ma secondo le solite regole, e per il giusto valore. Tra le quali condizioni di simil vendita si procurerà, che abbia luogo di poter redimere dentro un certo tempo li beni, che verranno distratti. TANDEM* præscribitur *l'obligo di reintegrare al più presto, che sarà possibile le due Case Religiose*, quæ obligatio a publico *Consilio* legitimis omnibus impletis esset suscipienda.

Nihilominus quod Archiepiscopus Urbinatensis jam antea semel, iterumque tum a S. Pœnitentiaria, tum ab ipso Delegato Apostolico generales facultates exoptasset pro approbanda alienatione bonorum Ecclesiæ; attamen ad venditionem fundorum, qui ad Canonicos Regulares & Carmelitas spectabant, processit ex peculiaribus facultatibus ad hanc rem eidem tributis.

Pro-

Proscripta fuere bona vendenda publicatis edictis *die* 27. *Martii* 1800. in qua acersebantur oblatores, ut pretium solverent in pecunia *aurea, vel argentea*. Sed cum vix pauci adessent, novi affixi fuerunt libelli *die* 11. *sequentis Aprilis*, in quibus concedebatur oblatoribus, ut pretium solvere possent secundum eorum rationem, quam tum moneta aurea, vel argentea Urbini obtinebat, scilicet ut *scutum unum* valeret *julios tresdecim*. Vendita fuerunt duodecim prædia, *septem*, quę ad Canonicos Regulares, *quinque* quę ad Carmelitas pertinebant,& Archiepiscopus censuit terminos *vigesimæ*, & *sextæ a Benedictina Constitutione* præscriptos breviores facere, quo magis oblatores allicerentur, & expeditius bona venderentur.

Prædia vendita, quæ ad Canonicos Regulares spectant sunt hujusmodi = *ARMELLINA* emptum a Thoma Palombi, & Paulo Fabrizioli *scutis* 2890. 88. *CA I FRATI* a Fratribus Leoni scutis 1525. = LE CERQUE a Fratribus Amati *scutis* 1960. 55. = CA' PIANETTA a Fratribus Bruscolini *scutis* 649. 50. = *LA SELVA DE FRATI* a Paulo Fabrizioli scutis 448. 77. CA' LA MARTUCCIA a Fratribus Ricciardi *scutis* 700. = *CA' DONNINO* ab Ubaldo *Pucci scutis* 701. 07. Prædia vero, quæ spectabant ad Carmelitas emerunt scilicet = CA' ZUCCA Aloysius Colombari *scutis* 510. = CA' CHIARPINO Natalis Banchetti *scutis* 451. 25. = *CA' GALESTERNA, ET CA' MATTIOLO* = Fratres Amati, & Leoni *scutis* 2771. 43.=*CA' MANTOLA* Canonicus Corradini scutis 1742. 59.

Ex hisce prediis ad Carmelitas spectantibus duo nempe = *Cà Galesterna* = & *Cà Mattiolo* vendita fuerunt Fratribus Amati,& Leoni per privatam singraphàm subscriptam die 9. *Augusti* 1800., sed nullis publicatis æ lictis pro oblatione *vigesimæ*, & *sextæ*, nonnisi ad diem 1. *Septembris* 1800. publicum venditionis Instrumentum celebratum fuit. Hoc explorato venit ad acta Curiæ Archiepiscopalis Julianus Palombi *die* 29. *Novembris* 1800., & nomine *sextæ* a Ecclesiam prædia obtulit *scuta* 530., quam oblationem Archiepiscopus admisit *si & in quantum*. Hinc siluit Palumbius, & Patres Carmelitæ reclamarunt ad hanc Sac. Congregationem, ut oblata *sexta* admitteretur. Archiepisco-

pus in sua *Informatione* fatetur *quod in edictis termini fuerint arctati, quodque ante contractum cum Fratribus Amati, & Leoni initum nova affixa non fuerint edicta, nec contractus ipse post ejus celebrationem publice patefactus. Irregularia, fateor hæc sunt. Irregularis tamen multo magis erat temporum ratio. Ii tantum, qui temporum ipsorum passi sunt angustias, quanti arbitrandi necessitas fuerit, animo percipiunt.*

Cum hæc causa super admissione *sextæ* in Folio erat describenda, Canonici Regulares & PP. Carmelitæ obtinuerunt ex Decretis R. P. D. Auditoris Sāmi, ut possent in Sac. Congregatione sua jura deducere super nullitate contractuum. Novas ad hoc propositum præces exhibuerunt, quæ Archiepiscopo delegatæ fuerunt, eique injunctum, ut moneret emptores, quo possent defensionem sibi apud hanc Sac. Congregationem parare. Quod cum ipse feciss t prestituto singulis congruo tempore ad sua jura proferenda, rescripsit = *De alienandi facultate, & de urgentissima alienationis causa EE. VV. certiores a me factæ fuerunt aliis meis litteris. Porro aut bonæ fidei valedicere, aut alienationes, de quibus agitur, sarctas habere necesse est, dummodo læsionis labe infecti haud fuerint contractus.* Sub *primo & secundo* dubio quæritur de nullitate contractuum venditionis bonorum, tum quæ ad Canonicos Regulares, tum quæ ad Carmelitas pertinebant. *In tertio* vero disputatur de admissione *sextæ* quatenus venditiones firmæ maneant. Utrinque distribuetur impressa *allegatio*.

Ex triplici capite deducunt Canonici Regulares, & PP. Carmelitæ nullitatem contractuum. *Primum*, quia probata non fuit *causa* ob quam concessæ fuerunt facultates pro his bonis alienandis. Nam contendunt quod aut nulla fuerit annonæ angustia, & periculum, ne populus concitaretur, quorum intuitu Delegatus facultatem concessit *valutando sopra tutto il supposto pericolo di sollevazione*. Ex nonnullorum siquidem testimonio probare student quod in publicis horreis erant segetes, & in erario pecuniæ. Quare cum falsum detegatur id quod fuerat in precibus expositum, nullitate inficiuntur alienationes, dum Delegatus Archiepiscopo injunxerit = *verifichi la sussistenza di quanto viene esposto, senza di che io non saprei giammai indurmi*

mi alla richiesta grazia = *Secundum* nullitate arguuntur alienationes, quippe neglectę fuerint *le solite forme* quas delegatus servandas voluit. Nam arctati sunt termini *vigesimæ & sextæ*, quos *Benedictina Constitutio* præscribit. Rursus, quia nec pactum redimendi appositum, nec breve tempus assignatum ad Religiosos reintegrandos. *Tertium* quia bona vendita non fuerunt *per il giusto valore*. ut Delegatus jusserat. Nam prædiorum valor ex fructibus a Peritis æstimatus fuit, & fructuum pretium taxatum ad *tariffam* quæ vigebat ab hinc *viginti octo* annis. Quare justo inferior fuit Peritorum estimatio. Deinde licet pretium a Peritis taxatum fuerit in pecunia argentea; attamen solutio facta est ita, ut unum scutum argenteum tresdecim julüs responderet. Unde inito calculo demonstrant læsionem, quæ ad irritandas alienationes bonorum Ecclesiæ satis esse dicunt in *sexta parte* cum Ecclesia beneficio minoribus concesso utatur ut firmant DD. quos colligit *Zanch. de Læsione part.* 1. *cap.*7. *num.*164.

Contra hæc Emptores bonorum probare satagunt justam fuisse causam alienationis annonæ summam caritatem. Quod enim deficeret triticum, ut Populus panem promercalem haberet, id satis evincitur ex ipsa commissa frumenti exportatione ab exteris regionibus. Quod vero modum deficeret, ut pecunia pro solvendo pretio reperiretur, id quidem probatur testimonio Archiepiscopi & Exactorum Communitatis, qui affirmant publicum erarium fuisse exhaustum, & difficilem vectigalium exactionem, & pecuniam dare mutuam voluisse neminem. Quare si fames imminebat, si ex hac multitudinis concitatio pertimesci poterat, si non alio modo, quam hisce alienatis fundis, pecunia ad emendum frumentum conqueri poterat; hoc ipsum satis causæ est, cur alienatio fieret bonorum ecclesiasticorum, quæ ex SS. Canonum censura ad inopiam pauperum succurrendam alienari possunt, ut ex *Text. in Can.*70.*Distin.*12. *quæst.* 2. *tradunt Turricell. de Reb. Eccles. non alienan. Cap.*16. *num.*20. *Piton. discept. Ecclesiastic.* 96. *num.*24. *Zanch. de læsion. Cap.* 7. *num.* 105.. Neque Archiepiscopo succensendum esse contendunt si nonnul-

nullas omiserit solemnitates, & terminos vigesimæ, & sextæ cohibuerit contra ac Delegatus Apostolicus præscripserat. Nam hoc negocium omne fuit ejus arbitrio permissum, & summa rei angustia cum coegit negligere has solemnitates, quæ urgente fame impleri non poterat. Nam ubi periculum est in mora, tum possunt despici solemnitates, cum alienari fiat necessaria ad tradita per *Card. Petra Comment. ad Constit. Apostolic. Tom. 1. sect. 4. num.* 102. *Zinch. de Lesion. part. 1. cap. 7. num.* 34., Ad læsionem quod attinet multa habent Emptores, ut eam a singulis, contractibus excutiant. Generatim affirmant quod ipsi emerunt bona fide pro pretio statuto a Peritis, quos Archiepiscopus elegit. Quare læsio aut omnino excluditur, aut tanta non est, quæ contractus irritet.

Tertium Dubium respicit admissionem *Sextæ* quam Palombus obtulit super emptionem Prædiorum *Cà Galesterna*, *& Cà Mattiolo* factam a Fratribus Amati, & Leoni. Quatenus EE. VV. sententia inclinet pro validitate contractuum; tum PP. Carmelitæ. quibus hæc Prædia pertinent, postulant, ut hæc oblatio *Sextæ* servetur. Nam data fuit *die* 29. *Novembris anni* 1800. scilicet intra trimestre a die stipulati contractus a Fratribus *Amati*, *& Leoni* nempe *die* 1. *antecedentis Septembris*. Quare hæc oblatio data est intra terminum præscriptum a *Benedictina Constitutione*, quæ lata pro venditione rerum Fiscalium ad alienationes bonorum Ecclesiæ translata est, ut statuit Rota *in Romana Affictus super Prælatione* 4. *Julii* 1792. §. 11. *coram Paracciano*. Sed Emptores contendunt quod contractus perfectus fuerit per singraphum privatam *die* 9. *Augusti* 1800. subscriptam, unde oblatio *Sextæ* a Palombo data sit extra terminum. Et quamquam publicata non fuerint edicta ad accersendos oblatores ad *sextam*; attamen ex testibus probatur Palombum habuisse compertum contractum, unde ab hac die computandus sit terminus.

Tria proponuntur dubia.

I. *An constet de nullitate contractuum quoad Canonicos Regulares S. Augustini in casu &c.*

II. *An constet de nullitate contractuum quoad PP. Carmelitas in casu &c.*

Et

Et quatenus *Negative* ad secundum.

II. *An, & quomodo sit servanda oblatio sextæ in casu &c.*

Ad I., & II. Negative.
Ad III. Affirmative.

RECANATEN. VENDITIONIS. Canonicali Recinetensis Cathedralis præbendæ, quam possidet Canonicus Petrus Rossi, annexum est Beneficium nuncupatum *S. Mariæ Magdalenæ, & S. Alberti*, cujus patronatu fruitur sodalitium S. Jacobi ejusdem Civitatis. Huic beneficio pertinet Fundus in ea agri Lauretani regione positus, quam accolæ vocant *Fonte delle Bellezze*, quem fundum una cum domo rurali, geminisque domunculis retinet in Emphitheusim ad tertiam generationem Joannes Baptista Barchieri constituto canone in dimidio fructuum ex fundo quotannis colligendorum, & in annuis scutis decem pro domunculis. Factum sæpe est, ut in recollectione, & traditione fructuum Dominus Directus incideret in jurgium cum Emphitheuta, atque idcirco, ut se ab omni molestia liberaret, locare cæpit portionem dominicalem pro annua pensione, quæ numquam summam scutorum 45. excessit. Quare Canonicus Rossi magis sibi profuturum putavit, si fundum ipsum, annexasque domunculas venderet *Aloysio Ciabò* convento pretio a Perito æstimato in scutis 1906. *moneta Romana di Paoli X. per scudo* intra quinquennium representando, solutis interea fructibus compensativis in scutis 3. 50. in singula centum, unde annua scuta 69. 71. Beneficiatus percipiebat; multo plus scilicet, quam ex annuo canone redibat. Sed venditio stipulata fuit *die* 13. *Junii* 1798. inter publicas rerum perturbationes, nec veniam Apostolicam impetrarunt,

Sess. 21. cap. 3. de Reform.

runt, aut reservarunt contrahentes, sed tantum Vicarius Capitularis hunc contractum probavit, & Sodales S. Jacobi assensum præstiterunt.

Tranquillitate restituta, sollicitus fuit emptor Ciabò a Sacratissimo Principe confirmationem contractus, sanationemque cujuscumque nullitatis deprecari. Permissa hæc omnia a SSmo fuere arbitrio hujus S. Congregationis. Rogata est Sententia Episcopi, qui rem evenisse ait, quemadmodum superius exposita est. Auditis porro Confratribus, refert illos consensum dedisse, ut temporibus servirent facile ptospicientes, quod si vetus reintegraretur disciplina, contractus initus vitio suo infirmaretur. Nam exhibito in scriptis *Folio* negabant, quod tempore initi contractus, adeo tenuis fructus ex vendito fundo rediret, & a quantitate agri multò pluris valuisse fundum arguebant, quam a perito æstimatum fuit. Canonicus vero Rossi observandum esse putabat contractum tamquam utilem, & ab emptore summa fide impletum. Ipse autem emptor Ciabò non repugnabat solvere pretium scutorum 3585. quanti a Peritis demum electis tum estimabatur, sed longiores postulabat inducias annorum decem, intra quos se solutionem curaturum spondebat representatis interea usuris compensativis ad scuta 7. 50. pro quolibet centenario. Nihilominus Episcopus censebat *quod si Edicta ponerentur, utilior fortasse venditio obtineri posset. Ad finem enim vergit propediem tertia generatio illorum, qui jure Emphiteutico prædio illo potiuntur. Insuper prædii status arcesseret plures illud emendi cupidos.*

Sequta fuit hæc Sententia Episcopi, eidemque commissa affixio e lictorum, & estimatio Fundi per Peritum ex Officio deputandum. Hisce omnibus Episcopus fecit satis. Nam Peritum elegit Benedictum Fucili, qui Fundum constare dixit ex quantitate *di mejure tredici, o siano di coppe ventisei*, illumque estimavit in scutis 3585. 47. $\frac{1}{2}$ quin ullam pecuniæ speciem designasset relationemque scripsit *die* 5. *Julii* 1802. Publicati fuerunt Libelli, quibus fundum vendendum proscribebatur. Sed nemine alio licente unus tantum adfuit oblator Aloysius Ciabò qui *die* 30. *Julii* 1802. oblationem protulit, & spondidit = *a scanzo di ulteriori disputè, e questioni prometto, e mi obligo concorrendovi però*

rò il Beneplacito Apostolico di pagare l'anzidetto Predio a seconda della perizia scudi 3585. 47. ½ *sotto tal legge però, e condizione, che per fare tal sborso si conceda a me il tempo di anni dieci dal giorno della stipolazione del nuovo Istromento con pagarne intanto al Signor Rettore i frutti compensativi alla ragione del* 3., *e* 50. *per cento*.

Hæc omnia Episcopus refert in sua altera Informatione, additque = *Superioribus diebus comperi Aloysium Ciabò mutare velle consilium rumore quodam perterritum, qui exiit nuper arva prope Fontem delle Bellezze inter secanda esse quam primum via sternenda ibidem, atque patefacienda cursorum usui. Istud tamen a proposito resilire ipsum non sinet, postquam pretium conditionesque convenerunt, iisque sese hæsurum integre pollicitus est sacramento. Poterit enim si prædium secetur pretium ab iis, quorum interest, repetere, proque damnis compensari. Præterea pecuniam a se solvendam æstimari vellet quanti ærea pendebatur antea pro aurea, vel argentea. Quo fieret, ut multo minoris pretium nunc staret prædii, quam estimatum est. Contestari hæc omisit in actis hujus curiæ dum oblationem quam accepimus, ratamque habuimus, legitime protulit. Quare præposteras petitiones hujusmodi reiiciendas esse censuimus*. Hisce acceptis *die* 26. *Martii* 1803. rescriptum fuit = *Pro approbatione juxta petita arbitrio, & conscientiæ Episcopi, aucto per Oratorem pretio ad formam Peritiæ usque ad scuta* 3585., *& obolos* 47. ½ *in moneta aurea, vel argentea ad effectum deponendi, nec non investiendi cum solitis clausolis, nec non solutis interim fructibus compensativis in summa scutorum trium, & obolorum quinquaginta pro quolibet centenario, & anno usque ad integram solutionem pretii elapso quinquennio faciendam, & respectivum investimentum, indicata provenientia, translatis*.

Instante Canonico Rossi in Curia Ecclesiastica, ut Rescriptum hujusmodi exequtioni committeretur, acriter repugnavit Aloysius Ciabò contendens sé nullo modo compelli posse ad implendum Rescriptum, & oblationem. Non *Rescriptum*, quia difforme est ab oblatione, cum in *hac* tempus *decennii* præfiniatur solutioni pretii, nec pecunia aurea, vel argentea promittitur, in *illo* vero tempus solutionis ad quinquennium cohibe-

tur, & moneta aurea vel argentea præscribitur. Non *oblationem* quia dum acceptatæ non fuerunt in Rescripto propositæ conditiones, sibi integrum esse contendebat ab iis resilire. Addit vero se habere causam, cur ab oblatione recedat. Non enim res in eodem statu manet, nec amplius fundus unus est, sed ex interstructa via Flaminia in duas partes divisum. Hinc imposita est servitus viæ; hinc necessaria expensa sæpium, quibus utraque fundi pars muniatur, hinc damna, quibus ab itinerantibus fundus afficitur. Ex quibus Ciabò putabat pretium fundi descrescere ab illa quantitate, quam Peritus Fucili liquidavit, quamque ipse in oblatione acceptam tulit.

Novas itaque S. Congregationi porrexit preces, ne ad exequtionem *Rescripti*, & Oblationis compelleretur. Tertio exquisita est Sententia Episcopi *super novis precibus auditis presertim Canonico Rossi, eidemque præfixo termino ad deducendum jura sua in S. Congregatione, & transmissa jurata declaratione Periti Fucili super qualitate monetæ ad quam in sua Relatione respexit* ut ex Rescripto *dici* 25. *Junii* 1803. Hinc Peritus Fucili juratus declaravit se fundum *Fonte delle Bellezze* cum annexis domunculis estimasse *scudi* 3585. 47. $\frac{1}{2}$ *in moneta di rame*. Sed antequam Episcopus Votum suum super novis præcibus remitteret actum est inter Canonicum Rossi, & Aloysium Ciabò de hac controversia componenda. Accitus siquidem est alter Peritus Nicolaus Fedeli qui pro præsenti fundi conditione refert illum a se dimensum esse in quantitate *di Coppe* 21. 17. 69. *detratto però, il terreno occupato per la strada corriera*, atque idcirco illum estimat in scutis 2185. 50., ex quibus demenda sunt scuta 76. pro expensis sæpium, ut proinde pretium constituendum sit in scutis 2109. 50.

Itaque convenerunt inter se Canonicus Rossi, & Aloysius Ciabò (si tamen ratum, validumque id haberet S. Congregatio) *che da detto Ciabò si compri il nominato Terreno per il prezzo di scudi* 2109. 50. *a tenore della suddivisata perizia, e che un tal prezzo debba pagarsi nel termine di anni dieci, ed intanto pagarne al Rettore pro tempore di detto Beneficio li frutti compensativi alla ragione di scudi tre, e bajocchi cinquanta per ogni centinajo, ed anno sino alla sodisfazzione di esso*,

rsso . Si conviene per patto espresso , che qualunque somma di denaro da sborsarsi dalla S. Congregazione del B. Governo per pagamento dell' occupazione del terreno nella formazione della nuova Strada corriera debba andare liberamente ad utile , e vantaggio del Beneficio . Hanc transactionem probat Episcopus in sua tertia Informatione = *Conditiones* inquit *in quas convenerunt ambo utiles Beneficio videntur . Primum prædium hoc numquam reddidit antea quinquaginta scuta . Nunc vero etsi prædium duabus in partibus sectum sit nova via Flaminia ; reddet tamen Rectori saltem per decennium scuta 73. ex fructibus compensativis . Elapso decennio scuta 2109. 50. poterunt fœnori dari usuris multo majoribus . Certum insuper est pro terræ tracta , quem occupaverunt ædificatores viæ Flaminiæ solutum iri tantumdem pecuniarum , quanti estimabitur , quæ pecuniæ vis pari pacto fœnori danda fructum Beneficii augebit* .

Cum res esset tot facti controversis implicata , remissa est *Emo Litta, qui dignetur rem perpendere , & Votum suum aperire* . Elucubratissimum Votum , prætermissa factorum narratione , quam superius exposui , ad litteram subiicio .

„ Ut mandato muneri distincte satisfaciam gæmina mihi
„ videntur esse perscrutanda . *Prima* disquisitio pri-
„ mævam oblationem Aloysi Ciabò respicit , ejusque
„ pedissequas preces, super quibus *die* 26. *Junii* 1803.
„ Votum ac Informatio ab Antistite fuit expetita .
„ *Alterum* examen ad novam concordiam inter Cano-
„ nicum Rossi , & eumdem Ciabò nuper initam ab
„ eodemque Antistite laudatam in postrema sua *Rela-*
„ *tione* spectat .

„ Mihi videtur *primam* indaginem ad id tantum redigi ,
„ utrum S. Congregatio præter consensum oblatoris
„ Aloysii Ciabò ad exequendum Rescriptum 26. *Mar-*
„ *tii* 1803. eum adigere possit . Id Justitia Sacri Se-
„ natus quidem perferre non posset Is. probe noscit ,
„ quod si oblatio Ciabò utilis Ecclesiæ non appareat ,
„ eam protinus respuere valeat , ac novam edictorum
„ affixionem pro novis oblatoribus alliciendis deman-
„ dare possit . Sin autem hoc jure Sacra Congrega-
„ tio uti non peramat , sed oblationem Ciabò accipe-
„ re opportunum censet , indubium est , quin ne-
„ queat sine ejus novo consensu immutare conditio-

„ nes, quibus ipse obtulit. Opportebit idcirco attento ejus dissensu in solutione pretii post quinquennium a die stipulandi Instrumenti pacisci cum eo „ dilationem decennii infra quod ipse tantum pretium „ numerare promisit.

„ Oportebit pariter pretium scutorum 3585. 47. de monetæ æneæ valore intelligere. Id inprimis importat „ dies 30. Julii 1802., qua oblationem ipse conscripsit. „ Hoc in tempore moneta ænea adhuc in comercio „ extabat, ac proinde illa erat de qua tantum in contractibus loqui quisque sentiebat, nisi expresse monetam argenteam, vel auream designabat. Cum itaque hæc monetæ species in oblatione Ciabò non fuerit definita, oportet concludere ipsum monetam „ æneam, seu tunc communi in cursu vigentem obtulisse. Insuper Aloysius Ciabò promisit *di pagare* „ *l' anzidetto predio a seconda della sudetta perizia di* „ *scudi* 3585. 47. Per hanc relationem ad pretium peritiæ censeuda est oblata illamet moneta, de qua „ Peritus in prædii estimatione sensit. In hac peritia „ sermo palam habitus fuit de moneta ænea. Sed cum „ S. Congregatio ulteriorem probationem hac de re „ preoptaret Episcopo commisit, ut a perito Fucilio „ juratam declarationem de monetæ ab ipso in peritia „ consideratæ qualitate exposceret. Isthæc declaratio ab Episcopo emissa pandidit= *Che il prezzo* (ita „ adhibito sacramento Fucilius loquitur) *in allora da* „ *me fissato in scudi* 3585. 47. *in moneta di rame sia il* „ *suo reale, e giusto valore*=Nec silentio præteriri potest hanc declarationem communi praxi consonare, „ quippe quod frequentissimis in reductionum quæstionibus ob monetæ preteritas vicissitudines definitis semper cum pretii quantitas ab aliqua peritia „ scateret, semper illa monetæ quantitas fuit definita, quæ communi in commercio de tempore vulgatæ peritiæ extabat, nisi expresse aurea, vel argentea indicata foret. Cum itaque peritia Fucilii in „ lucem prodiit die 5. Julii 1802., quo in tempore „ moneta ænea in contractibus passim persolvebatur, „ de ea moneta ipsum fuisse loquutum est profecto „ censendum.

„ Expensa prima Aloysii Ciabò oblatione, quam mihi „ videtur aut S. Congregationem respuere posse, si „ conditiones ab ipso propositas contemnit, aut cum

eis

„ eis approbare debere, si illas acceptare decernit,
„ ad *alteram* indaginem pergimus. Vertitur ea in
„ concordia nuper inita inter Canonicum Rossi, &
„ emptorem Aloysium Ciabò, quam uti utilem Ec-
„ clesiæ Episcopus in sua postrema *Informatione* ap-
„ probatione dignam authumat. Hac in concordia
„ conventum est vendere, ac respective emere *il su-*
„ *detto terreno per il nominato prezzo di scudi* 2109. 50.
„ *da sodisfarsi nel termine di anni dieci, ed intanto*
„ *pagarne i frutti compensativi alla ragione di* 3. 50.
„ *per ogni centinajo, ed anno*. Eadem in concordia
„ fuit adjunctum *che qualunque somma di denaro da*
„ *sborsarsi dalla S. Congregazione del B. Governo per*
„ *pagamento dell' occupato terreno nella formazione*
„ *della nuova strada debba andare liberamente ad uti-*
„ *le, e vantaggio del nominato beneficio*. Ut ponde-
„ retur, utrum hęc concordia utilior sit prima Aloy-
„ sii Ciabò oblatione, est una alteri comparanda.
„ Oblatio, de qua superius verba fecimus præsefert
„ oblationem solvendi infra decennium pro prædii
„ pretio scuta 3585. 47. monetæ eneæ, qua juxta
„ tariffam currentem de mense Julii 1802., quo tum
„ peritia Fucilii, tum Aloysii Ciabò oblatio fuit
„ conscripta scuta monetæ argentæ, aut aureæ 2399.
„ 31. importat. Fructus compensativi, durante de-
„ cennio, promissi sunt ad rationem scutorum trium,
„ & obolorum 50. pro quolibet centenario, & anno.
„ E converso concordia ad formam novę peritiæ geome-
„ træ Nicolai Fedeli importaret tantum promissio-
„ nem de pretio pariter infra decennium persolvendo
„ in summa scutorum 2109. 50. monetæ argenteæ.
„ Prima hinc oblatio uberior *in scutis* 285. 81. unicui-
„ que calculanti patet. Nec illam superat fructuum
„ quantitas durante decennio promissa, quia vel in
„ concordia in annuis scutis 3. 50. pro singulis cente-
„ nis fuere modo ii promissi. Non est autem habenda
„ adjecta conditio, a Beneficii possessore lucrandum
„ esse pretium, quod S. Congregatio B. Regiminis
„ pro paucis glebis de ejus jussu occupatis viæ Flami-
„ niæ causa persolvere in posterum debebit. Deprehen-
„ dimus enim ex nova peritia Nicolai Fedeli prædium
„ ascendere *alla misura orizontata di Loreto di Coppe*
„ 21. 17. 69. *detratto per il terreno occupato per la*
„ *strada corriera dal Architetto Camerale Sig. Virgi-*

nio

„ *nio Bracci come mi si asserisce in larghezza di pal-*
„ *mi* 42. Eruimus quoque idem prædium quoad por-
„ tionem dominicalem Rectoris beneficii fuisse esti
„ matum *in scutis* 2185. 50., quod inde pro nova se-
„ pium expensa in scutis 76. imminutum, ac ideo *in*
„ *scutis* 2109. 50. modo redactum. Considerata ita-
„ que tenui prædii mensura a S. Congregatione B. Re-
„ giminis pro via Flaminia persolvenda unicuique
„ perpendenti compertum evadit numquam speraci
„ posse Beneficii Rectorem ex illis Prædii glebis esse
„ percepturum pretium scutorum 285. 51. Si enim
„ universum prædium in scutis 2185. 50. fuit cstima-
„ tum, patet hoc vix respondere pretio scutor. 100.
„ pro qualibet Cuppa, ac propterea etiamsi favore
„ Beneficii calculandum foret pretium illarum gle-
„ barum, tum pro portione dominicali, tum pro em-
„ phitheutica, numquam beneficii Rector summam
„ *scutorum* 235. 51. $\frac{1}{2}$ exigere valeret.

„ Mihi igitur videtur quoad *primam* indaginem esse fir-
„ mandum oblationem primævam Aloysii Ciabò aut
„ posse a S. Congregatione respui, aut si acceptari
„ juvat esse approbandam cum conditionibus ab eo-
„ dem Ciabò propositis. Quoad alteram autem con-
„ stat, comparata concordia cum prefata Aloysii Ciabò
„ oblatione hanc esse Ecclesiæ utiliorem, ac proinde
„ illa posthabita, observantiam, ac exequtionem
„ primæ oblationis esse præferendam censerem quip-
„ pe quod exploratissimum est penes EE. PP. nullam
„ aliam suffragari utilitatem contractus Ecclesiæ,
„ quam quæ meliorem facit illius conditionem ad tra-
„ dita per Rotam *in Recen. decis.* 243. *num.* 9., *&* 15.
„ *part.* 7. *coram Molines decis.* 766. *num.* 11. *in fin.*,
„ *&* *cor. Olivat. decis.* 47. *num.* 19.

Ex his deliberandum erit.

An, & quomodo sit exequendum Rescriptum diei 26. Martii 1803., *seu potius sit approbanda transactio in casu &c.*

Negative in omnibus.

RO-

ROMANA CAPPELLANIARUM. Natalis del Grande de postremo testamento usufructuariam hæredem instituit Rosam Cavasassi, quam in tertiis nuptiis uxorem habebat, eaque defuncta, vel ad alia vota transeunte, duos filios masculos hæredes instituit, quibus in ætate pupillari decedentibus substituit tres filias fœminas Annuntiatam, Sanctam, & Antoniam, queis singulis etiam in causam legitimæ legavit dotem *scutorum* 1250. . Hoc eveniente casu, quo Filiæ fœminæ succederent, jussit = *si debbano eriggere due Cappellanie mere laicali una cioè nella Ven. Chiesa di San Lorenzo de' Corteggiani, e l'altra nella Ven. Chiesa di Santa Prassede di annua rendita di scudi 72. per ciascheduna, e di più debbano assegnarsi altri annui scudi sei per li soliti utensili alle respettive sagrestie coll' obligo al Cappellano, o Cappellani pro tempore della celebrazione della Messa quotidiana*. Jus nominandi Cappellanum ipsis filiabus fœminis, earumque descendentibus attribuit, & passivam vocationem clericis omnibus familiæ *del Grande* concessit. *Sess. 24. cap. 2. de Reform.*

Defuncto testatore Rosa Vidua usumfructum percepit usque dum exploratum fuit eam ad secunda vota pertransiisse. Tum enim filiæ Fœminæ (nam masculi in pupillari ætate interea occubuerant) Rosam ab usufructu depulerunt, & cum ea exarsit lis super restitutione rerum distractarum, quæ adhuc indecisa pendet. Cum vero Fœminæ hujusmodi numquam dotem scutorum 1250. sint consequutæ, putantes quod ex asse hæreditario detractis dotibus tantum non supersit, ut Cappellaniæ fundari possint, preces dederunt huic Sac. Congregationi, ut ab omni onere erigendi Cappellanias liberarentur, & annuus Missarum numerus arbitrio EE. PP. eis injungeretur.

Auditus Emus Urbis Vicarius refert, quod PP. S. Praxedis capitulariter renunciarunt Cappellaniæ in eorum Ecclesia erigenda, cum oneribus Missarum nimis redundent. Deputati vero Ecclesiæ S. Laurentii nil sibi interesse declararunt, si Cappellania erigeretur. Consanguinei tandem familiæ *del Grande* renunciarunt juribus passivæ vocationis. Quoad vires hæreditarias ex calculo transmisso apparet, quod patrimonium hu-

hujusmodi ex Inventario confecto constabat ex Locis Montium 120., tum æstimatis scutis 12710., ex quinque Vineis Canone gravatis, quæ æstimabantur *scuta* 3890., ex mobilibus in scutis 4076. ex nominibus debitorum in *scutis* 1090., quæ omnia conflant summam scutorum 21566. 98. Sed nunc diminutum est, tum ob discrimen Locorum Montium, tum ob ammissa debitorum nomina, tum ob res ab usufructuaria alienatas, tum demum ob deterioratas Vineas, itaut vix nunc ascendat ad scuta 5300.. Ex his Emus Vicarius concludit = *Vestrum erit EE. PP. omnibus una simul collectis decernere, num deceat ab instituendis Cappellaniis Oratrices absolvere, easque potius celebrationi Missarum pro certo numero subjicere. Quod si placeat tunc sedulo cavendum erit, ut quotannis teneantur docere se onus implevisse.*

Postulant Sorores *del Grande*, ut eximantur ab onere erigendi Cappellanias, quia pro præsenti rerum statu vires non suppetunt. Nam patrimonium paternum diminutum est ad scuta 5300. Siquidem Loca Montium 120., quæ tum valebant scuta 12710., nunc æstimari debent scuta 1200. juxta pretium, quo nunc forum utitur in scutis decem pro *singulo loco*. Quinque Vineæ, quæ æstimabantur *scuta* 3690., nunc ob deteriorationes eorum valor vix ascendit ad scuta 2400.. Ex mobilibus æstimatis scutis 4076. percepta sunt scuta 900. ob alienationes ab usufructuaria commissas, a qua vix repeti poterunt scuta 500. Tandem ex nominibus debitorum *in scutis* 1090. vix ob eorumdem decoctionem exigi possunt *scuta* 300.. Quare si ex præsenti asse hæreditario scutorum 5300. detrahantur dotes debitæ Sororibus *del Grande* in scutis 3750. superessent scuta 1550.. Sed hoc residuum gravatum est annuo canone scutorum 113. 55., itaut prorsus deficiat fundus pro Cappellaniis as signandus.

Sed videant EE. PP., num *Sorores del Grande* de proprio teneantur. Nam Testator nullum fundum taxative reliquit pro Cappellaniis, sed ex universa hæreditate constituendas esse jussit. Quibus in terminis hæres tenetur supplere deficientiæ fundi, ut statuit Sac. Congregatio *in Romana Cappellaniæ* 13. *Augusti* 1743. Sorores quidem *del Grande* Hæredes simplices sunt

Pa-

Patris, cum non constet easdem adivisse hæreditatem cum beneficio legis, & Inventarii. Sed mulieres sunt, quæ ex omnissa aditione præjudicari non possunt ne prorsus sint indotatæ. Nam si residuum patrimonii in scutis 1550. in investimentum collocetur ad usuras semisses vix dabit annua *scuta* 93., quæ nec etiam æquant annuum canonem in scutis 113. 55.. Maxime cum testator in casu, quo nemo adesset ex passive vocatis, concessit hæredibus, ut onera Missarum implerent, & reliquum fructum pro Cappellaniis assignatis sibi haberent. Quare si ipse prævidisset tantam sui patrimonii diminutionem; præsumendum est hæredes suos eo onere Cappellaniarum non gravatum iri, quod impar erat viribus hæreditariis.

Quandoquidem EE. VV. indulgere censeant precibus, tum Emus Urbis Vicarius proponit, ut pro numero Missarum ei injungendo imponatur onus docendi de adimplemento.

Dubium proponitur.

An, & quomodo sit locus erectioni Cappellaniarum in casu &c.

Dilata, & ad D. Secretarium pro firmatione status cum omnibus facultatibus.

MILITENSIS JUBILATIONIS. Præsbiter Nicolaus Cotronea per annos quadraginta, ab anno scilicet 1763. ad annum 1803. servitium chori præstitit in Cathedrali Militensi, primum tamquam Canonicus, deinde tamquam Thesaurarius, qui in eadem Collegiata quarta Dignitas est. Ad ipsius Preces ab Episcopo ad Sac. Congregationem remissas rescriptum fuit die 20. Augusti 1803. pro gratia Jubilationis in forma commissaria. *Ses. 24. cap. 12. de Reform.*

Sed licet Capitulum jubilationi assensum præstiterit; attamen Episcopus Militensis antequam exequutionem Indulti decerneret, vos EE. PP. consultos voluit, num revera in casu constaret de *continuo* servitio ex facti circumstantia, quam in sua Epistola exponit. *Ho ri-*

levato, che il Canonico Cotronea dall' Agosto del 1763. *fino all' anno* 1783. *servì indefessamente, e senza veruna interruzzione la Catedrale. Accaduto poi il noto flagello de' tremuoti rimasero adequate al suolo le Chiese tutte, e le abitazioni di questa provincia, come roversciò pure dalle fondamenta la Catedrale, onde il riferito Canonico fù nella dura necessità di ritirarsi nella di lui patria, perchè non v' era nella distrutta Mileto casa per abitarvi, e perchè sospese le sagre Funzioni. Ripigliate poi dopo qualche tempo tornò esso Canonico per assistere al Coro; ma non avendo trovato abitazione fù costretto di nuovo ripatriare. Riedificatasi la Chiesa interina nell' anno* 1785., *ed avendo trovata una camera vi dimorò quasi continuamente all' infuori di qualche tempo interrotto, che per causa d'infermità, e consiglio de' medici ha dovuto respirare l' aere nativo specialmente in tempo d'inverno.*

Profecto ex juris rigore deneganda esset exequutio indulti jubilationis. Nam per biennium interruptum fuisse constat quadragenarium servitium, quod continuum esse debet, ut jubilatio concedi queat, ut passim Sac. Congregatio, & præcipue *in Camerinen. Jubilationis* 17. *Martii* 1796. Et quamquam per Canonicum non steterit, quominus servitium non præstiterit; attamen hoc ipso, quod labor Servitii interruptus fuerit; danda non est jubilatio, quæ intuitu quadragenarii continui labores conceditur. Sed cum de casu insolito agatur, æquitatis habenda videtur ratio. Distinguenda quidem sunt tempora. Totum illud, in quo cessarunt Canonici a sacris functionibus ob eversionem Ecclesiæ sane detrahendum non videtur a quadragenario servitio, cum ex publica calamitate Canonicus Cotronea interruperit servitium. A tempore vero illo, quo Canonici ad servitium redierunt ad sac. functiones incipit ejus negligentia, cum, ut cæteri fecerunt, ipse redire posset. Quare hoc tempus, quo neglectum fuisse servitium suspicari potest, non imputandum videretur in quadragenario servitio. Sed observandum, quod Orator unum annum supra quadragesimum servitium jam præstitit, cum in hoc mense Augusti compleverit servitium quadraginta unius anni. Quare si tempus negligentiæ

post

post reintegratum Chorale servitium longius erit anni spatio, quo Canonicus supra quadragesimum servitium obivit, hoc forsitan tempus ab eo erit compensandum.

Dignentur itaque EE. PP. dirimere dubium.

An, & quomodo sit exequendum indultum jubilationis in casu &c.

Affirmative in casu, de quo agitur.

POLENSIS REDUCTIONIS. Mansionariam quatuor Missarum hebdomadalium in Cathedrali Polensi constituit *anno* 1706. Archidiaconus Angelus Bassi, in quam causam fundum constituit *di Ducati mille, perchè dall' Illustrissimo Capitolo siano investiti a livello, e dal censo corrispondente al capitale in conformità dell' uso di questa Chiesa sia fatto il bene perpetuo di quattro Messe la Settimana, come altresì bramerei, che per decoro del Capitolo come per sollievo dè Signori Canonici con tal incontro venissero eletti due Sacerdoti Manzionari quot annis amovibili a beneplacito, perchè celebrassero puntualmente dette quattro Messe collo stipendio dal prò d'essi Ducati mille, ma colla misura, che sarà prescritta dal Reverendissimo Capitolo con obligo poi a detti Mansionari di apparersi loro in tutte le feste di precetto, consuetudine, ed antico instituto.* Hanc fundationem Capitulum habitis comitiis plenisque suffragiis acceptavit die 16. Januarii 1706. ea interposita conditione = *che sia obligo dell' Arcidiacono appresso li ducati mille di sborsare quel tanto, che si ricerca per l'intiero Capitale corrispondente alle quattro Messe la Settimana in ragione di soldi* 31. *per cadauna Messa*. Hinc accessit die 20. Januarii 1706. decretum Episcopi Polensis quo declaratum est = *desumpta prius debita Informatione posse oneri in præfata scriptura descripto satisfacere*. *Sess.* 25. *cap.* 4. *de Reform.*

Ab hinc semper Missæ impletæ fuere. Sed nunc ob deficien-

ficientiam Sacerdotum aucta Missarum elemosina Capitulum reductionem Missarum postulat. Episcopus in sua Informatione hæc refert: *Elemosina dictarum Missarum tempore institutionis erat sufficiens oneri imposito. Modo vero ob temporum circumstantias minime suppetit. Nam reditus annuus Missarum 208. quocumque anno dicendarum ascendit ad scuta monetæ romanæ triginta, itaut elemosina Missæ consistit in obolis 16. 3. cum onere dictæ assistentiæ. Hactenus a Capitulo fuerunt adimpleta, nunc ob penuriam Sacerdotum in hac Diœcesi ob tenuitatem reditus elemosinæ, & præsertim ob aeris insalubritatem non inveniuntur, qui illa velint assumere, nec hodie supradicti Archidiaconi Bassi ullus hæres exstitit, qui cogi possit ad supplementum, nec ullo modo respondere. Tandem quoad celebrationem in futurum reverenter sentio dictam elemosinam cum reductione Missarum posse constitui ad quatuor julios monetæ romanæ pro quacumque Missa, attamen semper cum obligatione inserviendi diebus fœstivis.*

Agitur sane de celebratione Missæ per contractum acceptata, atque adeo denegari deberet reductio, licet fundus impar evaserit, nisi ab initio contractus redoleat iniquitatem, ut docet *Bened. XIV. de Synod. Dioces. lib.* 13. *Cap.* 25. *num.* 23., & S. Congregatio in *Bergomen. Reductionis Missarum* 10. *Julii* 1728., & *in Senogaglien. Reductionis Missarum* 13. *Aprilis* 1796. Contractum vero inter Capitulum, & Archidiaconum nullam ab initio præseferre iniquitatem ex eo patet, quod par emolumentum oneri datum fuerit. Maxime, cum fundus pro celebratione Missarum assignatus non evasit deterior, & per Capitulum fere per centum annos contractus impletus fuerit. Difficilius enim post jugem exequtionem conceditur Missarum reductio veluti decrevit S. Congregatio *in Civitatis Castelli Reductionis Onerum* 23. *Januarii* 1790.

Verum ponderandum est, quod sine culpa Capituli nunc impar est emolumentum oneri. Nam aucta est elemosina, quæ olim sufficiens erat. Quibus in terminis aliquando S. Congregatio reduxit obligationes etiam per contractum acceptatas ut *in Syracusana Missarum* 10. *Martii* 1759. *in Albinganen.* 12. *Decembris* 1778., & *in Auconitana Missarum* 16. *Martii* 1782. Si reductio-

etionem concedendam esse putent EE.PP. tum statuenda erit elemosina ad quam Missæ erunt celebrandæ, Episcopus putat congruum esse stipendium *juliorum quatuor* pro singulis Sacris, ut Mansionarii etiam intersint, & ministrent Missis solemnibus, Sed gravior solito videtur hæc elemosina, & deleri poterit onus interessendi Missis cum cautu. Nam Fundator præcipuam habuit Missarum celebrationem, ut proinde prius reductio cadere debeat super aliis oneribus, quam super missis ex traditis *a Monacell. formul. legal. 19. tit. 10. part. 1. num. 25.*, & a S. Congregatione in *Lunen. Sarzanen. 15. Maii 1728.*

Dubium sequitur.

An, & quomodo sit locus reductioni in casu &c.

Affirmative quoad servitium Chori tantum.

FIRMANA AUGUMENTI ELEMOSINÆ MISSARUM. Dominicus Clerichetti de Oppido *Molleani* ita de re sua disposuit in suo postremo testamento anni 1665. = *Voglio, che siano miei Eredi li Sindaci dell' Ospedale di S. Michele di Mogliano pro tempore, e tutti quelli saranno eletti dall' Illustrissima Communità di Mogliano, e suo Consiglio, come si è fatto per il passato in quella lascita dell' Ospedale con patto però che ci si abbiano da tenere dei Preti Confessori approvati dalla Communità in perpetuo, che dicano Messa ogni giorno per l' anima mia* = Duobus hisce Cappellanis data singulis fuere annua scuta *quadraginta* scilicet scuta *triginta sex* pro manuali elemosina Missæ quotidianæ ad taxam, quæ hactenus obtinuit obolorum *decem*, & scuta *quatuor* pro onere excipiendi sacramentales confessiones. *Sess. 14. Cap. 2 de Reform.*

Cum vero anno 1800. elemosina manualis in Archidiœcesi Firmana accreverit ab obolos *duodecim cum dimidio*, & utensilia a scutis *septem* ad scuta *decem*; moder-

derni Cappellani Joannes Baptista Giannetti, & Attilius Marchetti utrumque augumentum postularunt. Sed bona hæteditatis Dominici Clerichetti retinent ex Chirographo *anni* 1788. S. M. Pii VI. Fratres Ermenegildus, & Jacobus Clerichetti. Isti vero pro annuo canone sponderunt *di sodisfare pienamente tutti, e singoli pesi ordinati, e prescritti dal defonto Domenico Clerichetti, ed annessi alla di lui eredità, e beni ereditarj, cioè lo stipendio de due Cappellani le supellettili dovute alla Chiesa per le due Messe quotidiane, e di pagare scudi dieci in ogni anno in mano dell'Amministratore pro tempore di detta eredità* = Additum in Chirografo fuit = *E sembrato a Monsignor Vescovo, che lo stato attivo di detta Eredità possa fissarsi in annui scudi* 252. 66. *dal quale si deve detrarre l'esito annuo, che considerata con li medesimi supposti puo essere, e considerarsi in annui scudi* 160.

Hinc Sindacus sive Administrator, & Fratres Clerichetti Emphitheutæ alter in alteros reiiciebat onus solvendi augumentum elemosinæ Missarum, & utensilium. Quare Cappellani preces huic S. Congregationi dederunt, ut alteruter sive Administrator, sive Emphitheutę compelleretur ad augumentum hujusmodi. Eminentissimus Archiepiscopus Firmanus, cujus sententia rogata est, refert rationes a Clerichettis deductas inferius recensendas, & affirmat S. Congregationis *mandato parens competentem terminum unius Mensis eisdem Fratribus præfixi ad deducendum jura sua in S. Congregatione*.

Negant Fratres Clerichetti se teneri ad augumentum elemosinæ, quia ipsi sponderant quidem *di sodisfare tutti e singoli pesi ordinati, e prescritti da Domenico Clerichetti, ed annessi alla di lui Eredità e beni Ereditarj*, sed tamen in taxativa summa *scutorum* 160. Aliter enim annuus Canon augeretur contra legem Chirographi. Verum ipsi non susceperunt *taxativam* obligationem solvendi annua scuta 160. pro oneribus hæreditariis, sed implendi onera hæreditaria, sive *exitum, che considerato con i medesimi supposti può essere, e considerarsi in annui scudi* 160. Non itaque videtur *taxativa*, sed *demonstrativa* eorum obligatio. Sed Cappellani pro augumento elemosinæ Missarum habent obnoxia bo-

bona hæreditaria, quæ a Fratribus Clerichetti retinentur, & ea persequi possunt.

Dubium est.

An, & a quo sit præstandum augumentum eleœmosinæ Missarum, & utensilium in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

ROMANA. Non recens est inopia Collegii Beneficiatorum, & Clericorum Beneficiatorum S. Laurentii in Damaso, qui in numero *sexdecim* massam a Canonicis distinctam, propriamque sibi habent, ex qua Beneficiati scuta sex, Clerici Beneficiati vero scuta quatuor in singulos Menses percipere deberent, & chori servitium obire *per mediariam* toto anni tempore, exceptis mensibus æstivis, in quibus per *quartariam* choro intersunt. Præterea onera adimplere debent Missarum tum conventualium, tum peculiarum fundationum. Cum tamen jam a vicennio, & ultra eorum massa hisce oneribus esset impar, S. M. Pius VI. eorum angustiam miseratus mandavit, ut a Congregat. SS. Conceptionis, quæ erecta erat in Basilica S. Laurentii subministrarentur quotannis Collegio scuta *tercentum* ad decennium. Hac subministratione aliquantulum recreati per decennium, iterum eo absoluto in gravissimam inopiam reinciderunt. Denuo igitur commota est paterna pietas S. Pontificis Pii VI., eisdemque pariter ad decennium suspensionem indulsit trium Beneficiatorum, totidemque Clericatuum Beneficiatorum, qui a concessa suspensione proxime essent vacaturi. Tribus Clericalibus Beneficiis jam vacatis, expiratum quoque est ab eorum vacatione decennium suspensionis. Sed tertii qui vacaverat impetrata est ad alios decem annos suspensionis prorogatio. Ex Beneficiatis vero duo tantum nunc vacant. *Ses. 24. Cap. 13. de Reform.*

Sed

Sed hæc S. Pontificis beneficientia nil profuit eorum inopiæ levandæ. Nam reditus Massæ satis non sunt annuis oneribus, ita ut quotannis *deficiant* scuta 359. 21. $\frac{1}{2}$, ut rationes *accepti*, & *expensi* collibrentur. Quo fit, ut æs alienum dimittere nullo modo possint. Gravatur enim Massa nominibus Creditorum infructiferis, seu ut ajunt *siccis* in summa scutorum 954. 31. Præterea singuli individui Collegii a triginta octo mensibus non percipiunt consuetum stipendium ita ut Massa in hanc causam *di mensualità* eisdem debeat scuta 3376. 32. $\frac{1}{2}$ Quare collatis hisce partitis, additoque Censu passivo fructifero in sorte scutorum 1533. coalescit integrum debitum in summa scutorum 5863. 63. $\frac{1}{2}$, ut probatum est in calculis a Ratiocinatore exhibitis. Hinc urgent Creditores, & præcipue hæredes defunctorum Beneficiatorum pro consequendis insolutis stipendiis, quæ his viventibus decursa sunt, & jam imminent sequestra. Nihilominus Collegium semper muneri suo fecit satis. Sed nunc confugit ad Sac. Congregationem, ut saltem reductionem applicationis Missæ Conventualis exoret. Exquisitum est *Votum* Celsissimi, & Eminentissimi Vice-Cancellarii super expositis, & præcipue utrum suppeterent alia media *prospiciendi præbendarum inopiæ*. In quo *Voto* narrata confirmans, ut eorum inopiæ succurratur, proponit, ut *sexdecim individui ad duodecim reducantur cum qua reductione augeretur Massa ad annua scuta biscentum quadraginta, reductisque Missis Conventualibus aliquid adhue deesset, quin providentiæ sufficeret. Si autem loco absolutionis ab applicatione Conventualium satius duceretur reductio Missarum pro diversis Benefactoribus eidem Collegio addictarum. istæ quotannis adscendunt ad numerum 1246. elemosina vero ad scuta 186. 90, Firmis igitur remanentibus Conventualibus, & ad quingentum redactis Missis pro diversis Benefactoribus, satis huic maximæ Collegii inopiæ esset perpetuo provisum*,

Cum de angustia Collegii dubitari non possit, tum ejus inopiæ succurendum, ut ejusdem annuus reditus augeatur scutis 359. 21. $\frac{1}{2}$, quot deficiunt, ut par sit *accepti expensique* ratio. Tria proponit media Celsissimus, & Emus Vice-Cancellarius. Primum ut suppri-

man-

mantur duo Beneficiati itidemque duo Clerici Beneficiati. Nam stipendium Beneficiatorum est in scutis *sex* & Clericorum Beneficiarorum in scutis quatuor in singulos menses. Quare ex suppressis quatuor Prebendis haberentur scuta *viginti* unoquoque mense, & proinde annua scuta 240. quæ Massa Capitularis lucraretur. Ex Tridentino vero *Sess.* 24. *cap.* 13. *de Reform.* permittitur unio præbendarum, ut aliarum tenuitati consulatur. Nec detrimentum futurum esset servitio Chori, cum suppressis *quatuor* ex *sexdecim* Præbendis *duodecim* superessent, quæ chorale servitium obire possent.

Deinde proponit, ut fiat reductio applicationis Missarum Conventualium ad dies festos. Nam ex Constitutione *S. M. Benedicti XIV. Cum semper oblatas* permittitur reductio hujusmodi ubi Præbendæ tenues sint, & Sac. Congregatio eamdem reductionem aliquando concessit. ut in *Syracusana Missæ Conventualis* 12. *Februarii* 1803., & *in Romana Collegii Beneficiatorum S. Mariæ Transtiberim* relata *per Summaria Precum die* 20. *Septembris* 1794. sed si firma manere debeat applicatio diebus fæstivis, quæ ad octoginta quotannis redeunt, jam reductio caderet super Missis 285., ex qua reductione lucraretur Massa annua *scuta* 42. 75., quæ deficientem summam non æquaret.

Si hęc reductio applicationis Missæ Conventualis ad dies fæstos non arrideat EE. PP., tum proponitur, ut concedatur reductio aliarum Missarum, quæ a Collegio pro diversis fundationibus implendæ sunt in annuis missis 1246. pro quibus requiritur elemosina manualis in scutis 186. 90. Si igitur ex his celebrandæ relinquantur Missę quingentum, pro quibus impendenda esset elemosina scutorum 75., jam Massa Capitularis perciperet ex hac reductione scuta 111. 90., quæ unita scutis 240. ex unione quatuor præbendarum, conflarent summam scutorum 351. 30. in quibus fere defectus annuus rationum consistunt.

Ut tamen EE. PP. præ eorum prudentia rem expediant, advertendum est, quod ex notula exhibita onerum Missarum, constat quidem, quod singulis annis a Capi-

tulo celebrandæ sunt Missæ in numero 1246. . Sed ex his 862. nullum habent certum fundum, nec constat quantum in fundatione pro his assignatum fuerit. Reliquæ vero Missæ 384. certum habent, idoneumque fundum.

Quæritur itaque.

An, & quomodo annuendum sit precibus in casu &c.

Die

Die Sabbathi 15. Septembris 1804. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

FIRMANA AUGUMENTI ELEMOSINÆ MISSARUM. *Sess. 24. Cap. 2. de Reform.*

An, & a quo sit præstandum augumentum elemosinæ Missarum, & utensilium in casu &c.

Affirmative a Fratribus Clerichetti Emphitheutis.

ROMANA. *Ses. 24. Cap. 13. de Reform.*

An, & quomodo annuendum sit precibus in casu &c.

Affirmative pro suspensione collectionis ad decennium duorum Beneficiorum choralium, & duarum Clericatuum beneficiatorum vacantium, nec non alterius beneficii Choralis, & Clericatus primo vacaturi, & interim pro suspensione Missarum lectarum juxta Votum Regiæ Celsitudinis Emi Vice-Cancellari, donec vacent dicta sua beneficia.

PISAUREN., SEU ANCONITANA NULLITATIS PROFESSIONIS, ET RENUNCIATIONIS. *Ses. 25. Cap. 15. de Regular.*

Joseph Schelini Anconæ ortus *die* 30. *Aprilis* 1776. postquam excessit ex ephebis annum agens *decem*, & *octo* nomen suum profiteri in aliquo regulari instituto deliberavit; sed anceps diu stetit, quod præcipuum eligeret, ut in eo perpetuo conquiesceret. Primum ad Familiam Augustinianorum, quæ est in Oppido *Mondulphi* se contulit die 8. *Octobris* 1794. Sed paucos post dies (die scilicet 12. ejusdem Mensis) eamdem deseruit deterritus ejusdem *Regulæ* asperitate. Biennio post Bononiam venit, ut inter Canonicos Regulares

Congregationis Rhenanæ adoptaretur, cui tamen valedixit loci iojucunditate pertæsus. Tandem quievit inter Eremitas Congregationis Beati Petri a Pisis. Nam ineunte mense *Januarii* 1794. ad eos Religiosos, qui Pisauri manent, sese contulit, & a Superioribus receptus missus est ad Conventum Sanctissimæ Trinitatis di *Monte bello*, qui pro Novitiatu est probatus, ibique religiosum habitum indùit, & tirocinium incæpit.

Paucis vix elapsis mensibus Pater Provincialis Anconitanus ejusdem Ordinis deprecatus est *a S. Congregatione super Regulari Disciplina*, ut fas sibi esset *a motivo di salute* Schelinium a Conventu S. Trinitatis translocare ad Conventum S. Bartholomei Pisauri, in quo annum probationis perficere posset. Hanc veniam impetravit ex Rescripto diei 29. *Martii* 1797. ejusdem S. Congregationis *attentis peculiaribus circumstantiis, sub cura tamen Magistri specialiter deputandi, qui eumdem statis horis diligenter instruat*, nec *quidquam prætermittat quæ pro religiosa instructione novitiorum per Apostolicas, & Ordinis Constitutiones, ac præcipue per Decreta Clementis VIII., & hujus S. Congregationis præscripta sunt: denique novitiatus munera non secus adimpleat, ac si in Conventu pro novitiatu approbato adimplere teneretur, & ipse Joseph in actu suæ professionis præsenti indulto se uti velle declaret voce, & scriptis*. Agebat Schelinus *sextum* tirocinii mensem, & *vigesimum secundum* annum ætatis suæ, cum iterum Provincialis Anconitanus exoravit ab eadem S. Congregatione super Regulari Disciplina, ut posset Schelinium in votis religiosis jurare post expletum *sextum* probationis mensem = *servatis tamen omnibus, & singulis, quæ continentur in Constitutionibus Apostolicis, & Ordinis, & ipse Joseph in actu suæ Professionis præsenti indulto se uti velle declaret voce, & scriptis*, ut ex Rescripto diei 12. *Julii* 1797.

Itaque habito Capitulo Religiosi Schelinium acceptarunt, qui, prævia stipulatione Instrumenti Renunciationis favore Dominici Schelini Patris, suorumque Fratruum, *die* 30. *Septembris* 1797., præmissis spiritualibus *exercitiis*, adstantibus Religiosis Conventus S. Bartholomei, solemnia vota nuncupavit, declaravitque se uti velle indulto S. Congregationis super Regulari Disci-

pli-

plina, ut Religiosi testantur. Tum cupiens Schelinus ad S. Ordines promoveri impetrato *Apostolico Breve Dispensationis ætatis pro Mensibus tresdecim die* 25. *Februarii* 1798. ab Episcopo Administratore Pisauri promotus est ad S. Præsbiteratus Ordinem *titulo suæ Religionis*. Dum ipse manebat in Cœnobio *di Novilara di Pesaro* supervenit publica rerum calamitas,& Schelinius e Monasterio pulsus ad paternam domum Anconæ reversus est, & a parente adhuc sospite impetravit, ut ei patrimonium Sacrum in annuis scutis 36. super quadam domo constitueretur stipulato Instrumento die 15. *Aprilis* 1798., in quo præcedentem renunciationem ratam,validamque habuit. Eodem vero die a cl. me. Cardinali Ranuzzi Episcopo Anconitano, (qui a Sede Apostolica opportunis munitus erat *facultatibus*) attenta patrimonii constitutione postulavit *Secularizationis* indultum, quod ei concessum fuit = *dummodo usque quo vixerit vota ejus Religionis ab eo emissa in eorum robore remaneant*.

Postquam occubuit Dominicus Schelini Pater; tum primum Joseph Schelini de nullitate suæ religiosæ *Professionis* queri cæpit. Nam apud Vicarium Generalem Anconæ hanc nullitatem deduxit, ut impediret, quominus Fratres sui opimam hæreditatem paternam dividerent. Sed postea hanc nullitatem adSanctissimum reclamavit, qui preces huic S. Congregationi remisit. Injunctum est itaque Episcopo Administratori Pisaurensi, ut Processum conficeret ad formam Constitutionis S. M. Benedicti XIV. *Si datam auditis interesse habentibus, & animi sui sensum aperiret transmissa copia Actorum*. Attamen confecto processu Antistes ille a sua patefacienda sententia se consulto abstinuit, additque = *Quantum pro parte ipsius instantis, & Adversariorum in hoc Tribunali deductum fuit in voluminoso Processu describitur, si quid tamen pro nunc fuerit omissum, cum mandatum novum, vel pro parte S. Congregationis dabitur, vel ad instantiam partium de novo exquiretur, supplebitur, cum ad præsens de sola Novitiatus corruptela in hoc tribunali partes, cæteris prætermissis, egerint*.

Duplex hinc controversia proponitur,& de *nullitate Professionis*, & de *nullitate, atque resolutione Renunciationis*. Sed Fratres Josephi Schelini vadimonium deserue-

ruerunt, & causa proponitur uno contradicente Defensore validitatis ex officio, qui super validitate hujus Professionis impressas distribuet *Animadversiones.*

Quamquam Schelinius in precibus Sanctissimo porrectis conqueratur se circumventum, & invitum regularem professionem emisisse, attamen nunc ejus *Defensores* in impressa distribuenda EE. Patribus *Allegatione*, ex eo tantum nullitatem religiosæ Professionis deducunt, quod neglecta prorsus sint ea, quæ pro forma *Novitiatus* a jure præscribuntur; tum scilicet quoad *locum*, cum factus a Schelinio sit in Conventu S. Bartholomei Pisauri, qui non erat authoritate Apostolica designatus ad tirocinia exercenda, ut ex Decretis Clementis VIII. 11. *Martii* 1596., & 20. *Junii* 1599., tum quoad *tempus*, cum annus non sit elapsus integer a susceptione habitus, ut ex *Text. in Cap. Non solum de Regul.*, & ex Tridentino *Sess.* 25. *Cap.* 15. *de Regul.* Neque vitia hujusmodi abstersisse putant utrumque Rescriptum *S. Congregationis super regulari Disciplina*, quorum altero diei 29. *Martii* 1797. data facultas est, ut Schelinius posset in Conventu S. Bartholomei probationem facere, altero diei 12. *Julii sequentis* eidem permissa est regularis professio, quamquam annum tirocinii non explevisset. Etenim contendunt, quod ex Constitutione *Clementis VIII.* non teneat dispensatio super loco Novitiatus, nisi per *Breve* expedita sit. Deinde hæc Rescripta *subreptione*, *& obreptione* arguunt; simulque contendunt nullo modo impletas esse *conditiones*, sub quibus concepta sunt.

Subreptionem, *& obreptionem* Rescriptorum deducunt ex eo, quod reticitum sit Schelinium adolescentem non satis constantis consilii fuisse, & jam antea sequtum & desertum omnino instituta Augustinianorum, & Canonicorum Regularium. Rursus falso narratum dicunt, quod valetudinis ergo transferendus esset Novitius ad Conventum S. Bartholomei, quando in Conventu *di Monte Bello* semper bene valuit ut testibus probare studeat. Deinde Rescripta hujusmodi duas præseferre ajunt conditiones, ut scilicet servarentur omnia *quæ continentur in Constitutionibus Apostolicis*, *& Ordinis pro Novitiis clericis recipiendis*, simulque, *ut ipse Josephin actu suæ Professionis præsenti indulto se uti velle declaret & voce*, *& scriptis*. Utrumque prætermissum esse contendunt. Nam ex Constitutio-

tionibus Ordinis æque ac ex Constitutionibus Apostolicis *Sixti V.* cujus initium *Cum omnibus & Gregorii XIV.*, quæ incipit *Circumspecta* præmittendum præscribitur *scrutinium* de ætate, moribus, animi deliberata voluntate, & conditione illius, qui professionem emittere vult. Nedum autem hæc omnia omissa fuere, sed etiam corruptum fuit tirocinium, cum ipsi Novitio Schelinio permissum dicatur ut liberius viveret, solus vagaretur extra Conventum, cum laicis conversaretur & extra claustra aliquando pernoctaret. Tandem Schelinius affirmat se latuisse prorsus hæc indulta, neque iisdem uti velle umquam declarasse. Unde concludit, quod si aut Rescripta *obreptione*, & *subreptione* inficiantur, aut impletæ non fuerint *conditiones* sub quibus erant concepta; profecto inutilia sint ad abstergenda vitia, quibus religiosa professio infirmatur.

Defensor autem validitatis censuram instituit ab ipso *processu*. Contendit enim tum *ex Tridentino sess. 25. Cap. 19. de Regular.* tum *ex Constitutione Benedicti XIV. Si datam* causas hujusmodi cognoscendas & definiendas esse ab Ordinario, & Superiori Regulari, & *citari*, & *audiri oportere* defensores Monasterii in quibus Professus vota religiosa emisit, & Consanguineos, aliosque, quibus bona donavit. Hinc decducit informe prorsus esse *processum* primum quia Superior Regularis causam non cognovit. Quamquam enim citatus fuerit, attamen minime fuit interpellatus num juri suo renunciari vellet. Quæ quidem interpellatio erat necessaria, licet hujus Causæ cognitionem ad hanc Sacram Congregationem instante Schelinio Sacratissimus Princeps delegasset. Siquidem Sac. Congregatio jussit, ut *processus* describererur a l formam *Constitutionis Benedictinæ*, adeoque omnia ad illius præscriptum erat implenda. Deinde informe esse dicit *Processum*, quia auditi non fuerunt consodales, aliique, quibus perspecta esse poterat infirmitas Schelini, scientia Indultorum, corruptela Novitiatus, insidiæ a consanguineis paratæ ut illum vel invitum ad professionem religiosam abducerent. Quod vero deterius est, numquam Schelinius quæstionibus subjectus fuit, ut quæ Sanctissimo exposuerat religionis Sacramento confirmaret. Quibus neglectis irritum prorsus *processum* de-

declarat *Benedictina Constitutio*, semperque *Sacra Congregatio* novi *processus* confectionem jussit, & præcipue *in Giennen. Restitutionis in integrum* 20. *Januarii* 1742., & *Brixien. Restitutionis in integrum* 10. *Decembris* 1746.

Nihilominus ex hoc ipso *processu* cæteroquin informi penitus excludi contendit oppositas nullitates. Principio reiicit, quę de circumventione, & coactione attigit Schelinius in precibus Sanctissimo oblatis. Nusquam enim probatur illatam fuisse vim, aut metum, adhibitasque circumventiones. Deinde multa congerit, quæ demostrant sponte professionem emississe, & præ cæteris, quod post professionem ordines ad titulum religionis suscepit, quod indultum *Secularizationis* petivit & ratam habuit renunciationem, dum ei a Patre Sacrum patrimonium constitutum est. Pergit deinde ad refellendas cæteras nullitates. Negat enim, quod defecerit Breve super dispensatione loci Novitiatus, cum in Codice Conventus S. Bartholomei, in quo descripta fuit professio Schelini, adnotatum sit *il Breve si conserva nell' Archivio dello stesso Convento*, quod post rerum discrimina mirum non est, si nunc non reperiatur. Deinde decretum *Clementis VIII.* locum habere contendit quoad eos Religiosos omnes, qui de tempore æditi Decreti certum Conventum pro Novitiatu nondum destinaverant, quo casu probandum esset, quod Hieronymini inter eos Ordines comprehendantur itaut simplex Rescriptum Sacræ Congregationis super disciplina Regularium pro commutatione Domus Novitiatus eis suffragari non possit. Obreptionem vero, & subreptionem Rescriptorum excludit, tum quia nil referebat ad gratiam impetrandam, si narratum esset, quod Schelinus alios Conventus antea petivisset, id enim non eum abhorrentem a religiosa vita, sed potius, dum sponte ad ipsos contendit, studiosum demonstrat; tum quia testes, qui deponunt Schelinium bene valuisse, pluribus laborant exceptionibus, & poterat Schelinio esse inclemens aer *di Monte bello*, quin manifesto, peculiari morbo laboraret; tum demum quia præcessit *Informatio* Superiorum Ordinis, unde exposita constitisse censendum est, antequam gratia concederetur.

Con-

Conditiones vero in Rescriptis appositas servatas esse sustinet *Defensor validitatis*. Nam ex testimonio Religiosorum constat, quod Schelinius *voce* declaraverit ante professionem se Indultis uti velle. Quare cum de ejus consensu constet; nil sane refert, si ejus declaratio *in scriptis* non afferatur. Neque si Constitutiones Ordinis, & Apostolicæ circa scrutinium inobservatæ fuissent; idcirco sequeretur, quod nullitate vitietur religiosa Professio. Nam licet Constitutiones Ordinum requirant ante professionem scrutinium (quod cæteroquin omissum non probatur) attamen cum in hisce constitutionibus non adsit *Decretum irritans* sequitur, ut ommissio scrutinii non irritet professionem, ut tenet *Fagnan. in Cap. qui Præsbiterum Lib.* 5. *Decret. num.* 80. *Petra ad Constit. Apostolic. tom.* 2. *pag.* 525. *num.* 23., *& Sacra Congregatio in Gratianopolitana Restitutionis in integrum* 28. *Septembris* 1743., *& in Ordinis Carmelitarum seu Viennensis in Austria* 13. *Septembris* 1800. Constitutio vero *Sistina*, quæ præscribit scrutinium sub pœna nullitatis ante Alumni receptionem, redacta fuit ad viam juris ex altera posteriori Constitutione Clementis VIII. in *Suprema*. Quare Sacra Congregatio semper rejecit nullitatem ex defectu scrutinii ante professionem præmittendi, ut *in Amerina Nullitatis Professionis* 14. *Martii* 1722., *& in Romana seu Bononien. Nullitatis Professionis* 18. *Septembris* 1802. . Nihil tandem facessere putat Defensor validitatis, si Schelinius in Novitiatu liberius vixisset. Nam semper habitum retinuit, & extra Conventum si forte nocte aliqua mansit, id fecit annuentibus Superioribus, & animo manendi in Religione, quibus concurrentibus, quoties Novitius semper mansit sub obedientia Superioris, nihil detrahit implemento Novitiatus, si aliquando vagaverit, ut tradunt *Engel. in jus Canonic. Lib.* 3. *tit.* 31. *num.* 24. *Reinffestuel. eod. lib. & tit. num.* 107.

In altero dubio quæritur de *nullitate*, sin minus de *resolutione* renunciationis, ejusque ratihabitionis, quam Schelinius fecit erga patrem ejusque hæredes, antequam solemnem professionem emitteret. Irritam Schelinius dicit renunciationem, quia irrita est professio, Nam ex Tridentino *Sess.* 25. *Cap.* 16. *de Regular.* expresse cavetur, quod Renunciatio a Novitiis emis-

sa = *non intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequta professione*. Quatenus igitur nulla detegatur religiosa Professio, perinde haberi debet, ac si numquam sequta sit, adeoque irrita fit renunciatio: Nec convalescere potuit ex subsequta ratihabitione, quam Schelinius fecit, dum e religione egrediens impetravit a patre constitutionem patrimonii. Nam Defensores Schelini nullam dicunt hanc ratihabitionem, quia redolet donationem, & contractum inter patrem, & filium, inter quos ob *unitatem* personæ consistere non potest stipulatio ex *Text. in §. Si quis Instit. de inutil. stipulat.*. Addunt etiam, quod in hac ratihabitione deficiant solemnitates a Statuto Anconitano in contractibus minorum præscriptæ; quod Schilinius huic stipulationi non interfuit, ut testibus probare studeant; quodque tandem ex hac ratihabitione fuerit enormissime læsus. Sed hæc remota videntur a questione, quæ proponitur. Aut enim tenet professio religiosa, & tum firma manet renunciatio, nec opus est quærere de nullitate ratihabitionis. Aut irrita est professio, & tum sicuti inutilis est renunciatio; ita ex hoc ipso ludrica est ratihabitio renunciationis, quin ad extraneas quæstiones vagari oporteat.

Potius igitur inquirendum erit, utrum firma etiam manente religiosa professione resolvatur renunciatio ob egressum a Religione, & *secularizationem*, quam Schelinius impetravit: Resolutam esse ajunt defensores Shelini utpote factam intuitu ingressus in Religione; ac proinde tamdiu consistere possit, quamdiu res in eodem statu maneant. Cum igitur ab egressum e religione mutatus sit rerum status, censetur resoluta renunciatio, ut tenent *Valent de Contract. Vot.* 36. *num.* 15. *Petra Commentar. ad Constit. II. Clem. IV. tom.* 3. *num.* 31. *Rota coram Ansaldo decis.* 577. *num.* 7. *& in Anconitana Successionis* 23. *Februarii* 1722. *coram Calcagnino*. Quin obesse possit votum paupertatis, cum hoc non refragetur, quominus Professus, qui ex indulto apostolico ad seculum redit, possit saltem quoad usum fructum bona renunciata vindicare, ut author est *Sanchez. in Decalog. Lib.* 7. *Cap.* 32. *n.* 26. *Rota inallegat. Anconitana Successionis §.* 5. *cor. Calcagnino & Sac. Congregatio in Nullius* 11. *Januarii*

rii 1631. *lib.* 14. *Decret. pag.* 366., *& in Neapolitana* 3. *Decembris* 1630. *lib.* 16. *Decret. pag.* 306.

Verum cum *Defensor validitatis* ab hac quæstione se abstineat, quippe quæ *a suo officio* extranea, & Fratres Schelini a judicio absint, præmunere EE. VV. observandum propono, quod Schelinus bona sua omnia renunciavit non intuitu *ingressus in religione*, sed intuitu *professionis religiosæ*, quam propediem erat emissurus, ut exploratum fit ex ipsa *narrativa* Instrumenti = *espone aver risoluto prima di professare quel Sagro instituto esporre rinuncia di ogni, e qualunque sorte di beni* = Porro renunciationes hujusmodi, quę fiunt intuitu religiosæ Professionis, *substantiantur*, ut ajunt, ex subsequta professione ita ut irrevocabiles evadunt, & renuncians habetur, ac si esset omnino de medio sublatus ut tradit *Rota in Ariminen. Regressus* 26. *Januarii* 1776. *per tot coram Soderino*, *& in Bononien. Assignamenti* 26. *Februarii*, & 6. *Decembris* §. 2. *coram Eodem*, *& in Pisauren. Immissionis* 12. *Junii* 1795. §. 1. *coram Priolo*, *& in confirmatoria* 10. *Junii* 1796. *cor. Emo De Bayane*. Hinc si firma manet professio, sequitur, ut res in eodem statu maneat, neque ulla subsit causa, cur revocari debeat. Etenim voto paupertatis adhuc obnoxius est Schelinius, cum ex impetrata *Secularizatione* vota non dissolvantur, sed in suo robore maneant, ut ex ipso indulto patet. Firmo vero manente voto Paupertatis semper renuncians est incapax possidendi, licet claustra reliquerit, ut tradit *Rota in Pisauren. super restitutione in integrum. Martii* 1793. §. 5. *cor. Cesareo*.

Quæ vero in contrarium allegantur authoritates casum prorsus diversum tangunt; scilicet Professi, qui ad Episcopatum ascendit, quo casu solemne est inter omnes Canonistas, quod usufructum tantum eorum bonorum quæ renunciatariis aquisita non sunt, ipse consequi valeat, & in his terminis procedunt Allegatæ Resolutiones Sac. Congregationis in *Nullius*, & *Neapolitana*. Sed hæc transferri non possunt ad casum professi, qui non obstante impetrata *Secularizatione* semper incapax est possidendi. Quod secus habetur in illoqui ad Episcopatum ascendit est. Quamquam enim votis religiosis teneatur; attamen per assumptionem ad Episcopatum capax fit, ut bona possideat nomi-

ne Ecclesiæ, ut expresse de Monachis ad Episcopatum evectis sancitum est in *Can. Statutum quæst.* 1.. Ex quo fit, ut si bona renunciata nondum quæsita sint renunciatariis, ipse reintegretur ad usumfructum, reservata proprietate favore Ecclesię ut tenent Canonistæ quos colligit *Barbos. de jur. Eccles.Univers.cap.42. num.*243.

Gemina proponuntur Dubia,

I. *An constet de nullitate Professionis in casu &c.*

II. *An constet de nullitate, seu potius de resolutione renunciationis, ac respective ratihabitionis, ita ut sit danda immissio in casu &c.*

Ad I. Negative, & ad Bñum Præfectum ad mentem.

Ad II. Negative in omnibus.

Sess.24. cap.6. de Reform.

SIGNINA CAPPELLANIÆ. De Cappellania a Paschale Attiani erecta contendentibus inter se Clericis Michaele, & Aloysio Attiani quatuor fuerunt proposita Dubia in Congregatione diei 30. *præteriti Junii*. I. *An sententia lata per Episcopum Signinum sit servanda*, & quatenus affirmative II. *An substineatur collatio Beneficii per eumdem Episcopum facta favore Clerici Michaelis Attiani*, & quatenus Negative = III. *An & cui sit conferendum Beneficium*. IV. *An, & quomodo sit locus remotioni administratoris*. Quibus prodiere responsa. Ad I. *Affirmative*. Ad II. *Affirmative* Ad III. *Provisum in secundo*, Ad IV. *Affirmative constito coram Ordinario de adimplemento onerum*. Aloisius Attiani succumbens sollicitus fuit impetrare *novæ Audientiæ* beneficium. Sed nihil mihi postea exhibuit, & Michael Attiani *reassumptionem* preteritæ *allegationis* deprecatur.

Reassumpto itaque Folio Congregationis *die* 30. *Junii* EE. PP. deliberare dignabuntur.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

FIR-

FIRMANA CAPPELLANIÆ SUPER EXEQUTIONE LITTERARUM APOSTOLICARUM. Vivens, beneque valens Petrus Angelus Calisti Oppidanus Montis Georgei in Piceno de re sua disposuit testamento scripto *die* 15. *Maii* 1716., & geminis posterioribus codicillis. Filios tum non habebat, non tamen desperabat, ac proinde eosdem, si forte nascerentur, hæredes instituit, secus vero jussit, ut defuncta uxore sua, quam usufructuariam fecit, bona omnia darentur *in Commenda* geminis Præsbiteris ad nutum amovibilibus, qui duo sacra quotidie conficerent in Altare S. Petri Apostoli erigendi in parrochiali Ecclesia S. Nicolai. Plures leges fixit, quæ respiciunt qualitatem hujusce Cappellaniæ, modum eligendi Cappellanos, personas, quæ ab electione essent excludendæ. *Sess.23. cap.9. de Reform.*

ussit enim = *che in dette Cappellanie laicali non vi possa metter mani Monsignor Arcivescovo di Fermo, ne altri Ecclesiastici, che voglio, che sia Cappella laicale &c., e che li miei beni stabili non possono mai aggregarsi alla Colleggiata, ma debba detta Commenda come beni Secolari, e laicali restare come sopra, ne vi possa metter le mani Monsignor Arcivescovo, o altri Superiori Ecclesiastici, perchè intendo, e voglio, che sian beni laici, e non Ecclesiastici.* Ipse porro Testator primos Cappellanos nominavit præsbiteros *Felicem Gabbini, & Isidorum Calisti*, quibus sublatis *voglio, che si debban pigliare li più poveri Preti di questo Paese, e si debbano imbussolare dal Magistrato, e Consiglio di questa Terra, ed estraerli a sorte, e questi che saranno estratti debbano esser Cappellani.* Vetuit, *che nel caso si dovrà venire da questa Communità, e Magistrato alla nuova estrazzione di essi, non v' abbia mai alcun jus il Potestà di detta Terra, nè si possa ingerire in detta estrazzione, ma sempre n' abbia l' autorità detto Magistrato, altrimenti sia nulla detta estrazzione.* Tandem exclusit ab hisce Cappellaniis consequendis descendentes ex familiis *Radicini, Calisti, Bitti, & Zenobi.*

Cappellanias hujusmodi primi tenuere Felix Gabbini, & Isidorus Calisti. Cum vero dissiderent inter se *Communistæ* quoad *qualitatem* paupertatis, quam testator requisiverat in Præsbiteris sortitione eligendis, clar.

clar. me. Cardinalis Paracciani, qui sedem Firmanam tenebat, in S. Visitatione *anni* 1766. Decreto suo *mandavit*, *quod in posterum recludantur in eodem buxolo nomina etiam illorum Sacerdotum, qui promoti sunt, & adhuc retinet S. Patrimonium &c. dummodo ipse Sacerdos de aliis bonis beneficialibus aut ecclesiasticis aliunde non sit provisus.* Vacante anno 1767. altera ex hisce Cappellaniis facta sortitio est, & in urnam conjecti duo Sacerdotes *Governatori*, & *Gattani*, quorum postremus sortis favorem consequtus est. Iterum, & anno 1801. vacavit Cappellania: Ex viginti candidatis, qui sortis periculum fecerunt, super Præsbiterum Nicolaum Mercurii cecidit sors, & ad Cappellaniam electus fuit.

Verum ne in possessionem iret Cappellaniæ impediebatur ab aliis Sacerdotibus Montis Georgei, qui coram S. Congregatione Episcoporum, & Regularium primum *judicialiter* insteterunt pro circumscriptione *Buxali* quippe facti contra, ac Testator præscripserat, deinde oblatis precibus hoc ipsum postularunt; quæ preces dimissæ fuerunt ex Rescripto 19. *Decembris* 1801. ejusdem S. Congregationis = *Utantur jure suo coram Archiepiscopo prout*, & *quatenus de jure*. Hinc ad SSmum reclamavit Boromeus Moschetti pater Præsbiteri Nicolai Moschetti, qui unus fuerat ex concurrentibus in Urnam conjectus; sed audita prius *Informatione* Archiepiscopi Firmani Sacratissimus Princeps *die* 13. *Februarii* 1801. rescripsit *utatur jure suo*. Iterum ergo porrectæ fuerunt preces nomine Præsbiterorum Montis Georgei S. Congregationi Episcoporum, & Regularium, iterumque ad Archiepiscopum ablegatæ ex altero Rescripto diei 2. *Aprilis* 1802. Interea usque *a Mense Martio anni* 1802. Præsbiter Nicolaus Moschetti *supplicationem* dedit in Dataria Apostolica, ut *impetrationem* hujus Cappellaniæ tamquam nulliter collatæ obtineret.

Verum, ne Litteras Apostolicas consequi posset, impedimento fuit Præsbiter Nicolaus Mercurii, qui tamquam sortitione ad Cappellaniam electus supplicavit SSmo, ut non obstante recursu aliorum Præsbiterorum in possessione Cappellaniæ mitteretur, rescriptumque *diei* 27. *Junii* 1802. obtinuit = *SSmus audita relatione Archiepiscopi Firmani eidem preces benigne re-*

remisit, ut constito sibi de expositorum veritate Oratorem ad fruitianem introscriptæ Cappellaniæ Calisti ipsi in sortitione collatæ admittere possit. Quo factum est ut Archiepiscopus Firmanus re cognita *die* 5. *Julii* 1802. decreverit *mandatum de Immittendo* favore Presbiteri Mercurii, qui sequenti die 6. Julii possessionem Cappellaniæ nactus est. Tum vero Murcurius iterum a SSmo deprecatus est, ut quæ ab Archiepiscopo Firmano gesta fuerant Apostolica Aucthorita te confirmarentur. Id quod impetravit per alterum Rescriptum SSmi *diei* 18. *Julii* 1802. = *SSmus Decretum, de quo in precibus ab Archiepiscopo Firmano latum in exequtionem prioris Rescripti Sanctitatis suæ favore Oratoris benigue approbavit, ac confirmavit ac Apostolicæ authoritatis robur adjecit, & præsens Rescriptum perinde haberi mandavit, ac si esset Chirographum manu sua obsignatum*.

Hinc Presbiter Moschetti summa ope contendit apud R. P. D. Auditorem SSmi tum pro reportatione Rescripti, tum pro remissione causæ ad S. Rotam, semperque rejectus semel, iterumque fuit. Tandem denuo instetit, ne acta facta impedirent expeditionem Litterarum Apostolicarum super *impetratione*, & die 6. Marti. 1804. decretum obtinuit = *utatur jure suo coram Emo Datario* = Litteras itaque i npetrationis a Dataria Apostolica obtinuit Moschettus, mihi tamquam Secretario hujus S. Congregationis pro exequtione directas, ita tamen ut procederem *DE VOTO* hujus S. Congregationis. Antequam causa proponeretur auditus est Emus Archiepiscopus Firmanus, qui rationes quas hinc inde afferunt litigantes exponit, & putat nullitate laborare electionem Præsbiteri Mercurii. Quæ sint litigantium jura explorare poterunt EE. PP. ex *Allegationibus* distribuendis, quarum summas attigero.

MOSCHETTUS tuetur exequtionem Litterarum Apostolicarum, cum ea, quæ in his exposita sunt, veritati consentiant; scilicet nullitate laborare *sortitionem*, qua electus est Præsbiter Mercuri, & Moschettum esse ex fundatione *qualificatum*. Nullitas vero sortitionis deducitur *tum* quia in urnam conjecti fuerint, qui erant omnino exclusi, vel tamquam descenden-

dentes ex familiis,quas testator prohibuit, ne Cappellanias consequi possent, vel beneficia Ecclesiastica habebant,aut patrimonialibus bonis abbundabant, ut est Mercurius quem constat fortunæ bonis haud carere; *tum* etiam quia Gubernator localis præfuit *sortitioni*. Utrumque vero est contra fundationem, cum Testator expresse jussit, ut sorte ducendi essent *li più poveri Preti*, & expresse defendit, ne in sortitione = *v'abbia mai nessun jus il Potestà di detta terra di Monte Giorgio*. Propriam vero paupertatem Moschettus allatis documentis probat. Nec sibi obesse putat Rescripta SSmi diei 27. *Junii*, & 18. *Julii* 1802., quibus in possessionem Cappellanię *Mercurius* missus est, & confirmatus. Nam subreptitia esse contendit, quia Pontifici reticitum est, jam antea Moschettum *supplicationem* in Dataria exhibuisse pro impetranda Cappellania.

MERCURIUS vero obreptitias esse dicit Litteras Apostolicas *jure devoluto* expeditas. Falso enim narratum fuit rem esse de perpetua Cappellania, quando ex fundatione erat simplex legatum laicale duobus Cappellanis amovibilibus comendatum, ut ex fundatione patet. Quare non subjacebat hoc legatum reservationibus Apostolicis, & *juri devoluto ut ad Tex. in Clem. 2. De Præben.* tradit *Rota decis.* 101. *num.* 1. *cor. Dunozett.,& in Aversana Cappellaniæ* 28. *Junii* 1726.§.3. *cor. Calcagnino*. Nullitates vero, quibus laborare sortitio opponitur, nullo modo consistere contendit Mercurius. Etenim si in urnam conjecti fuerunt ii qui erant excludendi; non idcirco sequitur, ut nulla sit sortitio, si eductus est is, qui jus habebat, cum utile per inutile non vitietur, ut docet Rota *in Firmana Canonicatus* 22. *Aprilis* 1783. §. 7. *cor. Origo*. Gubernator vero localis præfuit quidem publico Consilio,ut fieri necesse est ex statuto illius municipii, sed numquam sese immiscuit in sortitione. Falsum quoque esse dicit,quod Pontificia Rescripta, quibus sua electio confirmatur, sint subreptitia. Nam exposuit Pontifici litem, quæ a cæteris præsbiteris Montis Georgei instaurata fuerat, sed non poterat narrare, quod Moschettus supplicationem in Dataria porrexerat, quia id ei exploratum non erat. Tandem suam pau-

paupertatem præ Sacerdote Moschetto pluribus documentis probare laborat.

Ex his proponitur Dubium.

An litteræ Apostolicæ sint exequendæ in casu &c.

Negative attenta qualitate laicali Cappellaniæ.

SPOLETANA REDUCTIONIS ONERUM, ET APPLICATIONIS FRUCTUUM. Nicolaus Morelli postremis suis tabulis annii 1799. hæredes suos nuncupavit Philippum, & Aloysium Morelli suos ex prædefuncto fratre Nepotes, eisque reliquit, *Luoghi* 26., *e* 50. *centesimi del Monte S. Pietro quarta erezzione colla legge espressa però, cioè che LL.* 24., *e* 50. *cent. debbano sempre, e perpetuamente stare per fondo di una Cappellania Ecclesiastica da eriggersi dalli medesimi, e subito, che si riperciperà il frutto essendo questo al presente sospeso per le critiche circostanze, il fruttato de' quali debba spettare al Cappellano; e Luoghi* 2. *Monte sudetto debba servire per gl'utensili della medesima Cappellania &c., e che il peso di detta Cappellania sia di una Messa quotidiana letta, e coll' obligo al Cappellano pro tempore di assistere, o sia coadjuvare il Parocho nell' amministrazione dei SS. Sagramenti, e nella Dottrina Cristiana, e vuole inoltre, che l'adempimento venga sodisfatto nell' Altare di jus patronato della Casa Morelli dedicato alla Madonna SSma di Loreto nella Chiesa Parrochiale di S. Fortunato del Castello di Poggio primo Caso di Cascia Diocesi di Spoleto.* Jus nominandi Cappellanum reliquit suis hæredibus, eorumque descendentibus per lineam Masculinam, quibus deficientibus substituit in jure nominandi Decuriones, & Parochum pro tempore ejusdem Castri. *Sess.22. cap.6. & 11. de Reformat.*

Cum *anno* 1802. reintegrata esset solutio *duplicis quintæ* partis fructuum *locorum montium*, Fratres Morelli patrui hæredes rati, quod pro præsenti Locorum Montium reditu onera a testatore relicta impleri nequuivisrent, antequã erectionem Cappellanię facerent, solliciti fuerunt, ut supplicarent huic Sac. Congregationi pro reductione onerum, cum ex *viginti quatuor*

tuor locis, & 50. *centesimis*, pro Cappellano assignatis ex tunc percipiuntur annua scuta tantum 29. 40., quæ satis non erant pro elemosina Missæ quotidianæ. Die 10. *Aprilis* 1802. rogatus est Episcopus de sua sententia, quam trasmisit *die* 16. *Junii* 1804. sequentibus verbis = *cum onus coadjuvandi Parochum, ut supra deleri nequeat stante moltitudine Populi, ex reditibus dictorum Locorum Montium pro Missis celebrandis assignanda non esse elemosina in minori summa obolorum triginta pro qualibet Missa, cum alias nemo erit, qui consequi velit Cappellaniam*. Nondum adhuc *Informatio* hujusmodi pervenerat, cum innotuit Ministris Rev. Fabricæ S. Petri hoc legatum inadimpletum jacere. Quare compulerunt Fratres Morelli coram ejusdem Rev. Fabricæ Tribunali, ut docerent de implemento legati, aliter ad erectionem Cappellaniæ cogerentur, & fructus decursi, nec in Missarum celebrationem erogati applicarentur Rev. Fabricæ. Sed Fratres Morelli allegarunt instantiam, quæ pendebat in hac Sacra Congregatione pro reducendis oneribus, & fructus Locorum Montium se numquam exegisse docuerunt. Quare etiam Rev. Fabrica ad vadimonium venit, ut fructuum inexactorum applicationem obtineat. Sed in scriptis mihi Litigantes sua jura exhibuerunt, ut ea vobis exponerem.

Primum Dubium respicit reductionem onerum in futurum, quam postulant Fratres Morelli, neque de hac laborat Rev. Fabrica. Constat Testatorem legasse LL. Montium 26.,& 50. centesima, ex quibus *LL. ventiquattro, e 50. centesimi debbano sempre, e perpetuamente stare per fondo di una Cappellania &c.* Nedum igitur ex voluntate expressa fundus *titulive* relictus est, sed etiam ex præsumpta, cum fundus præcedat onus, & legatum incipiat ab assignatione fundi; antequam onus designatum sit ex doctrina Benedicti XIV. *de Synod. Dioces. cap.* 13. *num.* 25. Quemadmodum itaque hæredes de proprio supplere non tenentur, si fundus oneri sit impar, ut passim definivit Sac. Congregatio, & præcipue *in Cinerinen. Reductionis* 12. *Maii* 1788., ita necessaria videtur reductio, cum ex præsenti reditu annuo 24. LL. Montium, & 50. centes. in scutis 29. 40. haberi non possit elemosina pro Missa quotidiana, & ad vires redituum onera re-

reducenda esse definivit Sac. Congregatio *in Viterbien. Reductionis Onerum* 8. *Maii* 1784.

Quatenus vero reductio concedenda videàtur statuendus erit modus quo fieri debeat. Præ primis Testator injunxit celebrationem Missarum, quam onus coadjuvandi Parochum, unde coniici debet præcipuam habuisse celebrationem Missarum, itaut cætera onera prius sint reducenda ex traditis *in Senogallien. Reductionis Missarum* 23. *Aprilis* 1796.; Nihilominus Emus Episcopus censet utile esse in maxima frequentia populi retinere, qui Parocho in cura animarum opituletur; adeoque taxandam esse elemosinam in obolis *triginta*. Testator quidem expressis verbis non declaravit quanta esse deberet elemosina singularum Missarum. Sed fundum reliquit ex quo, si fructuum perceptio, ut antea erat in scutis tribus pro quolibet loco, esset reintegrata, speranda erant annua scuta 72. Unde Cappellano quotidie celebraturo, & Parocho opitulaturo obtigebant *oboli viginti*. Quod si a die obitus Testatoris, scilicet anni 1799. nemo unus forsitan attento excessu onerum Cappellaniam acceptasset; eo minus nunc immutatis circumstantiis, & aucta ubique adventitia elemosina reperiri poterit, qui Cappellaniam consequi velit.

Alterum dubium pertinet ad fructus inexactos LL. Montium, quæ pro fundo Cappellaniæ assignata fuere. Hos vero fructus tamquam non erogatos in celebrationem Missarum sibi applicandos contendit Rev. Fabrica, quæ hoc habet privilegium quoad fructus in opus pium non erogatos teste *Vespignano de Privileg. Rev. Fabric. pag.* 42., & Sac. Congregatio *in Viterbien. Erectionis Canonicatus, & Applicationis Fructuum* 28. *Maii* 1796. Sed ponderandum, quod ex justa causa suspensa fuit erectio Cappellaniæ, cum ex præsenti reditu Locorum Montium oneribus a Testatore præscriptis fieri non posset satis. Quare si Fratres Morelli supplicarunt huic Sac. Congregationi pro reductione, non idcirco impedimentum pararunt, quominus Cappellaniæ erigeretur, nec per eos stetit, si hęc instantia resoluta nondum adhuc fuerit. Quo casu erant a Rev. Fabrica interpellandi, ut hoc obstaculum removeretur, qua interpellatione omissa, dubitari potest an locum habeat privilegium Rev. Fabricæ, ut notat *Allegatus Vespignani de privileg. Rev. Fabr. pag.* 36. §. 7.

Quod si EE. VV. hanc applicationem reiiciant ; tum statuendum erit quomodo erogandi sint fructus hujusmodi inexacti vel in celebrationem Missarum , vel investiendi , ut augeatur fundus Cappellaniæ .

Dubia proponuntur .

I. *An , & quomodo sit locus reductioni onerum in casu &c.*

II. *An fructus inexacti usque ad diem erectionis Cappellaniæ sint applicandi Rev. Fabricæ S. Petri , seu potius , & quomodo sint erogandi in casu &c.*

Ad I. Affirmative juxta votum Emi Epicopi, donec augeantur reditus .

Ad II. Negative ad primam partem affirmative ad secundam in tot Missas ad manualem ad formam fundationis .

Sess.21, cap.7. de Reform.

FIRMANA DAMNORUM . Ob damna, quæ Mensæ Archiepiscopali Firmanæ illata esse contendebat Promotor Fiscalis , dum Ecclesiam illam tenebat defunctus Præsul Minucci , actum est de re componenda inter eumdem Promotorem Fiscalem , & Comitem Villelmum Minucci defuncti Antistitis Beneficiatum hæredem . Cum de hoc negocio nondum adhuc convenissent ; nec lis ulla esset contestata profecturus Villelmus in exteras dictiones procuratorem Firmi constituit Comitem Hieronymum Catalani = *ad effetto di accudire a tutti l'interessi o siano attivi , o siano passivi ; che riguardano l'Eredità del mio defonto Zio Monsignor Andrea Minucci colle facoltà di trattarli , ed ultimarli con qualunque siasi pretendente anche per via di transazzione , e quando non avesse luogo conciliazione discuterli , e sostenerli nel foro avanti qualunque Giudice , e Tribunale ; concedendogli a tal effetto tutte l'opportune facoltà* , ut ex Chirographo Procuræ subscripto *die* 9. *Octobris* 1803.

Rejecta tamen omni compositionis spe , præces SSmo porrexit Promotor Fiscalis , ut controversia omnis huic Sac. Congregationi delegaretur . Quod cum impetrasset ex Rescripto SSmi diei 11. *Martii* 1804. commissum est Emo Archiepiscopo Firmano , ut Peritum ex officio deputaret , qui de damnis referret ; simulque tempus præstitueret Hæredi defuncti Archiepiscopi Minucci , vel ejus Procuratori , qui sua jura de-

deducere posset . Sed monitus ab Archiepiscopo Comes Catalani tamquam hæredis Minucci Procurator, hic *die* 17. *Aprilis* 1804. apud acta professus est = *Non esse amplius Procuratorem nobilis viri Villelmi Minucci, neque hæreditatis clar. mem. Andreæ Archiepiscopi Minucci attenta remissione Mandati Procuræ in ejus personam facti, prout ex juribus, quæ facto producit &c.* = Protulit autem geminas epistolas Comitissæ Marinæ Foscarini uxoris Comitis Minucci, in quarum altera scripta sub *die* 24. *Februarii* 1804. habetur = *io come procuratrice del Conte Guglielmo mio marito ritiro la procura a voi fatta per l'oggetto di trattar l'accomodamento* = Ex altera vero epistola diei 24. *Martii proximi præteriti* constat = *ricevei con l'ultimo corriere una vostra con acclusa la procura, che vi richiesi* =

Nihilominus Archiepiscopus citato semper Comite Catalani tamquam procuratore Comitis Minucci deputavit Peritos pro liquidatione damnorum, earumque relationes transmisit. In sua vero *Informatione* multa affert inferius recensenda, quæ probationem horum damnorum respiciunt, unde concludit = *Damna itaque, quorum refectionem postulat Promotor Fiscalis in unum collata quantitatem constituunt scutorum* 10322. 41. *ad illorum quantitatem imminuendam nihil nomine hæredis allatum est, quamvis illius specialis procurator semel, atque iterum fuerit a me interpellatus præfixo etiam termino ad deducendum jura in Sac. Congregatione.*

Nihil sibi obesse putat Promotor Fiscalis quominus actionem hujusmodi proponat contra Comitem Catalani, si hic excipiat revocatum sibi fuisse Mandatum Procuræ a Comite Villelmo Minucci factum, antequam Civitatem Firmi relinqueret. Non enim probatur revocatum fuisse mandatum, cum a Comititsa Foscarini uxore Villelmi revocatum appareat, quin constet num ejus vir hanc facultatem ei tribuerit. Nec præterea hæc revocatio ex jure teneret, si a Comite Villelmo facta esset. Nam datum fuit mandatum a Comite Minucci per contractum, cum scilicet de transactione agebatur cum Promothore Fiscali, & ipse Villelmus ad patrios lares redire deberet. Tum enim ipse scripsit Chirographum Procuræ, in quo Catalanio concessit, ut sua negocia posset expedire =

ed

ed ultimarli con qualunque siasi pretendente anche per via di transazzianc, e quando non avesse luogo la conciliazione discuterli, e sostenerli nel foro anche per via di transazzione. Quare res non esse amplius integra videtur. Quando enim lis vel contestata fuit, vel habita pro contestata non potest revocari procuræ mandatum, nisi interpellato, quem interest, ut ex *Text. in leg. Post litem ff. de Procurat. & in Cap. 1. de Procurat. in 6. docet Ridolphin. in Prax. part. 1. cap. 3. num. 49.* Repugnaret tandem bonæ fidei, ut revocetur nunc a Minuccio mandatum Procuræ, cujus causa factum est, ne Promotor Fiscalis Comitem Minucci, cum præsens esset, in Curia apprehenderet, litemque contestaret.

Hisce constitutis postulat Promotor Fiscalis refectionem damnorum quæ Mensa Episcopalis tulit, sive ob neglectam Ædificiorum reparationem; sive ob deteriorationes fundorum rusticorum; sive ob commissas alienationes; sive demum ex incisione lignorum.

PRIMUM Caput pertinet ad *restaurationes* ædificiorum Mensæ Episcopalis, quæ faciendæ sunt ab Episcopo qui tamquam usufructuarius ad reparationem, manutentionemque ædium tenetur ex dispositione juris in *leg. usufructus sequutus ff. de usufructu*; *Leg. eumCod. de usufruct.*, *& habit.*, quæ dispositio de usufructuario generatim loquens tranfertur ad omnes beneficiorum possessores, ut summa consensione tradunt *Card. de Luca de Benef. disc.* 184. *num.* 13. *Piton. de controv. Patron. alleg.* 100, *num.* 180. *Rota in Romana, seu Regien. Reparationum* 4. *Martii* 1746. §. 3. *coram Caprara, in Recineten. Condictionis indebiti* 1. *Julii* §. 6. *coram Stadion.* Tum accedit Constitutio LeonisX. cujus initium = *Supernæ dispositionis* = quæ in §. 2. jubet *Ædificia, & possessiones, & jura quæcumque in statu convenienti conserventur, & diruta instaurent ad bonorum Prælatorum & Commendatariorum officium pertinet*. Et tandem definivit Sacra Congregatio *in Novarien.* 16. *Januarii* 1762. *Super I. Dubio in Cervien.* 7. *Junii* 1788. *in Balneoregien.* 18. *Decembris* 1790. Ex relatione vero Periti Fabri murarii *Salvatoris Salvi* ex Officio deputati impensa necessaria pro reparandis, restaurandisque ædibus Archiepiscopalibus, tum etiam Ædificiis in fundis, pertingit ad *scuta* 1224. 50.

AL-

ALTERUM damnorum caput ducitur ex omissis reparationibus in Prædiis *Paduli*, seu *Orso grande*, & *Monte Verde*. Utrumque tangit flumen *Tinna*, & ex irruentibus aquis avulsa est quantitas *Modiolorum* 94. 54. in Prædio *Paduli*, & quantitas *modiolorum* 28. 53. in Prædio *Monte Verde*, ut testatur Peritus Geometra *Joannes Baptista Vizzicon*, ex Officio deputatus, qui refert ex neglecta constructione aggerum hoc damnum evenisse. Liquidat autem damnum hujusmodi tum ob amissam terreni quantitatem in utroque fundo; tum ob impensam accessoriam ad aggeres construendos in summa scutorum 8256. 48. Quod si usufructuarius tenetur bona conservare, sequitur, ut teneatur ad damna, quæ proficiscuntur ex neglecta conservatione bonorum, eamque obligationem in heredes transmittat, ut docet *Castill. de usufructu Cap.* 20. *num.*16.

Sequitur TERTIUM damnorum caput ex commissis alienationibus bonorum, quæ ad Mensam Archiepiscopalem spectabant. Ex Informatione siquidem Eminentissimi Archiepiscopi constat: *Quod Archiepiscopus Minutius nonnulla distraxerit Capitalia ad Mensam spectantia, cum obligatione pretium investiendi, & vicissim investi nentum fuit ex parte neglectum. Vendita scilicet est parva domus in Castro Gryptæ Azzolinæ pretio scutorum* 221. *Vendita item alia bona existentia in Territorio Oppidi Montis Florum pretio scutorum* 1200. *Distracta demum insignis quantitas frugiferarum quercuum ad quantitatem passuum* 448., *ex quorum venditione Archiepiscopus habuit scuta circiter* 900. *Actæ itaque fuerunt hujusmodi distractiones accedente venia Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, sed obligatio data est Archiepiscopo pretium erogandi tum in construationem domorum pro usu colonorum in bonis a Mensa possessis in Territorio Gryptæ Azzolinæ, tu n in redemptionem superficierum in iisdem bonis existentium.*

Ex pretio itaque bonorum hujusmodi, quæ defunctus Archiepiscopus alienavit, collegit summam scutorum 2321.. N gat porro modernus Archiepiscopus: *fu t m esse receptarum pecuniarum erog tionem. Redemptæ sunt superficies ad quantit tem scutorum* 766.; *Coempta item duo agri frustula ad aliam quantitatem*

scu-

scutorum 154. 25., *Constructæ demum tres coloniceæ domus; Harum valorem extrajudicialis Peritus ab Archiepiscopi Ministris deputatus anno* 1802. *constituerat in scutis* 3413. 95. *habito respectu ad statum eorumdem bonorum tempore factæ æstimationis. Incongrua autem, atque exorbitans visa est. Nam præterquam valor a Perito præfinitus fuit juxta valorem monetæ æreæ, quæ eo temporis erat in commercio, animadversum fuit id tantum in calculo haberi potuisse, quod vere ab Archiepiscopo fuit in domorum constructionem impensum. Vicissim in novarum domorum constructionem cesserunt cæmenta veterum domorum, quæ eversæ fuerant, alia vero cæmenta ex quercubus in bonis rescissis comparata.* Affert præterea testem Michaelem Angelum Baglioni qui præfuit edificationi binarum domorum, (de tertia enim non meminit), quique testatum facit in hanc causam Archiepiscopum impendisse scuta 1003. 27.. Ex his igitur quæ Archiepiscopus affirmat si rationes subducantur, patet defunctum Antistitem ex pretio bonorum alienatorum collegisse summam scutorum 2321., impendisse autem summam scutorum 1923. 27. adeoque hoc nomine teneri in summa scutorum 396. 48.

QUARTUM damnorum caput deducitur ex incisione lignaminum pro usu domestico defuncti Archiepiscopi. Idem enim testis Michael Angelus Baglioni affirmat *per molti anni ho fatto recidere ne'beni spettanti alla Mensa Arcivescovile la sotto indicata quantità di legnami per uso, e servigio dello stesso Monsignor Arcivescovo, quali legne sono state mandate da me nel suo palazzo Arcivescovile di Fermo, cioè in tutto passa* 189.. Cui quantitati imponitur pretium scutorum 160. pro quibus Promotor Fiscalis contendit teneri defunctum Archiepiscopum, qui tamquam usufructuarius non poterat incidere Arbores quæ pertinent ad proprietatem, non ad usufructum ut tradunt *Panimoll. decis.* 78. *num.* 16. *Petra ad Constit. Apostolic. tom.* 1. *Constitut.* 5. *num.* 14. *Castill. de Usufruct. cap.* 21. *num.* 38. *Rota in Romana, seu Hostien. Afflictus* 9. *Julii* 1755. §. 2. *coram clar. mem. Casd. Paracciano*, & Sac. Congregatio *in Papien. Incisionis Arborum* 15. *Martii* 1710.. Verum observandem est, quod ex allato teste non constat incisas, evulsasque fuisse arbo-

arbores matricinas, & proceres, quæ partes sunt fundi, & proprietatem constituunt, sed recisas fuisse *passa di legna* 189., quæ fieri poterant ex ordinaria amputatione, qua necesse est arborum brachia tondere, ut sospitent, & virescant. Hæc vero ligna ad usufructuarium spectare non est ambigendum.

Ex his omnibus capitibus emergit Creditum Mensæ Archiepiscopalis in scutis 10037. 46.. Huic credito contraponere studuit hæres Minucci creditum defuncti Archiepiscopi pro restauratione Ecclesiæ S. Martini, & rusticorum Ædificiorum, prò incremento bonorum Abbatiæ S. Claudii, pro ampliatione ædium, & constructione domus Colonicæ in iisdem bonis Abbatiæ. Sed hæc omnia *ex facto* reiicit Archiepiscopus in sua *Informatione*. Negat enim *in meliorationum classe referri posse sumptus, quos decessor Archiepiscopus facere necessario debuit pro bonorum conservatione, cujus generis fuit restauratio ruralis Ecclesiæ S. Martini, & rusticorum ædificiorum refectio. Idem affirmari oportebat de incremento bonorum Abbatiæ S. Claudi ex causa constructorum aggerum. Ampliata utique sunt bona illa, sed augumentum magis alluvione processit, quam ex factis sumptibus, ac præterea lignamina pro aggerum constructione erogata in iisdem bonis recisa fuerunt, & proinde satis exiguam pecuniæ vim in eam causam de suo Archiepiscopus contulit. Neque utilis idem, neque necessaria fuit ampliatio ædium in bonis S. Claudii existentium, cum ea magis ad oblectamentum, quam ad augendum bonorum valorem facta fuerit* = Ex jure vero Promotor Fiscalis proponit regulam, nempe a Prælatis, & beneficiatis repeti non posse meliorationes factas in bonis Ecclesiæ, quia non aquiruntur Prelato, cum eas ex fructibus beneficii fecerit, ut ad Text. *in Authen Qui rem Cod. de SS. Ecclesiis Garz. de Expens., & Meliorat. Cap. 12. num. 71.*

Dubium proponitur.

An, & in quia summa sit locus refectioni damnorum in casu &c.

Affirmative pro scutis 9877. 46.

Ses. 22. Cap. 6. de Reform.

FULGINATEN. AFFRANCATIONIS Causa hæc pertinet ad Folium Congregationis *diei* 25. *Junii* 1803. in quo proposito Dubio = *An*, *& quomodo probanda sit affrancatio*, EE. PP. responderunt = *Negative*, *& Episcopus curet, ut Rector agat pro devolutione primi prædii*. Sebastianus Drudi Rector Beneficii S. Mariæ de Capernaco obsequens mandatis judicio ægit contra possessorem fundi *di Capernaco*, in quo decem Starorum quantitas subjecta est annuo Canoni obolorum 68. erga Ecclesiam S. Mariæ *di Capernaco*. Missi fuerunt Periti in rem præsentem, ut quantitatem *starorum decem* canoni subjectam invenirent. Sed facta confrontatione *finium* retulerunt impossibile esse *d' identificare il detto piccolo pezzo di terra, si per esser affatto mutata la superficie, si ancora, perchè nessuno de' presenti confini combina con gl' antichi*, ut Periti testatum faciunt,

Cum igitur devolutionis judicium effectum nullum habere possit deficiente probatione identitatis, iterum Presbiter Drudi postulat, ut probetur oblata a possessore fundi *affiancatio* Canonis pro summa scutorum *centum*, quæ in investimentum collocata majorem fructum afferet, quam Canonem annum obolorum 68. Interrogatus Episcopus refert = *Ab eodem Rectore novissimæ peractæ, & expletæ sunt diligentiæ, instructo contra possessorem latifundii immissionis Judicio, missisque demum vigore Decreti Peritis pro reperitione, & separatione sepædicti fundi. At non dissimili eventu. Sicuti enim prius extrajudiciales, nunc judiciales diligentiæ effectum sortiri nequiverunt, prout patet ex relatione peritorum. Re itaque sic se habente juxta preces Rectoris Drudi rescribi posse censerem, eo vel maxime, quod Beneficio S. Mariæ di Capernaco manifestam ex hoc utilitatem parari conspicio, dum pro obolis sexaginta octo ex investimento scutorum centum usuras in scutis quinque, aut sex sibi polliceri queat*.

Videant igitur ex his EE. PP. priore hujus causæ folio reasumpto quomodo respondendum sit Dubio.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

TRI-

TRIDENTINA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS Joannes Baptista Roman ex Villa Telvi in Tridentino postremo testamento 9. Januarii 1776. scriptis nonnullis legatis jussit, = *che dopo la sua morte sia fatta una nota, o sia Inventario di tutta la medesima sua facoltà, e questa consegnata all' infrascritto suo Esecutore testamentario per sua regola, e che dopo la morte della presente sua Consorte, se esso ad essa premorisse, sia detta sua facoltà tutta, della quale non ha disposto, e legato, dal medesimo Esecutor testamentario venduta, e per l' importo della medesima celebrate, e fatte celebrare tante Messe in soffraggio dell' anima sua, e della defonta sua consorte, e della presente*. Ex inventario constat, assem hereditarium deductis legatis attingere summam *florenorum* 1800., qui respondent scutis Romanis 818. *Ses.25.Cap.9. de Reform.*

Parœcia Villæ Telvi frequens nunc est ad Capita *mille septingentum*, Parochus habet congruam in generibus, quæ pro varietate pretiorum calculari potest in scutis Romanis 450. Onus habet retinendi Cappellanum, & alium *Cooperatorem*, qui diebus festis adest remotioribus ab Ecclesia Parrochiali ruricolis. Olim Communitas stipendium dabat Præsbitero qui Missam primo diluculo celebrabat, idcirco appellatus *Primissarius*. Sed hoc Præsbytero nunc caret, quia ob publica rerum discrimina voluntarium stipendium cessavit. Quare Vicarius Capitularis nomine Populi Telvi supplicavit pro applicatione *legati Roman*, ut ex asse hereditario scutorum 818. deducerentur *scuta* 27. eroganda in celebratione 150. Missarum juxta Testatoris voluntatem, reliqua vero scuta 791. in investimentum collocentur, ut ex fructibus qui haberi poterunt *in scutis* 21. solvatur stipendium Præsbiteri *Primissarii*, qui quotannis *quinquaginta* missas celebret ad mentem Testatoris, confessiones excipiat, & Parochum coadiuvet. Hæc uti exposita sunt confirmat in sua *Informatione* Vicarius Capitularis, additque = *Rilevai, che l'Esecutor testamentario s'oppone a tal applicazione, non per altro fine, se non perchè il Testatore ha fatto un legato temporaneo, e non perpetuo, non considerando che in questo caso si tratta de meliori bono. Sembra meritare considerazione, che venendo fatta la domandata commutazione, la fondazione della Primissaria viene ad esser meschina in modo, che*

dovendo chiamare la Comunità un Prete estero a questo impiego vi dovrà aggiungervi di molto per averlo ; attesa la meschinità della rendita del Legato .

Ex jure Canonum est , ut = *ea , quæ ad certum usum largitione sunt destinata fidelium ad illum debeant non ad aliud , salva Sedis Apostolicæ authoritate converti ex Clement. quia contigit de religios. dom.* Sequitur , ut nisi subsit necessaria causa commutatio voluntatis , concedi nequeat , ut tradunt *Anastaz. de Causis piis lib. 1. Cap. 14. num. 8. Pignattel. Consult. Canon. 149. num. 5. tom. 4. , & in Nucerina Commutationis voluntatis 15. Martii 1794.* Causa vero quæ affertur est *melius bonum* Populi , ut scilicet habeat , qui albescente cælo Missam celebret , & commodum Parochi , ut ab alio coadiutore in exercitio curæ animarum auxilium consequatur. Verum observandum est , quod Missa matutina celebrari posset ab alio Cappellano , si Communitas ejus stipendium augeat . Nam licet legatum hujusmodi in hanc causam applicaretur ; attamen affirmat Vicarius Capitularis = *la Communità dovendo chiamare un Prete estero a questo impiego vi dovrà aggiungere di molto* = Si vero ob auctum populi numerum Parochus indiget alterius Coadiutoris opera , ex Tridentino *Sess. 21. Cap. 8. de Reform.* tenetur suis sumptibus pro viribus stipendium dare , ideoque cum Parochus Telvi habeat annuam congruam scutorum 450, huic impensæ supplere posse videtur .

Nihilominus si EE. PP. sententia pro commutatione voluntatis , etsi refragetur Testamentarius Executor , inclinet , modum proponit Vicarius Capitularis , quo fieri posset: scilicet , ut detrahantur *scuta* 27. ex asse hæreditario erogandi in celebrationem 150. Missarum ad mentem Testatoris ; ut ex annuis scutis 21. quæ redire poterunt ex investimento scutorum 791. solvatur stipendium Præsbiteri Primissarii , qui annuas *quinquaginta* missas celebret , & Parochum coadiuvet.

Dubium proponitur ,

An , & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis in casu &c.

Die

Die Sabbathi 24. Novembris 1804. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

FULGINATEN. AFFRANCATIONIS. *Sess.22.Cap.6 de Reform.*

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Previo recessu a Decisis probandam esse affrançationem pro scutis 100. deponendis, & erogandis in investimentum ab Episcopo approbandum cum solitis clausulis, translatis.

TRIDENTINA COMMUTATIONIS VOLUNTATIS. *Sess.25.Cap.9. de Reform.*

An, & quomodo sit consulendum Sanctissimo pro commutatione voluntatis in casu &c.

Affirmative juxta mentem, mens est erogatis scutis 27. in celebrationem 150. Missarum ad formam testamenti superextantem summam investiendam esse cum solitis clausulis ad effectum tantum erogandi fructus in celebrationem Missæ ad auroram omnibus diebus festis etiam reductis cum applicatione ad formam ejusdem Testamenti.

ROMANA BENEPLACITI. Joachim Rossi a die 1. *Januarii* 1798. conductas habebat ædes, & promptuarium a Monasterio S. Silvestri in Capite, & omnium debitor erat pensionum ad mensem Junium *anni* 1801. Idem contra erat Creditor tum pro operibus ad usum Fabri Murarii (quæ opera ejus frater Philippus Rossi Monasterio præstiterat, & nomen hoc exigendum Joachimo cesserat) tum etiam pro lignis Monialibus venditis. Dispunctæ itaque, subtractæque fuc- *Ses.25.Cap.11. de Reform.*

fuere rationes, & Joachimus factus est creditor in summa scutorum *octingentum*, quam pro lubito statim condicere, & Moniales ad solutionem compellere potuisset. Sed maluit se exorari a Monialibus, quæ cum præsenti pecunia carerent inducias ad dissolvendum debitum deprecabantur. Stipulatum hinc fuit Instrumentum *die* 2. *Octobris* 1801. inter Joachimum, & Moniales *capitulariter* congregatas, licet in actu stipulationis nullus adfuisset Monasterii deputatus.

Hæc vero præcipua in Instrumento conventa fuere scilicet: ut scuta octingentum solverentur unica solutione post quadriennium: ut = *siccome il medesimo Rossi averebbe una pronta occasione di rinvestire detto denaro alla convenzione dè frutti al* 12. *per cento, ed anno come dalla fede di due publici Sensali, che originalmente si consegna a me notaro per inserirla nel presente instromento come del tenore in essa &c. perciò le dette RR. Monache si obligano pagare loco dannorum, & interesse al detto Signor Rossi il fruttato di essa somma alla ragione del quattro per cento ed anno*: ut tandem = *siccome detto annuo frutto del quattro per ogni centinajo non corrisponde all'interesse per cui averebbe trovato a rinvestire il suo denaro, perciò per dargli un qualche compenso al danno, che soffre, le dette RR. MM. prorogano a di lui favore la locazione dell' appartamento dal medesimo presentemente abitato per un novennio, ed essendo unita al medesimo una Stalla al comodo di* 4. *Cavalli smembrano la medesima da detto appartamento valutandola scudi* 25. *annui, onde non sia tenuto pagare che la somma di scudi* 75. *annui ben inteso, che riuscendo d'estinguere il debito prima di due anni, in questo caso debba restare bensì ferma la proroga di detta locazione, ma dal giorno dell'estinzione del detto debito debba incorporarsi al sudetto appartamento la Stalla, e la piggione ritornare all'antico sistema*. Nulla in hoc contractu intervenit, nec reservata fuit venia Apostolica; sed tantum narratur in Instrumento *che questa convenzione essendo stata riferita all' Eminentissimo, e Reverendissimo Signor Card. Vicario si è degnato di approvarla*; quin tamen in Instrumento aut Decretum, aut Rescriptum ejusdem Eminentissimi Vicarii, aut tale aliquid insertum sit, unde constet auctoritate sua hunc contractum confirmatum fuisse.

Numquam tamen Moniales a data fide recesserunt; immo

mo re ipsa contractum probarunt. Nam pensiones domus a Joachimo exegerunt compensatis usuris ab ipsis debitis. Reductionem porro hujus debiti scutorum *octingentum* ad scuta 551. 72. ex compacto a Joachimo obtinuerunt post latam edictalem legem *diei* 31. *Decembris* 1802., quæ est de reducendis nominibus post *diem primam Aprilis* 1800. contractis. Et tandem cum in proxime præterito Mense Julio domum præviis solemniis vendidissent Gaspari Capparoni in Instrumento expresse caverunt, ut emptor ex pretio dimittere deberet æs alienum cum Joachimo Rossi contractum, & interea eidem fructus solvere, concessamque locationem observare. Nuper tamen cum suboluisset Joachimo nolle amplius Moniales in contractu persistere ratas se cogi non posse ad implementum deficiente Apostolico Beneplacito; ille statim preces obtulit huic S. Congregationi, ut Beneplacitum ipsum impetraret. Quibus super precibus cum exquisita esset Sententia Eminentissimi Urbis Vicarii, ipse Moniales, & Joachimum audivit. Quæ illæ *in actu capitulari* deduxerunt contra, quæ Joachim in scriptis edidit pro validitate contractus, remisit Eminentissimus una cum sua *Informatione*, in qua perpensis utrinque rationibus concludit = *Esset profecto ab æquitate saltem ac bona fide alienum mitissimas usuras scutorum quatuor invidere, multoque magis illas condicere, quæ hoc usque solutæ sunt. Cum vero individuus sit contractus, si servandus erit quoad fructus, cur non servabitur, tum quoad locationem, quæ prorogata fuit ad novennium, tum quoad pensionem, quæ a scutis centum imminuta fuit ad 75. etiam ratione stabuli, quod rediit ad locatorem. Cæterum nec video cur ea de re sollicitum adhuc sit Monasterium postquam venditis Capparonio ædibus, eidem locationes servandi onus imposuit.*

Duplex antea dirimenda est quæstio, quam statuatur num concedendum sit Apostolicum Beneplacitum, quo Moniales licet refragantes ad observandum contractum compelli debeant. Primum: Utrum Contractus inter Joachimum, & Moniales initus hujusmodi sit, ut beneplacitum requirat. Quo si egere comperiatur tum inquirendum erit: utrum subsit justa causa, quamobrem venia Apostolica concedenda sit.

Quamquam enim censura *Extravagantis Ambitiosæ* exten-

tendatur etiam ultra *alienationes*, de quibus *in littera* ejusdem Constitutionis agitur ad tradita *per Redoan. de Reb. Eccles. non alienan. rub.* 1. *can.* 47. *num.* 14. *Leuren. Jus. Can. lib.* 3. *tit.* 13. *quæst.* 142., ita ut nefas habeatur sine venia Apostolica celebrare contractus omnes, in quibus Ecclesia læsionem ferre possit, ut docet *Rota decis.* 235. *num.* 7. *part.* 17. *Recen.*: attamen si contractus fit ex causa necessaria, ut ajunt *necessitate juris*, tum valere contractum sine beneplacito tenent Canonistæ, qui sequuntur theoricam *Antonii de Burrio in Cap. Pastoralis de iis, quæ fiunt a Prælatis num.* 11., & præ cæteris *Fagnan. in Cap. Nulli num.* 27. *de reb. Eccles. non alienan. Gales. de alien. pag.* 165. *vers.* 6. *Card. de Luca disc.* 1. *num.* 120. *de alienat. Petra Comment. ad Constit. Apostol. tom.* 1. *pag.* 101. *n.* 3. Quare si Moniales S. Silvestri in contractu, de quo agitur, debitum fassæ sunt, id fecerunt *necessitate juris*, ita ut necessarium non foret beneplacitum, quemadmodum necessarium non esse *in confessione debiti* præexistentis tradunt *Gratian. Discept.* 365. *num.* 35. *Rota Decis.* 310. *num.* 16. *part.* 11. *recent. Decis.* 24. *num.* 4. *cor. Merlin.*

At contractus de quo agitur non modo confessionem debiti præsefert, sed etiam prorogationem locationis ad novennium. Compertum sane est apud omnes, quod locatio bonorum Ecclesiæ ultra triennium fieri non potest inconsulta Sede Apostolica. Id quod eruitur ex ipsa *Extravagan. Ambitiosæ* teste *Louvrex dissert. Canon.* 13. *num.* 71. *Rota decis.* 154, *num.* 3. & 4. *coram Molin.* Neque locatio hujusmodi ad novennium fieri poterat sine beneplacito, quippe agebatur de domo, quæ locari consueverat, ut tradit *Rota decis.* 628. *numer.* 3. *part.* 19. *Recen.* Non enim affertur aut una locatio solemnis ad novennium, vel aliæ non solemnes per annos saltem quadraginta observatæ, ut necesse esset ad probandum *solitum*, ut advertit *Rota decis.* 252. *num.* 10. *part.* 7 *Recen.* Quare si non constat domum hanc locari consuevisse ad novennium; profecto ex hoc videtur infectus contractus, quod nullo intercedente, vel reservato beneplacito Apostolico domus ad novennium locata sit. Quin hæc macula abstergi posse videatur ex approbatione contractus, quæ ab Eminentissimo Vicario facta narratur in Instrumento. Etenim aliunde, quam ex Instrumenti enunciativa

non constat Eminentissimum revera contractum approbasse, nec certe ipse facultatibus ordinariis pollebat, ut contractum hujusmodi probaret; Delegatæ enim facultates cessasse videntur postquam in Mense Octobris 1801. jam restituta erat vetus disciplina, & S. Congregationes, & præcipue hæc nostra, quæ ad hujusmodi contractus investigandos proposita est, jam suas vices præstabat.

Quod si EE. PP. putent in hoc contractu necessarium fuisse Beneplacitum, tum præterea inquirendum erit num justa subsit causa, quamobrem nunc concedendum sit, & Moniales cogi possint vel invitæ ad implementum contractus. Ipsæ enim in actu capitulari, quid sentirent rogatæ, aperte professæ sunt nolle se in contractu persistere. Idcirco enim ad contrahendum se impulsas fuisse ajunt, quia falso eis insinuatum est contractum hujusmodi geri legitimis omnibus adimpletis, at cum beneplacitum numquam obtentum fuerit ipsis integrum nunc sit se pœnitere, & a contractu recedere ceu tradunt *Card. de Luca de alienat. disc. 1. num. 56. Petra ad Constit. PauliII. sect. 4. num. 5. & sect. 5. num. 37. tom. 5.*

Deinde contendunt damnosam sibi non utilem fuisse hanc conventionem. Non attingere debitum Monasterii summam scutorum 551. 70. pecuniæ reductæ ut Joachimus affirmat, sed scuta 427. 64. ut earum Ratiocinator accuratiori calculo demonstrare satagit; usuras convenisse ex eo quod ipsæ putarunt nunciata fuisse *requisita castrensia*, quibus deficientibus illicita reditur ex credito pecuniario usurarum conventio; prorogationem tandem locationis ad novennium, & dismembrationem stabuli damnum attulisse Monasterio, quod stabulum inlocatum diu tenuit. Ex his suum dissensum Moniales probare student.

Contra Joachimus obtestatur vos EE. PP., ne sibi bona fides fraudi sit. Affert enim testem Notarium stipulantem Josephum Cecconi, qui affirmat Joachimum fuisse sollicitum de Beneplacito Apostolico; sed a *gli venne risposto dal fù Abbate Gio: Francesco Bobbio Curiale in allora di detto Monistero, che l'Eminentissimo Vicario Ordinario di Roma, e che in quel tempo supliva le veci delle S. Congregazioni non del tutto riorganizzate aveva con la viva sua voce compartite alle Monache tutte le opportune facoltà di poter stipolare il su-*

detto contratto nel modo, e forma, che leggesi . Nè contento di ciò volle interpellarne il Deputato di detto Monastero, da cui le venne interamente confermato quanto dal Bobbio era stato predetto . Deinde ostendere conatur Joachimus utilem contractum fuisse Monasterio. Nam ipse cum Creditor esset scutorum *octingentum* poterat urgere Moniales ad solutionem . Quibus cum deficeret pecunia, nihil aliud erat reliquum, nisi bona deteriori tempore vendere . aut nummos conducere gravissimo fænore, quo tum forum utebatur . Utile hinc fuisse dicit Monasterio si inducias mitissimis usuris impetravit, cum opportunioribus conditionibus possent debitum dissolvere .

Negat porro se Moniales decepisse falsis in Instrumento expositis . Nam summa debita scutorum octingentum in pecunia ænea calculata fuit cum ipso Ratiocinatore Monasterii, nec novus calculus ab ipso exhibitus quidquam momenti afferre potest, cum idcirco diminuatur debitum Monasterii quia in eo recensentur solutiones fructuum post stipulationem Instrumenti decursorum . Nullo modo vero in Istrumento expressum fuit, quod interpellata erant *requisita castrensia*, sed duntaxat narratum, quod nisi Moniales convenissent usuras *in caso diverso il Signor Gioacchino averebbe interpellato i requisiti di Paolo di Castro, giacchè non voleva più tenere il suo denaro ozioso* . Procul autem ab illicito fænore abesse contendit conventionē usurarum loco damnorum & ejus quod interest; maxime cum per attestationem Proxenetarum in ipso Instrumento probata fuit prompta investiendi occàsio, & quidem longe gravissimis usuris, quam scutorum quatuor in singula centum . Quo casu *requisita castrensia* in ipso contractu approbata & per conventionem acceptata videntur .Reque vera *S. M. Benedictus XIV, de Synodo Diocesan. lib.* 10. *cap.* 5. quo loci Cambia obliqua exagitat, subdit §. 10. = Non enim vero negamus posse mutuantem, qui solet pecuniam suam negociatione augere, aliquid percipere a mutuatario titulo ejus *quod interest* hoc est lucri cessantis, & damni emergentis; Sed cum hic legitimus titulus adest aliquid ultra mutuatam sortem exigendi, is erit ingenue adducendus, neque recurrendum ad prædicti cambii obliqui anfractus .

Nullum vero detrimentum Monasterio attulisse dicit pro-

prorogatio locationis, vel dismembratio stabuli. Non idcirco enim diminuta fuit pensio, cum Moniales stabulum locare possent. Sed apposite ad rem observat Emus Urbis Vicarius in sua Informatione = *Cæterum non video cur ea de re adhuc sollicitum sit Monasterium, postquam venditis Capparonio ædibus, eidem locationis servandi onus imposuit.*

Dignentur EE. PP. dirimere Dubium.

An substineatur contractus ita ut sit concedendum Beneplacitum Apostolicum in casu &c.

In casu de quo agitur concedendum esse Beneplacitum Apostolicum.

ROMANA DOTIUM. Legavit Bartholomeus Lupardi Archiconfraternitati Sac. Stigmatum Urbis loca tria & quinquaginta Montium, simulque domum in Urbe positam, ut ex fructibus distribuerentur quotannis *doti sei di scudi 50. l'una da darsi a sei povere Zitelle Romane timorate, e di buoni costumi, le quali vogliano monacarsi dentro le sessanta miglia attorno a Roma comprendendovi ancora Assisi, Foligno, e suo Territorio, dichiarando che le dette Zitelle non possano essere ammesse a questi sussidi, se non hanno l' accettazione di quel Monastero ove hanno da monacarsi*. Rogavit præterea Archiconfraternitatis Sodales, quibus dedit puellarum delectum = *che nella nomina ed elezione delle Zitelle vogliano compiacersi d'avere sempre riguardo a preferire l'altre figlie, e discendenti della Signora Olimpia Lupardi Morgeri mia Moglie, purchè nel resto si osservino l' altre condizioni prescritte nelle Zitelle estranee, non escludendo da questa prelazione le figlie della Sig. Violante Brondi ex Sorore.* *Ses. 22. cap. 6. de Reform.*

Nihilominus longæva observantia factum est, ut omnes Testatoris consanguineæ, etiam quæ non erant contemplatæ, subsidia dotalia consequerentur, non modo pro spiritualibus, sed etiam pro secularibus nuptiis ineundis. Ab anno 1726. quatuor quæ tum erant Sorores Lupardi scuta *quingentum* in causam subsidiorum dotalium ex fructibus hujus legati a *Benedicto XIII.*

singulæ exoraruut sive in Domino, sive in Seculo nuberent. Hoc decessoris sui exemplo motus *Benedictus XIV.* scuta *tercentum* eodem nomine concessit Mariæ Clementinæ Giorgi, quæ monastica claustra sequta est. Itidem *Clementis XIII.* indulto impetrarunt pro dote spirituali Angela Bellandi scuta *sexcentum* anno 1760., Maria Livia Mattei scuta *septingentum quinquaginta anno* 1768., *& Maria Laura atque Maria Magdalena Bozzolaschi* unaquæque scutorum *quingentorum* dotem obtinuerunt sive Deo se voverent, sive nuptias inirent. Anno tandem 1774. *Barbara, aliæque Sorores Calzamiglia* tria pro qualibet subsidia dotalia consequutæ sunt, eaque in causam matrimonii temporalis.

Sed rem præsentem cominus attingit exemplum Mariæ Barbaræ & Mariæ Metildis quæ geminæ ortum habuerunt a Salvatore Paparozzi. Utraque, utpote descendens a Cyntia Lupardi Testatoris Sorore, eidem juncta erat quarto consanguinitatis gradu. Preces dederunt huic Sac. Congregationi, quæ eorum paupertatem miserta est. Nam in Congregatione diei 31. *Maii* 1794. proposito Dubio = *An & in qua summa sint concedenda subsidia dotalia Mariæ Barbaræ, & Mariæ Metildi Paparozzi* = Rescriptum est = *Affirmative juxta votum Emi Protectoris*, qui censuit singulis scuta tercentum esse assignanda. Idem subsidium nunc postulant Rosa, & Cammilla Paparozzi, puellæ hæc annorum tresdecim, illa septemdecim, quæ ex altero Fratre Petro Paparozzi æque sunt Testatoris consanguineæ, & paupertate, teste Parocho, æque laborant. Emus Protector Archiconfraternitatis de sua Sententia rogatus audivit Sodales, quorum remisit votum, quod probat, & sequitur.

Fatentur Confratres omnia prodesse Sororibus Paparozzi, ut subsidia consequantur. Sed cum inter præterlta rerum discrimina perierit depositum pro hujusmodi subsidiis destinatum & cessaverint fructus Loeorum Montium, quæ legata fuere; idcirco dotes præstari tantum possunt ex pensionibus domus, unde redeunt quotannis scuta 159. Verum detractis expensis libera supersunt quotannis scuta 112. quæ in duplici subsidio dotali scutorum *quinquaginta* erogantur & residuum deponitur, donec perveniat ed summam scutorum *quinquaginta*, ut tertium subsidium ideu-

tidem

tidem dari possit. Quo factum est, ut Confratres aSSmo impetrarunt suspensionem dotationis quoad solverentur subsidia jam assignata, quæ ad scuta *nongentum* pertingunt. *Stante*, concludunt, *tale sospensione, quante volte il S. Padre, o la Sag. Congregazione sia per aderire alle suppliche delle ricorrenti, tal grazia dovrà esser riservata al tempo della riassunzione delle collazioni. Ed essendo altresi rimasta la sola rendita della casa, e questa corrispondente a due sole doti sembra pertanto, che l'implorato assegnamento si abbia da restringere proporzionatamente confrontata la rendita dal tempo della grazia ottenuta dalle prime ricorrenti coll'altra dell' attuale critica circostanza in cui le seconde l'implorano, trovandosi appena sufficiente la rendita alla coll azione di due sussidj.*

Quominus Oratrices subsidia consequantur impedimento esse videtur voluntas Fundatoris. Non modo enim subsidia distribuenda esse jussit iis, qui monasticum institutum profiterentur; sed etiam certum designavit genus puellarum ex Olimpia Lupardi Mangeri, & Violantis Brondi descendentium, quibus præ aliis dotes conferendas voluit. Quare exclusæ videri possunt Oratrices, cum inclusio unius generis aliud quodlibet excludat *ex Text. in cap.* 4. *de decim. Fagnan. in Lib.* 1. *Decretal. Cap. Ex parte num.* 13. *de Arbitr.* Contra vero favet Oratricibus longæva observantia, qua derogata videtur lex a Fundatore jussa, ut subsidia darentur puellis quæ *vogliono monacarsi*, quæque *abbiano l'accettazione di quel monastero ove hanno da monacarsi*. Plurima enim exempla superius allata probant dotes fuisse indiscriminatim concessas etiam in causam nuptiarum secularium. Quamquam vero Oratrices non sint ex genere contemplato, nec etiam sunt conceptis verbis exclusæ, immo generatim contemplatæ sub genere *delle povere Zitelle Romane timorate, e di buoni costumi*. Quo fit: ut inclusio unius non secumferat alterius generis exclusionem, sed genus contemplatum habet tantum prælationem, si ex hoc personæ cum aliis non contemplatis concurrant. Sed deficientibus de hoc genere, non idcirco cæteræ puellæ exclusæ videntur, ut tradit Rota *in Prænestina Immissionis* 14. *Maii* 1784. §. 7. *cor. Eño de Bayane*. Quod si nulla persona ex genere designato nunc adest, si Oratrices sunt Testatori consanguineæ, & pauper-

tate

tate laborant certe quidem dignæ videntur, quibus aliquo subsidio EE. VV. opitulentur. Alias enim hisce concurrentibus indulgens fuit Sacra hæc Congregatis *in Romana Dotium* 24. *Septembris* 1718. *in Senogallien. Dotium* 11. *Junii* 1774. *in Romana subsidiorum dotalium* 17. *Augusti* 1793., & in iisdem terminis aliarum Puellarum Paparozzi *in Romana Dotium* 31. *Maii* 1794.

Quando quidem hæc ab EE. PP. clementiam exorentur deliberandum sequitur de *quantitate* subsidiorum dotalium, & de *modo* quo subministranda sint. Allegata exempla præseferunt data fuisse subsidia non majora *scutorum* 750., nec minora *scutorum* 150.. Attamen in utramque partem duo præ oculis habenda sunt. Primum quod diminuti nunc sunt ultra medietatem fructus rei legatæ. Deinde quod majus nunc, quam antea subsidium requiritur, ut puellæ pro temporum conditione nuptias ineant. Aliæ sorores Paparozzi singulæ scuta *tercentum* consequtę sunt. Ad *modum*, quod attinet, cum suspensa sit annualis dotatio, ut subsidia jam assignata præstari possint expectandum esse videtur tempus, quo hæc suspensio cesset. Neque enim id Oratricibus præjudicium affert cum adhuc sint in prima ætate altera annorum tresdecim, & altera septemdecim, & ita factum sit *in Nullius Terræ Pontiani Subsidiorum dotalium* 26. *Novembris* 1803. in qua concessa fuere subsidia dotalia, postquam jam assignata soluta essent.

Dubium proponitur.

An, & in qua summa, & quomodo sint concedenda subsidia dotalia Rosæ, & Camillæ Paparozzi in casu &c.

Affirmative in scutis 150. pro unaquaque solvendis post solutas dotes jam promissas sine præjudicio directe vocatarum si quæ interim supervenerint.

Ses. 21. cap. 4. de Reform.

TUDERTINA DISMEMBRATIONIS. Uni Parocho subsunt, unaque parrochiali Ecclesia complectuntur habitatores *Castri S. Faustini*, & Castri *Turris Laurenzettæ*, quorum alterum ab altero distat ultra unum lapidem per iter hyemali tempore præruptum, & impervium. Parochialis Ecclesia, & Parochus manet

net in Castro S. Faustini quo fit, ut Parrochiani *Turris Laurenzettæ* raro, aut fere numquam ad Parochialem accedant, & Parochus ob loci distantiam, callisque asperitatem præsto eis esse nequeat. Ne vero terrigenæ *Turris Laurenzettæ* careant spiritualibus subsidiis, concedunt in conterminam Paræciam Castri *Collis Petracei* (quod pagum non hinc procul distat quarta milliari parte) ibique Sacris intersunt, verbum Dei audiunt, & in extremo discrimine Parochum *Collis Petracei* advocant. Hinc Parochus iste ex Decretis S. Visitationis retinet a Parrocho S. Faustini traditam clavem Olei Sancti, quod in Ecclesia *Castri Laurenzettæ* asservatur, necessaria suppeditat pro Sacramentorum administratione, funera ad propriam ecclesiam, propriaque elata cruce ducit, & quamdam funeris portionem percipit. Ex hoc veluti vinculo quodam, & conjunctione evenit, ut Incolæ *Turris Laurenzettæ* habuerunt pro sua Paræciam *Collis Petracei*, & legata sępe sępius in eadem adimplenda reliquerunt inter quæ præcipuum illud est, ut Cappellanus *Castri Petracei* geminam missam festivam per singulos menses in Ecclesia *Turris Laurenzettæ* celebraret.

Quamquam vero Parochus Castri *Collis Petracei* impiger semper ex charitatis officio incolis illis opitulatus sit; attamen, cum jurisdictione careat, & suis ovibus præcipuo munere adesse teneatur, majora mala evellere non potest, & aliquando fit, ut pueri instructione, infirmi Sacramentis, morientes auxiliis spiritualibus careant. Ut his incomodis subvenirent Oppidani *Turris Laurenzettæ* nacti occasionem, qua Ecclesia Parochialis per obitum postremi Rectoris Octavi Bacci vacans est, postulant, ut a Paræcia S. Faustini dismembrentur, & uniantur Parœciæ Castri *Collis Petracei*. Pro rei gravitate Episcopus Tudertinus sedulam remisit *Informationem*, cujus summam excerpam. Principio confirmat ea, quæ superius exposita sunt, sed auditum Œconomum Ecclesiæ Parochialis aperte repugnare narrat. Negat enim Oppidanos *Turris Laurenzettæ* dismembrationem una consensione postulare, sed tantum paucos, quorum mala est mens, malus animus: nullo fundamento hanc postulationem niti: & damnosam esse ipsi Parocho dismembrationem si ei

nunç

nunc diminuantur reditus, dum aucta sunt vectigalia. Verum hæc reprehendit Episcopus affirmans sæpe alias, & apud suos antecessores, & apud se instetisse Oppidanos, ut a Paræcia S. Faustini dismembrationem obtinerent, sed modo etiam prope singuli orant, obtestanturque sibi spiritualem opem, dum Parœcia Rectore caret. Reditus vero parochiales ad scuta biscentum pertingere poterunt minime comprehensis incertis, si fundorum cultum Parochi curent. Grave vero esset Parocho *S. Faustini* Cappellanum curatum in Castro *Turris Laurenzettæ* retinere, ut olim factum est, sed postea ipsis assentientibus Episcopis Parochus fuit ab hoc onere sublevatus ex eo, quod habitatores Castri *Turris Laurenzettæ* auxilia ad rem spiritualem mutuari poterant a Parrocho *Collis Petracei*.

Hisce ita se habentibus concludit opportunius futurum, & incolis, & Parocho, si dismembranda portio uniatur Paræciæ Castri *Collis Petracei*, cujus Parocho pro aucto labore compensatio aliqua ex reditibus Pareciæ S. Faustini tribuatur. *Hanc vero* (prosequitur) *congram compensationem favore Parochi Castri Collis Petracei assignandam arbitror esse posse annuam scutorum viginti ipso consentiente Parocho, qua certe summa, nec alia triplo, vel quadruplo saltem major satis esset, si Cappellanum assumere cogeretur. Pro hujusmodi vero summa annuum similem canonem assignari eidem posset, quem Rector S. Faustini percipit ex quadam terrarum Emphiteusi, quam Familia Corsini ab ipsa Paræcia usque ab anna 1633. retinet, quæ quidem Emphitheusis ad tertiam usque generationem tantum contracta, cum jam pridem cessasse, & ad Ecclesiam devoluta putanda sit, per Parochum S. Faustini actio promoveatur, id quod decessores Parochi neglexerant, dubium non est, quin Præbendæ reditus augeantur, & nullum ex prædictæ congruæ præstatione idem Parochus incomodum sentiat, nisi forte etiam aliquam bonorum, seu terrarum portionem pro dicta congrua tradere, quæ eidem emolumento æquivaleat opportunius credatur, idque eo vel magis, quod nonnulla terrarum petia tenuissimi quidem reditus, & dictæ congruæ prorsus insufficientia ad Parochialem Præbendam Castri S. Faustini pertinentia*

tiatin tenimento, & aliis bonis annexa alterius Parochi Castri Collis Petracei existunt, quæ quidem recipere huic Parocho commodum, & perutile, alteri vero minus esset damnosum, si cederet.

Tridentinum *Sess.* 21. *Cap.* 4. *de Reform.* has dismembrationes probat, quatenus *ob locorum distantiam, sive difficultatem Parochiani sine magno incomodo ad percipienda Sacramenta, & divina officia audienda accedere non possunt.* In re autem nostra non tanta est distantia hujusmodi, cum vix unum excedat lapidem, & ad dismembrationem faciendam necessarium esset, ut saltem regio dismembranda distet per duplex milliare ab Ecclesia Parochiali, ut tenent *Fagnan. in Cap. Ad Audientiam de Eccles. edifican. num.*34. *Pirhing in Jus Canon. cap.*16. *num.*31. Incomodum quidem est iter, sed hyberno tantum tempore, cum cæteroquin possint accedere ad Ecclesiam, & eo ipso tempore, quo ad Parochialem contendere non possunt, facilem habent accessum ad conterminam Parœciam Castri *Collis Petracei*, ubi rem divinam faciunt. Quod adeo verum est, ut Parochus *S. Faustini* exemptus fuit ab onere retinendi Cappellanum in Castro *Turris Laurenzettæ*, quia habitatoribus illis pro re nata præsto erat Parochus *Collis Petracei*. Quare remotum esse videtur *magnum* illud *incomodum* Parochianorum, quod una cum *locorum distantia, & difficultate* Tridentinum requirit, & simul, ut concurrant necesse statuunt *Fagnan. loc. citat. num.*8. *Pignattell. Consult.* 230. *num.*5. *tom.*4. *Reclusio de Re Parrochial. part.*1. *tit.*12. *num.*87., & *Sac. Congregatio in Asculana Dismembrationis* 11. *Aprilis* 1739. *ad I. Dubium*. Vel saltem incomodo Parochianorum, si quod est, poterit occurri per deputationem Cappellani Curati, ne dismembratio fiat, quæ in subsidium est adhibenda, si aliter incolarum incomodo occurri nequeat, ut semper facere consuevit Sac. Congregatio, & præcipue *in Asculana Erectionis Parœciæ* 26. *Novembris* 1796. Hæc obesse videntur petitæ dismembrationi maxime obstante Œconomo S. Faustini, qui nunc jura parrochialia tuetur, semperque Rectoris dissensus plurimi fecit Sacer hic Ordo, ut videre est in *Anconitana Dismembrationis* 30. *Aprilis* 1803.

Nihilominus observandum est, quod licet sæviente tantum hyeme iter impervium sit; attamen hoc etiam tempore deessent Incolis *Turris Laurenzettæ* spiritualia subsidia, nisi Parochus *Collis Petracei* eisdem opem ferret. Sed ab hoc caritatis officio pro arbitrio potest cessare, & quamtumvis in eo præstet, caret jurisdictione, ut nequeat cæteris pro imperio succurrere. Quo fit ut ipse aliquando curis suæ Paræciæ distentus presto esse non possit habitatoribus. Hinc pueri instructione carent, infirmi aliquando sacramentis destituuntur, oves omnes fere non agnoscunt pastorem suum. Hisce concurrentibus videant EE. PP. utrum expediat dismembrationem facere, licet tanta non sit distantia, quanta in re hujusmodi requiritur. Dissensus quidem Rectoris plurimum sibi vindicat, si justa causa nitatur. Alioquin ipse Tridentinum permittit dismembrationes *invitis rectoribus Sess.* 21. *cap.* 4. *de reform.*, S. Congr. in *Anconitana Dismembrationis* 30. *Aprilis* 1803. Hisce malis quidem mederetur per deputationem Cappellani Curati. Sed hoc Episcopus fieri posse negat. Nam reditus parochiales ferre non possent stipendium Cappellani Curati, quod pro temporum conditione saltem in annuis scutis *sexaginta* esset solvendum.

Hinc melius esse putat Episcopus tum Parocho S. Faustini, tum habitatoribus *Turris Laurenzettæ*, si portio hæc dismembretur, & uniatur Paræciæ Castri *Collis Petracei*. Jam enim re ipsa incolæ illæ habent cum hac Paræcia quamdam conjunctionem, & in ea Sacramenta accipiunt, & tumulantur. Putat vero Episcopus (quod pertinet ad *modum* faciendæ dismembrationis, & unionis) quod pro novo onere assignanda sint Parocho *Collis Petracei* annua scuta *viginti*, quæ in hanc causam ultro accipit Parochus iste, quæque haud multo gravare possunt Parochum *S. Faustini*, certe quidem multo minus, quam si in regione *Turris Laurenzettæ* alere Cappellanum teneretur. Porro pro hac summa assignandum proponit, vel canonem ejusdem summæ Pareciæ *S. Faustini* debitum a Gente Corsinia pro fundis in Emphitheusim retentis, vel ex bonis Pareciæ S. Faustini divelli poterunt nonnulla prædiola quæ possidet in agro *Turris Laurenzettæ*, & contigua con-

continentiaque sunt aliis Prędiis, quæ pertinent ad Pareciam Castri *Collis Petracei*.

Ex his dubium sequitur.

An, & quomodo sit locus dismembrationi, & respective unioni in casu &c.

Affirmative assignatis annuis scutis 20. in fundis Pareciæ S. Faustini arbitrio, & Episcopi.

TUDERTINA SUSPENSIONIS PROVISIONIS PARÆCIÆ. Causa hæc multum cum præcedenti connexa est, adeoque hic subjungendam censui. Nam vacata per obitum Rectoris Octavii Bacci Parœcia S. Faustini præter instantiam illius partis Parochianorum, qui habitant in Castro *Turris Laurenzettæ*, quique dismembrationem postulabant, de qua actum est in præcedenti causa, accesserunt etiam preces incolarum Castri S. Faustini, qui deprecantur, ut suspendatur provisio Parœciæ quoad ex reditibus Ecclesia, & ædes Parochiales reficiantur. De qua quidem re interrogatus Episcopus Tudertinus multa habet in sua Informatione, quæ ad cognitionem hujus causæ conducunt. Hæc vero hujusmodi sunt. *Sess. 21. cap. 7. de Reform.*

Parochum habere affirmat onus manutentionis Ecclesiæ, & ædium Parochialium: eidem esse sufficientes reditus, cum in Litteris Apostolicis, quas defunctus Rector Bacci de hac Parœcia provisus est, expressum sit reditus ejusdem beneficii consistere in Ducatis *centum* aureis, quæ respondent scutis 175.: ipsum vero Parochum locatis Pareciæ fundis percepisse annua scuta biscentum in ultimo triennio, id quod licet vilescenti pecuniæ *erosæ* tribuendum sit; attamen certum est quod reditus augeri possunt: Ecclesiam vero restaurationibus indigere, quia effracta concidit tecti trabs, ita ut Ecclesiasticæ functiones transferre oportuit in aliam Ecclesiam *S. Mariæ de Succursu*: hæc vero accidisse secordia ipsius defuncti Parochi Bacci, qui licet monitus in postrema S. Visitatione numquam tamen re-

restaurationes necessari[illegible] præstitit, sed ita lapsus est facultatibus, ut nil ab [illegible]hæredibus in hanc causam consequi possit.

Hisce præmissis fatetur Episcopus, quod ex Parrochialibus reditibus restaurari debeat Ecclesia, cum alia prorsus deficiant media. Sed ad examen revocat *modum*, quo restaurationes hujusmodi perfici possint. Ex Peritorum relatione omnino necessariam ducit impensam sc. *tercentum*. Repugnat vero, ut hæc summa colligatur ex soli extantibus reditibus, qui suspensa provisione Parœciæ haberi possent. Nam periculosum esset tum curæ animarum, tum administrationi bonorum si precarius Œconomus (quam difficile esset idoneum reperire) præficiatur. Potius opportunius videretur si novo Parocho convenientis pensio imponatur, vel census super reditibus Parœciæ ratatim extinguendus. At observat, quod ægre hisce temporibus, & in illis regionibus pecunia ad censum inveniatur, & veretur, ne impositio pensionis, diuque duratura deterreat idoneos viros, quominus ad Parœciam obtinendam concurrant.

Hinc proponit *modum*; quem aptiorem ipse putat = *Extat*, inquit, *menibus fere adhærens altera Ecclesia S. Mariæ deSuccursu, in qua nunc ob expositum Parrochialis statum divina celebrantur majori quidem Populi, & Parochi comoditate, ac reverentia, quam in ipsa Parrochiali Ecclesia. Ea siquidem optimo loco posita, licet parrochiali paullo angustior, Populo tamen excipiendo plusquam satis ingens, eidemque simul, & Parocho commodissima, & decenti statu Sacris functionibus est aptissima pro quibus nil aliud opus est, quam ut Turris in adiacentibus fere mœnibus Castri existens sustinendis tintinabulis aptetur, idque non majori impensa, quam scutorum viginti quinque ex Periti judicio fieri potest. Nisi forte tribus, quibus instructa est altaribus addi duo alia velint, quod comode, & modica impensa fieri potest, necessarium vero non censeo. Parrochialis contra ab ipso Castro plusquam quatuor centum passibus dissita humiditati est obnoxia hyemali presertim tempore. Castri incolis admodum incomoda, & nunquam nisi gravissima impensa ob parietum vetu-*

sta-

statem ad eum quem necesse esset firmitatis, ac decoris statum rediguda. Jam vero si in Ecclesiam hanc non Paraciæ titulus, sed ejus exercitium transferatur, quin etiam ipsa Parrochialis Ecclesia deseratur non gravi opus erit impensa, ut Parrochialis resarciatur. Sat enim tunc est, ut trabe, quæ jam collapsa est, renovata, tectum ea in parte reficiatur, eadem vero Ecclesia olim functioni Sacræ peragendæ, ac Missæ aliquoties infra annum æstivo presertim tempore celebrandæ, & præsertim defunctorum fidelium corporibus tumulandis inserviat. Cætera, quæ divinum cultum pertinent, & munera Parrochialia in altera comodiori peragantur. Si id fiat integra tunc impensa renovandis trabibus, & tecto reficienda necessaria in summa scutorum 102. tantum per Peritum computatur. Quin immo cum trabes ipsæ renovandæ ex ipsius Præbendæ Sylvis nullo ejus damno haberi possunt, hinc juxta Periti relationem pro summa scutorum 34. minor fiet impensa, ita ut summa scutorum centum, & veteri Parrochiali Ecclesiæ restaurandæ, & alteri Ecclesiæ ad Pareciæ usum redigendæ satis esse censentur. Summam vero ad ea conficienda necessariam in prædicta quantitate ad apportunitatem impendendi onus conductor aliquis non reuuet, si præbendæ bona, vel eorum pars locari ad breve etiam tempus censeatur,

Cum certum sit quod Parrochialis Ecclesia restaurationibus ægeat; tum quoque compertum est ex Tridentino *Sess.* 21. *Cap.* 7. *de Reform.* quod restauranda sit ex *fructibus, & proventibus quibuscumque ad easdem Ecclesias quomodocumque pertinentibus*. Et quamquam secordia prædefuncti Parochi factum sit, ut Ecclesia nunc fatiscat; attamen defuncto nunc Parocho prorsus oberato omnino necesse videtur Ecclesiam refici ex præsenti Paræciæ reditu. Statuendum itaque est ab EE. VV. quomodo huic impensæ faciendum sit satis. Parochiani *S. Faustini* postulant ut suspensa provisione Paræciæ deputetur Œconomus, ut superextantes reditus erogentur in necessarias restaurationes. Quod quidem deficientibus aliis mediis factum aliquando fuit a S. Congregatione, & præcipue *in Sabinen Restaurationis Ecclesiæ* 26. *Maij* 1771. Sed Episcopus huic suspensioni adversatur. Timet enim ne quid

quid detrimenti capiat animarum cura, & bonorum administratio, si Œconomus deputetur. Difficilem rem dicit idoneum invenire, qui naviter operam impendat, cum non sit verus Parochus.

Duo alia media ad reparandam Ecclesiam Episcopus proponit. Scilicet ut congrua pensione gravetur Parochus, vel census imponatur bonis ratatim extinguendus una cum annuis fructibus ex reditibus paræciæ quemadmodum alias factum fuit *in Foroliven.* 13. *Junii* 1788., & *in Senogaglien. Fabricæ Ecclesiæ* 20. *Februarii* 1796. Sive tamen pensio, sive census constituatur hoc quidem deterrere poterit idoneos viros, ne Paræciam onere gravatam consequi velint. Opportunius itaque putat Episcopus parvo sumptu scutorum 25. aptare alteram Ecclesiam *S. Mariæ de Succursu*, & in ea transferre exercitium functionum Parrochialium. Ea enim loci opportunitate, decore, amplitudine idonea est, ut in ea Populus ad Sacra facienda conveniat. Hoc si fiat, tum minor restauratio necessaria erit pro Ecclesia parrocchiali, ita ut in utramque reparationem non plus impendatur, quam *scuta centum* si trabes ex nemoribus Pareciæ evellantur, ut latius cognosci poterit ex superius transcripta *Informatione.*

Muneris tamen mei est ut EE. FV. observandum proponam, quod fere deserta maneret Ecclesia Parrocchialis, & licet verbo tenus transferri velit exercitium functionum, re vera tamen ipsa Paræcia transfertur cum Ecclesia Parochialis relinquatur tantum pro tumulatione cadaverum. Tridentinum vero citata *Sess.* 21. *cap.* 7. *de Reform.* graviter monet, ut fatiscentes Parochiales serventur incolumes quoad fieri potest. Quod si reparanda esset Parochialis, ut sacris functionibus inserviat, tum quidem superflua videtur expensa pro aptanda altera Ecclesia *S. Mariæ de Succursu.* Videant igitur EE. VV. utrum magis expediat pensionem Parocho imponere. Expensa pro reparatione Ecclesiæ necessaria calculatur in scutis *tercentum*. Reditus Pareciæ attingere possunt annua scuta *biscentum* teste ipse Episcopo, vel ad minus annua scuta 175. Si pensio demetur scutorum *quinquaginta*, & immo etiam alia scuta *viginti* quatenus assignanda sint Parocho *Collis Petracei*, pro dismembratione in precedenti causa

pro-

petita, semper pro Rectore salva remanerent scuta *centum*.

Hæc, aliaque deducta, in præcedenti causa præ oculis habeant EE. PP. ut deliberare possint.

An sit locus suspensioni provisionis Pareciæ, seu potius, & quomodo sit providendum in casu &c.

Esse locum suspensioni ad triennium deputato idoneo Œconomo, & Episcopus incumbat restaurationibus ex superextantibus reditibus.

ROMANA REDUCTIONIS. *Die* 29. *Maii anni* 1800. numerato in pecunia ænea pretio scutorum 1700. emit Franciscus Devorsan annuum censum scutorum 85. a Monialibus S. Sylvestri in Capite, eisque postea testamento legavit annua *scuta* 45. ex fructibus illius census, ut ipsæ sacri quotidiani celebrationem in propria Ecclesia præstarent. Eum tamen pœnituit legatum illud reliquisse, quod propterea delevit posterioribus codicillis, in quibus Cappellaniam perpetuam erigendam jussit in Ecclesia, quæ in Pincio nuncupata est Divo Josepho, vulgo ut ajunt *a Capo le Case*. Præstat ex codicillis verba exscribere, quibus hoc posterius legatum conceptum est = *Prego l'infrascritto mio esecutor testamentario, che sull' annua rendita, e fruttato dell'enunciato censo di scudi* 85., *e sul capitale del medesimo ne' fondi nella Ven. Chiesa del Monastero di S. Giuseppe a Capo le Case di Roma una Cappellania mera laicale, o sia legato pio perpetuo colla celebrazione di una Messa quotidiana in ragione di bajocchi* 16. *l'una, che fanno la somma di annui scudi* 60. Primum vero Cappellanum nominavit Augustinum filium Petri Simonetti, cui, ejusque filiis, & descendentibus jus patronatus reliquit. *Sess.* 22. *cap.* 6. *de Reform.*

Lato Francisco testatore Madgalena ejus vidua, & ex testamento hæres (nam unicum filium Joseph in legitima tantum instituit) Cappellaniam, prout defunctus vir jusserat, erexit & in fundum assignavit partem census in summa scutorum 1200., unde redeunt annuæ usu-

usuræ quinquunces, quæ summam scutorum *sexaginta* constituunt a Testatore pro elemosina Missæ quotidianæ assignatam. Ipsa vero Magdalena hæres postea occubuit, scriptisque tabulis filium hæredem fecit, & de residua Census parte in pias causas disposuit. Hinc Augustinus Simonetti Cappellanus postulavit reductionem Missarum eam interserens causam, quod ageretur de Cappellania perpetua, nec elemosina obolorum 16. $\frac{3}{5}$ a Testatore designata responderet *ad taxam perpetuæ*, quæ nunc in obolis 20. constituta est. Voti compos factus est per Rescriptum hujus Sac. Congregationis diei 17. Julii 1802. = *Pro gratia reductionis arbitrio Emi Urbis Vicarii ad taxam perpetuæ comprehensis utensilibus Monasterii Sacrario solvendis prout eidem Emo visum fuerit, & ponatur in tabella*. Quare Emus Urbis Vicarius Missam quotidianam ad annua sacra 270. reduxit, quæ requirunt quotannis scuta 54., & reliqua scuta *sex* pro utensilibus destinavit.

Post hæc non ita multo lata lex est edictalis diei 31. Decembris 1802. de reducendis nominibus in pecunia ænea contractis post diem primam Aprilis 1800. Quare census nomen a Monasterio S. Sylvestri in Capite a defuncto Francisco Devorsan acquisitum die 29. *Maii* 1800. reductioni obnoxium fuit, atque idcirco sors census, quæ primitus stetit in scutis 1700. redacta est ad scuta 1360., itaut fructus annui scutorum 85. decrescerent ad scuta 68. Cum vero, ut jam antea dictum est, pro fundo Cappellaniæ assignata fuisset pars sortis census in scutis 1200., factum est, ut ex reductione abjecta sit ad scuta 900., itaut fructus ex ea in annuis scutis 48. redeuntes idonei non sint ad annuas Missas 270., quæ celebrandæ sunt ex Decreto Emi Vicarii. Iterum itaque postulavit Missarum reductionem Augustinus Simonetti Cappellanus, eique suffragantur tum exequutor testamentarius, tum Petrus Simonetti Patronus; Sed iis repugnat Emus Urbis Vicarius in sua *Informatione* putans ex rationibus inferius recensendis *tot Missas esse celebrandas quot patiatur Census, cujus reditum si non integrum Cappellaniæ Testator addixit, non ideo addixit, quia opus esse non putavit. Non equidem contendam præter*

een

censam alia quoque hæreditaria bona persequi Cappellanum valere, quia nimirum Cappellania instituta est nell'annua rendita, e fruttato dell'annuo censo. At quamdiu aliquid ex censu maneat id omne si opus fuerit in Cappellaniam conferendum erit.

circo Cappellanus Simonetti postulat reductionem, quia assignatus in testamento reditus ex censu in annuis scutis *sexaginta* decreverit ad scuta 48., quæ idonea non sunt ad celebrationem 270. Missarum ad taxam perpetuæ. Si enim hæc redituum imminutio probata erit; tum sane petitæ reductioni impedimento non esset alia, quæ authorante hac Sac. Congregatione abhinc biennium concessit Emus Urbis Vicarius. Si quando enim post jam concessam semel reductionem supervenit calamitas, quæ fructus pro Missis legatos subtrahat; tum sane insolens non est, ut nova reductio concedatur, quemadmodum in re haud dissimili concessa est *in Ampurien., seu Emporien. Reductionis Missarum proposita die* 15. *Martii, & resoluta die* 5. *Aprilis* 1794.. Utrum vero reditus defecerint, hoc pendet ab interpretatione voluntatis ipsius Testatoris. Nam census quem ipse emerat a Monialibus S. Sylvestri in Capite, quemque pro fundo Missarum legavit, licet imminutus sit ob generalem tunc currentis pecuniæ vicissitudinem, & a scutis 1700. decreverit ad scuta 1360.; attamen nunc etiam dat fructus in annuis scutis 68., quæ satis essent ad Missas annuas 270. celebrandas. Quare eo redit quæstio omnis, num Testator *taxative* legaverit scuta annua *sexaginta*, quæ currebant de tempore scripti testamenti in pecunia *ænea*, quæque nunc ad scuta 48. argentea redacta sunt; seu potius *demonstrative* tantum illa scuta *sexaginta* legaverit, ut iis diminutis ex aliis fructibus census supplendum sit quidquid deficit ad necessariam Missarum celebrationem.

Cappellanus persuasum habet *taxative* legata fuisse scuta *sexaginta* ænea, & nil ultra sibi competere. Nam testator jussit, ut quotidiana Missa celebraretur constituta elemosina obolorum 16. $\frac{2}{3}$, *che fanno la somma di annui scudi* 60. Cum igitur legata sit certa pecuniæ quantitas ab hærede præstanda, tum legatum restrictum est ad illam quantitatem. *Legatum vero pecuniæ,*

cujus valor variat solvendum esse juxta valorem, qui fuit tempore testamenti tradit *Bruneman. in pandect. lib.35. tit.2. ad leg. Cum certum Thesaur. de augument. monet part. 2. num. 71.* Addit præterea, quod pro fundo Cappellaniæ, cum hæc erecta fuerit, assignatus non sit integer census, sed ejus tantum pars in scutis 1200., quæ nunc redacta est ad scuta 900. Quo factum est, ut annui fructus, qui in scutis 60. redibant ex scutis 1200. nunc decreverint ad scuta 48., quæ ex scutis 900. percipiuntur. Unde patet ex ipsa erectione, quod *taxative* pro legato Missarum relicta sint annua scuta *sexaginta* ex fructibus census.

Sed de his valde dubitat Emus Urbis Vicarius in sua Informatione. Nam observat hanc præcipuam fuisse voluntatem testatoris, ut *sull'annua rendita, e fruttata dell'enunciato censo di scudi* 85., *e sul capitale del medesimo si fondi una Cappellania, ossia Legato Pio perpetuo colla celebrazione di una Messa quotidiana in ragione di baj.*16. $\frac{3}{5}$ *l'una; che fanno la somma di annui scudi* 60. *Si hæc teneamus nemo negaverit, id PRIMUM menti Testatoris obversatum fuisse, ut MISSA QUOTIDIE celebraretur ex REDITIBUS CENSUS, de quo loquebatur. Tot ergo Missæ celebrandæ sunt quot patiatur Census, cujus reditum si non integrum Cappellaniæ Testator addixit, ideo non addixit, quia opus esse non putavit . . . . . Cum igitur annuus Census scut.*85. *nunc redactus sit ad sc.*68. *non aliter reductio Missarum locum habere posse videtur, quam pro scut.*4., *quæ taxæ perpetuæ desunt.* Ex demonstrativa itaque designatione quantitatis, non solum Oratoris petitioni adversatur Emus Vicarius quoad reductionem biscentum septuaginta Missarum, quæ ex præcedenti Indulto præfinitæ fuerunt, sed ipsas augendas esse authumat servata ratione obol.20.pro quolibet usque ad integram summam scutorum 68., nempe ad integros fructus Census. Et quoniam ex reliqua summa, quæ detractis annuis scut. 60. supererat, alia Pia Opera Testatrix fundaverat, cum nihil amplius supersit, nullum Jus ipsis manere subdit, *quia Jus tantum habent in illud quod reliquum sit.*

Quæcumque futura sit sententia vestra EE. PP. illud observatum velim, quod si Cappellanus annua scuta

sc-

sexaginta consequatur ; tum sane non Missæ tantum 270. ei celebrandæ sunt , ut hactenus fecit post primam reductionem ex Decreto Emi Urbis Vicarii , sed Sacra annua 300. , quot fert summa scutorum *sexaginta* constituta elemosina in obolis *viginti ad taxam perpetuæ* . Non enim ex ea summa deducenda sunt scuta *sex* pro utensilibus , itaut superextantia tantum scuta 54. erogentur in celebrationem 270. Sacrorum ad elemosinam obolorum *viginti* . Sed in hujusmodi taxa perpetua jam calculata est impensa pro utensilibus , quam Cappellanus impendere debet ex obolis 20. qui pro stipe cujuslibet Missæ ei assignantur , ut ex consuetudine receptum est , & Decreto Vicariatus confirmatum . Ita sane præscribit Decretum hujus Sac. Congregationis *diei* 17. *Julii* 1802. , quo facta fuit potestas Emo Vicario impertiendi reductionem *ad taxam perpetuæ comprehensis utensilibus* , ut compertum ex hoc sit utensilia *in taxa perpetuæ* omnino comprehendi .

Dubium proponitur .

An sit locus reductioni in casu &c.

Negative .

TROPIEN. IRREGULARITATIS . Ex causa præmeditati homicidii in personam laicam accusatus fuit Subdiaconus Antonius Bruni , in quem carceribus detrusum capitalis quæstio constituta est . Utrum ipse auctor fuerit homicidii latet omnino . Negat enim se esse culpæ affinem , nec suas sanguine scelerasse manus , licet fateatur se scivisse , *che anticipatamente il successo era già premeditato dall' autore , lungi però d'avervi parte per mandato , o consiglio , sebene non si fosse adoprato a mettere ostacoli per impedire l'accaduta morte dell'ucciso , col quale peraltro nodriva delle inimicizie* . Ex qua imputatione per quinquennium jactatus tandem in populari tumultu *anni* 1799. a car- *Sess.* 14. *cap.* 7. *de Reform.*

ceribus ereptus est. Paullo post eas copias sequutus est, quæ Neapolim ad officium revocarunt. Restituta tranquillitate regiam clementiam consequutus partem, fiscumque composuit. Egit hinc apud Episcopum suum Tropiensem, ut ad Sacrum Diaconatus Ordinem promoveretur. Sed timens ne canonico impedimento irretitus sit præces exhibet pro absolutione ab irregularitate.

Episcopus exposita confirmans addit = *An vero belligerando aliquem occiderit, aut mutilaverit exploratum mihi non fuit. Vix autem ex confessione Oratoris compertum habui, ulla unquam adhibuisse arma, nec propterea occidisse aliquem, vel mutilasse. Post tot animi distractiones non censui cito manus imponere, prævia vero dispensatione a quocumque canonico impedimento, nisi periculum facerem perfectionis vitæ Oratoris, ac experientia comprobarem spiritum lenitatis in altaris ministerio maxime necessarium, & fortasse in Oratore infirmatum inter vicissitudines tolleratas absque cordis perturbatione. Quapropter Subdiacono Antonio Bruni efficaciter injunxi, ut intra Septa Monasterii Cappuccinorum Civitatis Amantheæ exercitia perageret Spiritualia ad animi collectionem, morumque purgationem cum secessu, & silentio, ac reapse per tres menses spiritualibus exercitiis vacavit Orator cum odore bonorum operum, & successive vitam traduxit honestam. In hoc rerum statu opportunius duco, ut Sanctitas Sua pietate motus dignetur excitare pro petita dispensatione a quacumque irregularitate, & huic malo occurrere, ne in pejorem partem mutetur.*

Non constat sane de patrato homicidii crimine a Subdiacono Bruni, immo ipse a se culpam omnem removet, nec manu, nec consilio, aut impulsu in illum conspirasse asseverat. Cum tamen fateatur se præscivisse attentandum homicidium, nec, quominus successu careret, obstitisse, inquirendum erit num ex hoc irregularitate irretitus sit, quod cum posset, homicidium non impedivit. Dubitandi ratio oritur *ex Text. in Cap. Quantæ* 47. *de Sent. excommun.* ex quo fertur excomunicatio in eos nedum qui violentas manus Clerico injecerint, sed etiam *qui cum possint manifesto facinori desinunt obviare*, Ergo multo magis videtur irregulari-

ritatem (quę levis est pœna) incurrere, qui poterant homicidium avertere . Rursus *in Cap.* 6. §. *Illi etiam de homicid. volunt.* , *& casual.* compertum est *eum qui potuit hominem liberare a morte* , *& non liberat cum occidit* . Erga irregularis fit statim ac reus est mortis . Sed cum irregularitas non contrahatur nisi in casibus in jure expressis,hinc non tenet illatio , quæ deducitur ex *Cap. Quantæ* , quo loci agitur tantum de excumunicatione ferenda in eos qui , cum possent , non prohibuerunt , ne Clericus percuteretur . Alter vero *Textus in Cap.* 6. agit de iis , qui auxilium præbent ad patrandum homicidium , & cum possint impedire , *percusoribus* tamen *opem ferunt* . Ex his receptissima est inter Canonistas distinctio . Aut quis tenetur ex justitia prohibere , ne homicidium sequatur , cujusmodi obligationem habet Dominus ad Servum , Pater ad filium , & tum si homicidium non impediunt , habentur pro causa morali homicidii . Quemadmodum itaque hoc casu de jure Civili puniuntur ut docet *Barthol. in Leg.* 1. §. *Sed in eo ff. ad S. C. Si lanianum* , ita de jure Canonico irregularitatem incurrunt . Secus autem est , si ex sola charitate moveri quis deberet , ut homicidio impedimentum pararet . Tum enim non peccat ille contra justitiam , adeoque non cooperatur ad homicidium , nec ex Jure Civili tenetur , nec de Jure Canonico fit irregularis , ut docent *Navarra in Manuali Cap.* 24. *num.* 21. , *& Cap.* 27. *num.* 31. *Suarez. disc.* 45. *de Censur. Sect.* 4. *num.* 3. *Avila part.* 7. *de Censur. disc.* 6. *sect.* 2. *Dub.* 7. *Conclus.* 1. *Pirhing. Jus Canonic lib.* 3. *tit.* 12. *sect.* 1. §. 8. *num.* 42.

Quamquam igitur Subdiaconus Bruni nullo justitiæ vinculo tenebatur erga personam interfectam ; attamen cum ipse fateatur fuisse sibi cum interfecto inimicitias, subvereri potest ne cum occidente interfuerit societas quædam consiliorum , quæ ad occisionem tenderent ; idcirco videant EE. PP. num saltem ex hoc capite ad cauthelam sit dispensandus , quatenus dignus comperiatur . Ex altera vero parte cum militares copias sequutus sit , licet numquam arma eduxerit ; attamen cum eis coadiuvatus sit,videtur irregularitatem incurrisse eum , qui in Sacris jam erat constitutus ut ex Canon. *Si quis* 4. *Distinct.* 51. *Can. Clerici* 6. *Caus.* 23. *quæst.*

quæst. 8. *Cap. Dignum.* 6. §. *final. de Homicid. volunt. & causal.* tradunt *Navar. in Manual. Cap.* 27. *n.* 216. *Covarruv. in Clement unic. par.* 2. §. 3. *num.* 2. *Pirhing. loc. citat. sect.* 4. §. 4. *num.* 114.

Quandoquidem irregularis sit Subdiaconus Bruni agitur de promovendo, quo casu ex Tridentino *Sess.* 14. *cap.* 7. *de Reform.* irregularitas perpetua est. Emendationis vero morum vix specimen dedit per tres menses in secessu religioso. Sed jam ab anno 1794., quo patratum est crimen, elapsum est decennium. Ipse vero Orator partem, & fiscum composuit, indulgentiamque Principis meritus est. Quibus concurrentibus lenior esse solet Sac. Congregatio, ut in *Sabinen. Irregularitatis* 28. *Julii* 1787.

Proponitur Dubium.

An sit consulendum SSmo pro dispensatione ad irregularitate in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

Sess. 22. *cap.* 2. *de Sacrific. Missæ.*

ROMANA PROROGATIONIS INDULTI. Distinctam a Canonicis Massam habent Beneficiati S. Mariæ Transtyberim, & separatum a Capitulo Corpus constituunt: Eorum namque Collegium ex suppressis coaluit tribus Pareciis, quæ ipsius Basilicæ filiales erant, aliisque ei unitis beneficiis. Qua de re cl.me. Cardinales de Altemps, & Sauli olim Titulares in Constitutionibus illius Ecclesiæ editis anno 1594., & 1606. Apostolica, qua aucti erant auctoritate onus missæ Conventualis inter Canonicos, & Beneficiatos ita distribuerunt, ut Canonici omnibus diebus festis, Beneficiati vero singulis diebus feriatis ad applicationem tenerentur. Longæva biscentum annorum observantia hanc distributam obligationem excepit. Sequiori vero tempore ad vindicanda Collegii jura, sustinendosque litium sumptus Beneficiati æs alienum contraxerunt ad summam scutorum 1070. scilicet: scutorum 464. pro pretio quatuor Locorum Montium, quæ ex Indulto Sac. Congregationis *diei* 18 *Augusti* 1787. alienata fuere, in quorum reintegrationem annua deponere debent scuta 50. rursus scuta 300. pro passivo censu accedente venia Apostolica imposito: & tandem scu-

scuta 306. mutuo accepta, cujus restitutionem Beneficiati non collegialiter, sed singillatim in suam receperunt fidem.

Hisce de causis liberi reditus decrevere ad annua scuta 360., quibus divisis inter octo Beneficiatos, quisque, distributionibus quotidianis comprehensis percipit annua scuta fere 45. Rati Beneficiati ob hanc tenuitatem prębendarum se prorsus impares ad æris alieni dimissionem, supplicarunt pro Indulto applicandi Missas conventuales in implementum aliorum onerum Collegii facta in iisdem simplici commemoratione pro Benefactoribus. Emus Card. Titularis instantię Beneficiatdrum suffragatus est, dummodo firma maneat *servata methodus alternæ celebrationis Missæ Conventualis, ejusdem applicatio pro Benefactoribus in genere a Beneficiatis faciendа ad semel tantum in hebdomada decennio reducatur, ea tamen lege, ut quotannis deponere teneantur tum scuta quinquaginta superius recensita, tum alia scuta viginti, quæ respondent ælemosinæ reductarum Missarum, ad hoc, ut redintegratis prius quatuor Locis Montium distractis totum subinde æs exolvatur alienum*. Quare ex Rescripto hujus S. Congregationis *diei* 20. *Septembris* 1794. impertita fuit facultas Emlnentissimo Titulari *ut enunciatum onus Missæ Conventualis pro suo arbitrio juxta superius descriptum ejus Votum per decennium tantum reducere, ac moderari possit, & valeat*.

Primo ab impetrato indulto anno confectum fuit depositum *scutorum septuaginta*, ut erat præscriptum. Quod cum grave esset Beneficiatis postularunt depositi diminutionem, precesque *die* 17. *Decembris anni* 1796. porrexerunt hinc S. Congregationi, quia tamen constet, quod illud re ipsa impetraverint. Inter varios rerum publicarum casus a deposito omnino cessarunt. Nunc vero properante ad exitum decennio in indulto contento deprecantur ab hac S. Congregatione prorogationem, simulque, ut minuatur depositum infra summam scutorum *quinquaginta*. Rogatus Eminentissimus Pignatelli Titularis de sua sententia, affirmat, *præteritas calamitates effecisse graviorem inopiam Collegii, & potissimum imminutos Locorum Montium fructus, quibus olim in annua summa scutorum* 140. *ditabantur. Accidit difficilior, & pene desperata pensionum exactio, quæ ex domunculis percipiantur*.

id

Id quod miseram Collegii conditionem miseriorem necessario suadet, ut vix deductis oneribus in cujusque Beneficiati simbolam menstrua scuta tria, & obol. quinquaginta supersint. Quocirca æquissima mihi videtur Beneficiatorum postulatio, tum in eo quod respicit prorogationem indulti, quod pro suspensione applicationis Missæ Conventualis S. Congregatio attribuit ad decennium, tum pro imminuendo annuo deposito scutorum 50. Quæ autem pecuniæ vis quotannis imposterum tradenda sit deposito vice LL. Montium, tutior alter fundus pro investimento destinandus certe videtur. Cum tamen Beneficiati nunc habuerint compertum se num. quam exorasse diminutionem depositi, quam postularunt *anno* 1796., & nihilominus falsa credulitate ducti si illud impetravisse, depositum, ut præscriptum erat neglexerunt; idcirco pro absolutione quoad præteritum novas præces exhibuerunt.

Profecto prorogatio Indulti deneganda videtur, cum Beneficiati neglexerint depositum conficere, ut æs alienum dimitteretur. Sed hoc tribuendum non est secordiæ, aut malæ fidei, sed temporum conditioni. Nunc vero gravior est inopia Beneficiatorum ob imminutos fructus LL. Montium, quos olim exigebant in *scutis* 140., ob difficultatem exactionis pensionum, quæ egre percipiuntur ex domunculis. Quare si nunc Beneficiati vix singuli percipiant scuta 3. 50. in singulos menses concurrere videtur tenuitas illa Præbendarum, unde semper S. Congregatio reductionem applicationis Missæ conventualis concedere consuevit, & præcipue in *Placentina Missæ Conventualis* 1. *Martii* 1777. *& in Syracusana Reductionis Missæ Conventualis* 12. *Februarii* 1803. Ex quibus emergere videtur justa causa quamobrem imperatum indultum prorogetur.

Diminutionem porropræscritti depositi postulant Beneficiati. Grave ipsis erat anno 1796. deponere annua scuta *septuaginta*, & propterea gravissimum nunc, cum reditoum diminutionem tulerint, Emus Titularis putat infra Summam scutorum *quinquaginta* esse diminuendum. Investimentum autem in alium fundum, quam in LL. Montium sit faciendum. Exclusa vero mala fide a Beneficiatis absolvendi videntur a præterito inadimplemento depositi, cum id impotentiæ tribuendum videatur.

An sit locus prorogationi Indulti 20. *Septembris* 1794. *nec non diminutioni depositi, & absolutioni quoad præteritum in casu &c.*

Dein-

Die Sabbathi 15. *Decembris* 1804. *in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

TROPIEN. IRREGULARITATIS. *Sess.14.Cap.7. de Reform.*

An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione ab irregularitate in casu &c.

Expectet, & det majora signa constantis emendationis.

ROMANA PROROGATIONIS INDULTI. *Sess.22.Cap.2 de Reform.*

An sit locus prorogationi Indulti 20. Septembris 1794. nec non diminutioni depositi, & absolutioni quoad præteritum in casu &c.

Affirmative in omnibus: nempe pro prorogatione ad aliud decennium a die expirati indulti, & prævia absolutione quod præteritum conficiendum esse depositum in annuis scutis quadraginta ad effectum investiendi arbitrio Emi Titularis cum solitis clausulis.

LUCANA CONCURSUS. Semel, iterumque hæc causa proposita fuit. Primum *die* 21. *Maii* 1803., & disputato Dubio = *An constet de irrationabili judicio Examinatorum* = rescriptum prodiit = *Dilata, & afferantur integra acta concursus* = Iterum hæc causa relata in Folio diei 17. *Decembris* 1803. EE. PP. censuerunt prorogare judicium ædito Responso = *Dilata,* *Ses.24.Cap.18. de Reform.*

& amplius non proponatur, nisi exhibeantur integra acta, vel eorum authenticum exemplum ad formam Constitutionis S. M. Benedicti XIV. Cum illud. Nunc affertur exemplar Actorum Concursus a Cancellario *Nicolao Cristofani*, atque alio Notario *Salvatore Dalli collatum, & auscultatum* coram Sacerdote *Bonamici Canonico Cathedralis*, quem una cum Notario *Dalli* Cancellario adjuncto elegit Archiepiscopus, nec non *subscriptum* a quatuor Examinatoribus Pro-Synodalibus, cum intersit quintus Examinator occubuerit. Quare satisfactum videtur *Constitutioni Benedictinæ*, quæ præscribit, *si quis autem hoc intra spatium appellaverit, acta ne concursus petat ad Judicem appellationis transferenda, nisi tantum vel acta ipsa originalia Concursus clausa, & obsignata: vel certe unum aliquod exemplum a Cancellario Concursus, atque alio Notario collatum, & auscultatum coram Vicario, vel alio in dignitate Ecclesiastica constituto, quem eligat Ordinarius, ad quem etiam Notarii Cancellarii adjungendi electio pertinebit; nec non ab Examinatoribus, qui concursui interfuerunt, subscriptum*.

Hæc acta impressa EE. PP. distribuet Pellicionus una cum impresso Memoriali pro reassumptione præteritarum *allegationum* ex quibus, & ex præcedentibus Foliis dierum 21. *Maii*, & 17. *Decembris* 1803. benigne reassumendis dirimendum erit Dubium.

An constet de irrationabili Judicio Examinatorum in casu &c.

Negative, & ad mentem.

Sess. 24. Cap. 13. de Reform.

ROMANA. Rogati EE. PP. in Congregatione *diei* 18. *Augusti* 1804. *An, & quomodo annuendum sit precibus in casu* (scilicet in precibus Collegii Beneficiatorum, & Clericorum Beneficiatorum S. Laurentii in Damaso, qui suæ indigentiæ aliquo modo consulen-

dum

dum postulabant) responderunt die 15. *Septembris* 1804. *Affirmative pro suspensione collationis ad decennium duorum Beneficiorum Choralium, & duorum Clericatuum Beneficiatorum vacantium, nec non alterius Beneficii Choralis, & Clericatus primo vacaturi, & interim pro suspensione Missarum lectarum, juxta votum R. C. Eminentissimi Vice-Cancellarii donec vacent dicta duo Beneficia, & notificetur Ministris Datariæ Apostolicæ* = In executione hujus *Rescripti* aliqua suborta est dubitatio, quamobrem nunc pro declaratione EE. VV. iterum Collegiumsupplicat.

Nam Collegium Orator a S. M. Pio VI. anno 1778. exoravit suspensionem collationis trium Beneficiatorum, totidemque Clericatuum Beneficiatorum, qui primo essent vacaturi. Ex Beneficiatis vero hactenus duo tantum vacarunt, alter scilicet *die* 13. *Aprilis* 1802., alter *die* 23. *Martii* 1804., ita ut ad complendum decennium suspensionis a Pio VI. concessum deficiant anni *octo* pro primo Beneficiato, & anni *novem* pro secundo, & adhuc tertii Beneficii expectetur vacatio ex Pontificio Indult: ad decennium duratura.

E contra Clericalia Beneficia non solum vacarunt omnia, quin immo absoluta est decennalis suspensio a Sa. Me. Pio VI. decreta, jamque ex ipsis duo collata sunt. Sed tertium vacat, quippe quia a Sanctissimo Domino Nostro PIO VII. impetrata fuit suspensio ad aliud *decennium sub die* 22. *Maii* 1801. Cum itaque vacantium Prębendarum ab EE. VV. indicta sit ad decennium nominationis suspensio, declarandum PRIMO postulant Oratores, an decennii initium a die resolutionis nempe 15. elapsi Septembris, vel ab expiratis Pontificiis Indultis sit computandum. SECUNDO cum supposita *duorum Clericatuum Beneficiatorum* vacatione, *alterius Clericatus primo vacaturi* suspensionem demandaveritis, & unus tantum reapse vacet, Sententiam vestram cuinam Prębendas petunt, quæ suspendendæ erunt.

TERTIA declaratio petita respicit Beneficia de jurepatronatus, num scilicet hæc quoque subesse debeant concessæ suspensioni collationis.

Præterea ab EE. VV. interim concessa fuit suspensio lectarum Missarum, donec erunt vacatura duo aliæ Prębendæ, scilicet unus Beneficiatus, & unus Clericatus Beneficiatus, quorum collationis suspensio impertita fuit. QUARTAM itaque implorant declara-

tionem, num hæc Missarum suspensio durare debeat usque ad vacationem præbendarum, seu potius quoad satisfacti sint de mensualitatibus insolutis Hæredes illorum, qui beneficia possederunt. Reassumpto itaque præcedenti Folio EE.PP. respondere dignabuntur.

An, & quomodo sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis juxta modum, nempe pro suspensione collationis duorum beneficiorum choralium, & unius Clericatus Beneficiati vacantium ad decennium incipiendum a die Rescripti diei 15. Septembris anni 1804., nec non pro suspensione alterius beneficii Chorelis & duorum Clericatuum primo vacandorum pariter ad decennium a die vacationis exclusis iis, quæ sunt de jurepatronatus, & suspensionem Missarum lectarum duraturam esse donec vacent dicta tria beneficia tantum, si tamdiu.

Ses. 22. cap. 8. de Reform.

COLLEN. ONERUM. Delitescit omnino fundatio Cappellaniæ, seu Beneficii sub titulo *Sancti Francisci* erecti in Ecclesia Præpositurali, & Collegiata S. Mariæ Assumptæ Oppidi Podii Bonitii, quod olim ad Diœcesim Florentinam, nunc pertinet ad Collensem Vallem Elsae. Compertum tantum est *anno* 1618. Rectorem hujus Cappellaniæ fuisse Præsbiterum Georgeum Croceati, qui scripsit adnotationem in tabulario Episcopali reconditam, unde onera hujus Cappellaniæ, bonaque ad ipsam spectantia innotescunt. Scilicet = *Nota della Cappellania di S. Francesco in Propositura di Poggibonsi fondata da nostri antichi de Croceati, la quale ha due pezzi di terra di Stajora otto in circa vitati, & pomati posseduti da me Prete Giorgio Croceati Rettore di detta Cappella con carico della festa di S. Francesco, & dir Messa il Lunedi secondo la visita di Monsignor passato Ulimbardi.*

Constat præterea, quod patronatus hujus Cappellaniæ ex donationis titulo in familiam Rufignani pervenit, cujus in hæreditatem successit nobilis gens Muzzi Florentina. Ex hac Nicolaus Muzzi *anno* 1766. patronatus jura exercuit ad Cappellaniam presentans nepotem suum Clericum Josephum Octavium Muzzi, ut cum supplemento patrimonii ad Sacros Ordines promoveretur. Tum sane Cappellania eosdem ha-

habebat fundos, quos anno 1618. habuisse constitit. Num postremus Beneficii rector Petrus Brunori bona Cappellaniæ ita assignavit. *Un pezzo di terra vitata di Stare 3. detto il campo del Molino confina &c. Altro pezzo di terra vitata di Staja 2. confino &c. Questi due pezzi di terra rendono come da me sudetto Rettore in più anni si è osservato scudi 20. a commune col contadino.*

Cum ita accepisset Cappellaniam Joseph Muzzi, tum anno 1766. Nicolaus ejus patruus, & Cappellæ Patronus dotem, & onera ejusdem beneficii auxit. Nam impetrato opportuno decreto a Vicario Generali Collensi instrumentum stipulavit absente Josepho Muzzi Rectore, & pro eo acceptante actuario, quin tamen constet, quod Joseph expresse in hoc augumentum consenserit. In hoc vero Instrumento Nicolaus assignavit loca quinque Montium Florentina, ex quibus redeunt annua scuta quindecim injuncto onere Rectoribus *di celebrare, o far celebrare in tutti i giorni festivi dell' anno la Messa coll'applicazione del Sagrificio all' Altare di San Francesco eretto in detta Chiesa Prepositura di Poggibonsi all' ora del mezzo giorno, e sonato il mezzo giorno, e nel giorno delle feste, e fiere che si facessero in giorno festivo in detta terra per maggior commodo del popolo devino celebrare all' altar maggiore . . . . . Che se poi fra l'anno cadesse in giorno di Domenica qualche altro giorno festivo dovrà il Rettore presente, e suoi in detta Cappella successori rimetterne una nel giorno, che cadrà la festa della SSma Vergine de Dolori, l'altra in fra settimana sempre all'istessa ora coll'applicazione, talmente che l'effetto sia, che detto moderno Rettore, e suoi successori in perpetuo celebrino, e facciano celebrare tante Messe, quante sono, e possono essere in tutto il corso dell'anno i giorni di Domenica, e Festivi.*

Ut antea dictum est absens erat a Podio Bonitii Rector Joseph Octavius Muzzi. Nam Parochus tum erat in Castro Florentino, & deinceps etiam abfuit, cum in Metropolitana Florentina Canonicatum anno 1780. obtinuerit. Quare administrationem bonorum ad Cappellaniam spectantium concredidit Nicolao ejus Patruo, qui onera omnia tum veteris, tum novæ fundati-

tionis ex utriusque reditibus implere curavit. Eoq mortuo *anno* 1739. onera omnia impleta sunt per Mutium Octavium Muzzi nepotem Rectoris Josephi Muzzi, cum hic illi curam administrationis reliquerit. Sed *anno* 1801. ob rerum discrimina cessavit exactio Locorum Montium, & quamquam ex fructibus bonorum primæ fundationis onera omnia impleri possent; attamen omisit Canonicus Muzzi celebrationem Missarum, quæ in secunda fundatione præscripta erant, ratus se non teneri ex fructibus primæ erectionis satisfacere onera posterius imposita, si fundus pro his assignatus deterior evasisset. Hæc quæ ex sua sententia fecit, num rite fecerit a vobis Ill. PP. postulat. Episcopus de sua sententia rogatus censet ex rationibus inferius recensendis *declarandum esse, quod si forte reditus a quinque Locis Montium percepti celebrationi Missarum satis non sit, de reliquis veteris dotis supplementum præberi debeat. Insuper omittendum non puto quod dicti Beneficii simplicis Patronus non duntaxat assensit fructibus veteris dotis suppleri Missarum additarum diebus festis meridiei hora celebrationi, sed idem ipse formaliter id Episcopo proposuit, nec non Præposituræ Collegiatæ Podii Bonitii Parochus orat, ne Populus hoc defraudetur commodo.*

Imparem esse contendit Rector beneficii fundum quinque Locorum Montium celebrationi *octoginta duo Missarum*, quæ diebus festivis celebrandæ sunt. Nam annui fructus consistunt in scutis quindecim, & detractis oneribus vix eleemosina ascendit *ad julium unum cum dimidio*, quæ exigua est pro missis cum applicatione, statisque horis ad meridiem celebrandis. Irritam porro fuisse dicit secundam fundationem, quippe factam ipso absente, nec expresse consentiente, ita ut Vicarius Generalis non poterat onera primæ fundationi superaddere, ut definivit Sac. Congregatio *in Sarnen.* 3. *Julii* 1690. *lib.* 40. *Decret. pag.* 340. *in Asten. Cappellaniæ* 14. *Februarii* 1699. *lib.* 49. *Decret. pag.* 57. *& in Florentina* 12. *Martii* 1718. Quare concludit unam cum altera fundatione non esse commiscendam, & bona, atque onera omnino secernenda, cum altera alterius onera ferre nequeat. Quod si secus hactenus factum sit ex contraria observantia, non id sibi obesse putat. Nam ipse semper absens fuit, & Patruus curam

su-

suscepit administrationis, & implementi oneris, unde cum ex alieno facto hæc observantia consurgat, sibi præjudicium afferre non possit.

Verum Episcopus observat, quod *cum peracta fuerit accessio dotalis ad vetus Beneficium, novaque onera imposita, ejusdem Rector erat actualis Sacerdos Orator Joseph Muzzi Nepos ex fratre Nicolai Muzzi, qui supradicta causa novam beneficio dotem adjecit. Cum Rector utpote qui in Castro Florentino Parochi munere fungeretur, abesset, explicite non consensit, ast quidem implicite annuit singulis annis locorum montium percipiens fructus, & Missis festivis satisfaciens, ex quo se novum onus accepisse cognoscitur. Haud dubitandum est, quin Rector in hujusce institutionis ignorantia permansisset. Nam ejus Patruus id non egisset nepote insciente, quo cum familiariter utebatur. Eo magis quod absque mora post dictam institutionem ipse sæpius commemorato Nicolao commisit administrationem reddituum tam veterum, quam novorum, & utriusque oneris satisfactionem. Novi muneris acceptatio confirmatur, tum cum post sui Patrui Nicolai obitum Clerico Mutio Muzzi bonorum administrationem, satisfactionemque onerum tam veterum, quam novorum tradiderit, supplens antiquæ fundationis fructibus defectum recentis ad faciendas Sacra in diebus festis.* Quod si ex his EE. VV. probatum erit Rectorem nova onera, & fructus acceptasse, tum sane ex hisce gestis per triginta fere annos continuatis oriri posse videtur obligatio in futurum favore piæ causæ ad terminos *Text. in Cap. Ad Apostolicam de Simonia.*

His in utramque partem delibatis decernendum erit.

An Rector Cappellaniæ teneatur implere onera secundæ fundationis in casu &c.

Affirmative, & Rector utatur jure suo.

REA-

Ses. 24. cap. 13. de Reform.

REATINA PENSIONIS. Archipræsbiteratum, cui annexa est Cura animarum Oppidi Grecii, resignavit Præsbiter Joseph Lanzi Sacerdoti Josepho Buracciatti, & in Litteris Apostolicis super reditibus, qui attingere narrantur annua ducata biscentum auri *de Camera*, reservata fuit pensio Præsbitero Lanzi ducatorum *octo* supra *sexaginta*, quæ ad scuta centum viginti respondent, dummodo tamen = *ex fructibus Ecclesiæ illius Rectori pro tempore existenti centum ducati auri de Camera hujusmodi liberi etiam deductis omnibus illius oneribus remaneant*. Quamquam Buracciattus resignatarius onus hujusmodi sponderit; attamen nunc diminuto tritici pretio decrevisse reditus Parochiales affirmans, cum centum pro Rectore liberi non existant, postulavit a SSmo, ut pensio deleretur, simulque ut rei hujusce cognitio ad Sac. hanc Congregationem delegaretur. Voti compos factus est per Rescriptum = *alla Sagra Congregazione del Concilio* = Monitus hinc est Episcopus, ut Josepho Lanzi tempus præstitueret ad deducenda jura sua, ut referret de annuis Paræciæ reditibus, & oneribus. Utrumque implevit Antistes. Nam a die 27. Junii proxime præteriti terminum quindecim dierum Lanzio præfixit, & *statum activum*, & *passivum* Paræciæ transmisit, unde constat, quod annuum *acceptum* ex reditibus parochialibus una cum incertis stolæ pertingit ad scuta 273. 60., *expensum* vero comprehensa pensione solvenda ad annua scuta 263. 35., ut deductis rationibus supersint libera pro Parocho scuta 10. 25. Hæc porro in Informatione adnotat Episcopus. *Status prædictus opera mei Vicarii Foranei in dicta Terra, & alterius Sacerdotis, qui diu Œconomi ejusdem Parrochialis munus gessit, ac unius Laici integræ probitatis, ac fidei effirmatus est in defectum antiqui status, qui cum aliis pluribus aliarum Parrochialium deperiit præteritis temporibus. Pergrande pretium, quod frumentum obtinebat de tempore Provisionis, & Provisum ut arbitror fefellit, & pensionis Reservatarium, hunc ut reservatam pensionem peteret, illum ut eidem assentiretur.*

Postquam Resignatarius acceptavit pensionem certe quidem ex facto suo probatum videtur, quod reditus Be-

Beneficii eàm ferre possent. Quare nil refert si postea fructus diminuti sint, non ex quo deteriores evaserint fundi, sed quia decrevit rerum pretium. Hoc autem decrementum cum ab incerto pendeat eventu, & iterum succrescere queat, quod diminutum est, non inde jus oritur Pensionario pro deletione, aut diminutione pensionis, quam certo constat fuisse congruam, dum imposita est, ut tradit *Rota decis.* 25. *num.*3. *part.*8 *Recent.* Sed quoniam Litteræ Apostolicæ eam præseferant conditionem *dummodo ex fructibus Ecclesiæ illius Rectori pro tempore existenti centum ducati aurei liberi, etiam deductis omnibus illius oneribus, remaneant*; profecto quatenus Rector doceat fructus adeo diminutos fuisse, ut libera sibi centum non supersint, actio ei oritur pro deletione pensionis. Nam cum Tridentinum *Sess.*24. *cap.*13. *de Reform.* decernat, quod *parrochiales, quæ summam ducatorum centum secundum verum annuum valorem non excedunt nullis pensionibus, aut reservationibus fructuum graventur* sequitur, ut ea conditio respiciat non modo tempus, quo pensio imposita est, sed etiam successivum, ut consultum sit indemnitati cujusque Rectoris pro tempore existentis, ut docuit *Rota decis.* 120. *num.* 5. *part.* 16. *Recent. decis.* 931. *num.*4. *coram Seraphin. decis.*404. *num.*1. *coram Cavaler.*. Nec si Resignatarius pensionem acceptavit hoc ei obesse potest, quominus instet, quod pensio vel deleatur, vel diminuatur. Nam acceptatio hoc secumfert, ut in resignatarium onus rejiciatur probandi, quod reditus impositæ pensioni sint impares, ut tradunt *Lotter. de re benefic. lib.*1. *quæst.*38. *num.*45., *Garz. de Benef. lib.*1. *cap.*5. *num.*424.

Rector Buracciatti ex calculo ab Episcopo transmisso probat, quod annui reditus calculatis incertis emolumentis coalescunt in scutis 273. 60., onera vero comprehensa pensione ad scuta 263. 35., ut proinde vix scuta decem libera pro Rectore supersint. Id tribuendum putat Episcopus rerum pretio, quod anno 1802. nimis accreverat, & quod nunc abjectum est & præterea affirmat, quod fructus in tritico consistunt, quorum pretium calculatur scuta sex in singula rubra.

Pensionarius Lanzi a judicio abfuit, & numquam sua jura deduxit. Ex his, quæ in utramque partem præmunere deduxi deliberandum venit.

An sit servanda pensio, seu potius delenda, vel diminuenda in casu &c.

Audiantur Ministri Datariæ Apostolicæ.

Ses. 21. cap. 4., & 5. de Refor.

ASCULANA PARÆCIÆ. Incredibile dictu est, quod in Asculana Diœcesi Pagus S. Mariæ inter saltus Appeninos positus, nec proprium habeat Parochum, nec ullæ viciniori Paræciæ subjiciatur. Attamen dispersæ illæ oves, quæ ad capita octoginta pertingunt, a pluribus annis sine pastore vivunt, nec Asculani Antistites alio modo in rem consuluere, quam hos homines commendare viciniori Parocho, vel aliquem Sacerdotem approbatum eisdem delegare, ut diebus festis Sacrum conficeret, & aliquam animarum curam gereret. Neutrum tamen diu consistere potuit, nt experiundo compertum est. Nam distantia, & difficultas locorum impedimento est, quominus viciniores Parochi hisce incolis opitulentur, nec incolæ sæviente hyeme ad Parochiales accedere possunt, vel saltem, si ad ipsas irent diebus festis, cogerentur puerosque, senesque deserere, ipsasque domus indefensas latronibus exponere. Cappellanos vero, qui ad illos accedant, difficilius in finitimis Oppidis invenire est, & deficiente congruo stipendio, vel nullo modo hanc provinciam suscipiunt, vel eam cito derelinquunt. Post hæc opus non est describere mala, quibus homines illi contristantur. Carent Sacris, destituti Sacramentis occumbunt, pueri nulla institutione adolescunt, & eo res redit, ut nec Paschale præceptum aliquando implere potuerint. Nunc igitur illi Oppidani in vestram tutelam EE. PP. confugiunt, ut hisce malis afflicti spiritualem opem deprecentur, & vestra authoritate de idoneo Pastore pro-

provideri possint. Multa sane ab eis proposita sunt unde suppetere possit congrua novo Parocho, quo idcirco carent, quia eumdem alere nequeunt. De his tamen inferius sermo redibit ex accuratissima *Informatione* Emi Episcopi Administratoris, qui exposita confirmat. Addit præterea juribus nullius detractum iri si Parochus constituatur, immo viciniores Plebani hunc eumdem Parochum necessarium esse putant. Per Cappellanum quidem Curatum satis consuli posset hisce Oppidanis, sed ægre invenietur, qui hoc munus exerceri velit. Contra vero, si Parochus constituatur, facilius ad concursum venient Præsbiteri moti dignitate nominis, & honore muneris, quod eis pro merito esse poterit ad pinguiores Parœcias adipiscendas. Tum autem Parochi, qui *bollati* dicuntur majorem apud populum, quam Cappellani amovibiles, sibi vindicant authoritatem, & diligentius curam obeunt animarum. Congrua porro necessaria erit ad scuta annua *quinquaginta*. Quæ ut consequi possit modum hunc Emus Administrator proponit.

Paupertas habitatorum non patitur, ut ab illis plus possit Parocho tribui quotannis quam decem, aut ad summum undecim scutata, atque ita reapse, & non aliter se obligarunt Incolæ publico instrumento. Quæ quidem summa scutorum decem facile implebit annuum reditum scutorum quinquaginta, si EE. VV. videbitur auctoritate vestra firmare ea, quæ in precibus continentur. Hoc sic planum faciam.

Ex novem aullis parvis fundis, quos antiquitus possidet liberos Ecclesia illa, potest Parochus, si ipsi addicantur, capere annuum reditum scutorum 10. 53. *ut ex legali Peritia. Alia circiter scuta decem percipiet ex decimis in illo territorio. At vero jus illic decimandi pertinet ad Rectorem cujusdam Beneficii Ecclesiastici erecti in eadem Ecclesia S. Mariæ, cui nullum Missarum onus addictum est, reditusque annuus computatis decimis pertingit ad scuta* 80. *circiter. Hujus beneficii jamdiu vacantis ob pendentiam litis Nobiles Compatroni exorati, & pietate ducti chirographo omnes assensum præbuerunt, ut futurus ejusdem Beneficii Rector decimandi facultatem in territorio S. Mariæ futuro Parocho cedat, donec tamen aliis reditibus Parochus ipse aliunde provideatur ad scuta quinquaginta. Ut autem hic Pa-*

tronorum consensus effectum habeat, & Rector futurus dicti Beneficii teneatur decimas Parocho libere cedere, aucthoritas istius S. Congregationis imploratur.

Quod si eidem Paræciæ bona etiam addicantur quatuor legatorum Piorum quæ in eadem Ecclesia jamdudum instituta reperiuntur, habebitur alius annuus reditus scutorum 21. 07. ut ex legali peritia, & inventario patet. Necesse autem erit, ut Missarum onera eisdem legatis ratione fructuum inhærentia imminuantur, & reducantur. In qua reductione, si placuerit, ut habeant EE. VV. quid sequantur, addam uniuscujusque legati reditum annuum. Ex bonis quæ legavit antiquissimus quidam Carolus Vitelli excepta domuncula, de qua infra, habetur annus reditus scutorum 10. 85. ut ex Peritia. Ex censu scutorum quadraginta, quæ legavit quædam Maria Antonia Massi habetur reditus scuti 1. 60. Ex censu scutorum 12. 50., quæ legavit Dominicus Ruggeri habetur fructus scuti unius. Ex bonis quæ legavit Nicolaus Sciampagna habetur reditus scutorum 7. 62. ut ex peritia. In totum scutorum 21. 07. Quæ summa si superioribus addatur, habebitur anualis reditus scutorum 42. 35. Facta itaque reductione Missarum quatuor legatorum, quod deerit usque ad scuta quinquaginta Incolæ Pagi suppeditabunt quotannis donec, ut supra aliunde Parochus provideatur. Ad hoc supplementum solumodo uti singuli, & in solidum sese obligarunt. Et quidem necesse est, si velimus animabus illis Rectorem providere, ut legatorum Missæ ad satis exiguum numerum reducantur, ne vel congrua nimis imminuatur, vel imponatur incolis tale onus, quod eorum vires non possint ferre, nec possunt nisi minimum conniti.

Superest, ut aliquid dicamus de ratione parandi domum Parocho. Plurimæ Missæ legatorum celebratæ non fuerunt, quæ omnes ad scuta circiter quinquaginta perveniunt. Condonatio harum Missarum, quam expetunt, sola poterit suppeditare media reficiendi pro Parocho domum illam spectantem ad Legatum Pium Vitelli. Impensa pro hac refectione domus pene diruta ascendit juxta legalem Peritiam ad sexaginta circiter scutata, ut minimum impendatur. Sine condonatione vero Missarum non celebrarum usque ad diem Gratiæ si placuerit, non poterit certo domus propria habe-

ri

ri, in qua Parochus resideat, ut necesse est in Pago S. Mariæ.

Quæ superius exposita sunt, necessitatem ostendunt constituendi Parochum Oppidanis S. Mariæ, eaque sunt quæ Tridentini PP. præ oculis habuere, cum in *Sess.* 24. *Cap.* 13. *de Ref.* mandarunt Episcopis, ut *in iis Civitatibus, ac locis ubi nullæ sunt Parrochiales, quam primum fieri curent, non obstantibus quibuscumque privilegiis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus.* Preterea si ob locorum distantiam, & difficultatem eadem Tridentina Synodus *Sess.* 21. *Cap.* 4. *de Reform.* permittit Parœciarum divissionem *etiam invitis Rectoribus*, ut novis constitutis Parochis animarum saluti provideatur; multo sane magis erit deputandus Parochus in Oppido S. Mariæ, quod nulli subest Parochorum jurisdictioni, quodque ita dissitum est a vicinis Parœciis, ut ab eis spiritualia auxilia sibi mutuari non possit. Cum vero Emus Administrator melius consultum iri putat spirituali bono illarum gentium, si proprius Parochus deputetur, quam Cappellanus curatus non ita facile inveniendus, & in munere retinendus; profecto omnis EE. VV. sollicitudo converti debet ad *media*, unde congrua novo Parocho saltem in scutis quinquaginta constituatur.

Hæc vero ab Episcopo proponuntur: *Unio* redituum, quæ ad Ecclesiam pertinent in annuis scutis 10. 53. *Cessio* juris decimandi, quo in illo agro gaudet aliud Beneficium in eadem Ecclesia erectum, ex quo percipi poterunt quotannis alia scuta 10. *Applicatio* legatorum *Vitelli*, *Massi*, *Ruggieri*, & *Sciampagna* unde scuta 21. 07. quæruntur. Ex his conflatur summa scutorum 41. 60. Quod vero deest ad scuta quinquaginta populani uti singuli dare sponderunt. Et sane paupertati Parœciarum opitulari posse per Beneficiorum unionem decrevit Tridentinum *Sess.* 21. *Cap.* 3. *de Reform.*, & in hanc causam unionem fieri jussit S. Congregatio *in Sabinen Unionis* 16. *Junii* 1788., & *in Nullius Nonantulæ Erectionis Parœciæ*, & *Unionis* 12. *Februarii* 1803. In re vero nostra non erit facienda unio Beneficii, sed portio tantum reditum assignanda, quæ in jure decimandi consistit. Reditus beneficii annua scuta *octoginta* attingit, & ex decimis scuta *decem* quotannis percipiuntur. Nulla habet onera Missarum, Patroni,

ni, dum nunc vacans est Beneficium, huic cessioni libenti animo assentiuntur; ita ut cessio hujusmodi facienda sit non in perpetuum, sed usque dum alia suppetant media ad congruam Parochi constituendam. Non desunt quoque exempla applicationis legatorum una cum reductione Missarum ut in *Spoletana* 18. *Decembris* 1790. Ignoratur quot missæ ex quatuor legatis celebrandæ sint. Nam Emus Episcopus hoc unum exponit, quod Missæ celebrantur ratione fructuum; monet tamen quod exiguus Missarum numerus erit relinquendus, ne Parochus oneribus gravetur; Præ oculis quoque habendæ erunt ædes Parrochiales. Censet Emus Antistes has constitui posse in demuncula, quæ pertinet ad legatum *Vitelli*, quæque, cum fatiscat, restaurari poterit ex scutis *quinquaginta*, quæ ex fructibus legatorum sunt pro Missis in præteritum non celebratis.

Dubium proponitur.

An, & quomodo providendum sit curæ animarum in Oppido S. Mariæ in casu &c.

Scribatur Emo Administratori juxta mentem: Mens est, quod trasmittat fundationem Beneficii juris patronatus, curet patronorum consensum pro cessione ejusdem beneficii in congruam Parochi reservato favore eorumdem patronatu, & interim provideat, ne cura animarum detrimentum patiatur.

Sess. 25. Cap. 9. de Reform.

EUGUBINA CAPPELLANIÆ Orintia Baldinacci Beni testamento *anni* 1641. jussit hæredibus, ut scuta *quatuorcentum* erogarent in investimentum census, vel Locorum Montium, & fructus, qui ex investimento redirent = *ordina, e commanda che abbino a servire per sostentamento del Cappellano, o Cappellani per celebrazione di messe come qui sotto, qual censo da costituirsi, o Luoghi di Monte da comprarsi detta Testatrice li lascia, e lega alla Cappella del Salvatore Altare privilegiato della Casa Baldinacci esistente nella Chiesa Cathedrale per l' effetto sudetto, ed acciò con li frutti di detto Censo, o Luoghi di Monte si costituisca un Cappellano come qui sotto, qual Cappellano, o Cappellani pro tempore riscuota, ed abbia li frutti con obligo però che abbia a celebrare, o far celebrar in perpe-*

petuo , e ciascuno che pro tempore sarà Cappellano sia obligato far celebrare tre messe la Settimana = Quoad vero jus nominandi hæc præscripsit=*l' elezione poi del Cappellano ordina , e commanda detta Testatrice , che spetti alla famiglia de' Beni infrascritti suoi Eredi , ed a quelli che di detta Famiglia Eredi , e loro Discendenti sarà di maggior età con obligo però di fare perpetuamente detta elezzione de' Preti , e Chierici , che saranno pro tempore della famiglia Baldinucci . . . . . e adesso per allora , che succederà la sua morte elegge per Cappellani a detta Cappella il Signor Vincenzo , e Sig. Canonico Marco Antonio Baldinucci suoi Nipoti mentre viveranno , e ciascuno di loro viverà , e dopo la loro morte l' elezzione del Cappellano spetti come sopra da eleggersi dalla famiglia Baldinucci , venendo a mancare la qual famiglia de Baldinucci l' elezione di detto Cappellano la lascia in arbitrio dei sudetti Beni come sopra in perpetuo , commandando,che la detta elezzione sia libera , e spetti a detti suoi Eredi , e Successori senza che per tempo alcuno l' Ordinario vi possa mettere la mano.essendo il presente legato fatto per celebrazione di Messe . . . . E perchè detta Testatrice vuole , che il legato sia perpetuo , e non venghi in alcun tempo a mancare incarica gl' Infrascritti suoi Eredi , e Successori , ad avvertire , che li denari siano ben fondati .*

Nullam erectionem ab Ordinario factam fuisse constat in beneficium Ecclesiasticum. Compertum tamen est in posterioribus vacationibus Cappellanos a Primogenitis Familiæ Beni præsentatos fuisse coram Episcopo Eugubino ; scilicet *anno* 1758. Clericum Vincentium Fogli , & *anno* 1802. Sacerdotem Josephum Spigoli . Quo nuper defuncto Comes Hannibal Primogenitus familiæ Beni putans Cappellaniam hanc laicalem pro se retinere posse, cum nulli ex familia Baldinucci existant nominationem in sui favorem explevit, administrationem fundi pro Missis legati advocavit , & procuratorem Eugubii constituit qui suo nomine obligationem de implendis Missis emitteret . Ubi hæc rescivit Episcopus statim hoc decretum protulit citato Procuratore Comitis Beni = *Nominationem , ut supra factam, nullam , & irritam declaravit , nec non per modum provisionis , & sine præjudicio ad consulendum indemnitati enunciatæ Cappellaniæ , ac Sacrificiorum deputa-*

vit

vit in Æconomum ejusdem Canonicum Alexandrum Elisei, cujus favore litteras patentales in forma solita expediri jussit, & interim hoc decretum prædicto Procuratori intimari mandavit ad hoc, ut prædictus Comes Hannibal tempore a Jure Statuto ad Canonicam electionem novi Rectoris deveniri possit = Contra hæc Comes Beni preces dedit huic Sac. Congregationi, ut Decretum Episcopi revocaretur, & pro se retinere posset Cappellaniam utpote Laicalem. De quibus interrogatus Episcopus multa affert, quæ exponentur inferius, ut probet EE. PP. Decretum suum, simulque ut demonstret = *virum laicum capacem non esse obtinendi, & retinendi Cappellaniam, quæ in Cathedrali Ecclesia Eugubina ad Altare Sanctissimi Salvatoris erecta deprehenditur, & quæ licet erectionis tabulæ lateant, erectam fuisse authoritate ordinarii præsumi potest, quæque & perpetua est, & perpetuo ad Ecclesiasticos viros delata est.*

Negat Episcopus, quod Patronus se ipsum præsentare possit ad beneficium citra notam ambitus a Sac. Canonibus reprobati in assequendis beneficiis ex *Text. in Cap. Causam 6. de Rescriptis Cap. In Ecclesiam Cap, ad nostram 7. de Instit. Cap. Per nostras de jurepatronat.* Et quamquam hæc juris dispositio ita accipienda sit, ut Patronus si directe se ipsum presentare nequeat, ut ex justitia beneficium consequatur, pro se ipso quidem supplicare possit, ut ambitum declinet, & ex gratia beneficium obtineat secundum traditam cauthelam *a Panarmitano in allegat. Cap. Per nostras de jur. patron.* quam sequuntur *Lambertin. de jur. patron. part. 1. lib. 2. quæst. 8. num. 3. Piton. de controv. Patron. alleg. 54. num. 2. Rot. coram Celso decis. 20. num. 3.*; attamen hoc ipso Comes Benius erravit, quia directam sui præsentationem emisit, ut in ambitum incidisse videatur. Sed hæc eatenus obtinebunt in jure, quatenus exploratum erit in facto, quod de Beneficio Ecclesiastico agatur. Si enim res esset de Cappellania laicali, tum etiam laici, immo fœminæ possent Ceppellaniam retinere, dummodo per deputatum Sacerdotem onera Missarum præstarent, ut tradunt *Amostaz. de Causis piis Lib. 1. cap. 2. num. 40. & 51. Card. de Luc. de Benefic. disc. 180. nnm. 17. Rigant. ad Reg. 58. Cancell. num. 54.* & definivit *Sacra Con-*

Congregatio in Montis Alti Cappellanice 22. Augusti 1795.

Controversia itaque omnis redit ad factum, num Cappellania instituta ad Orinthia Baldinacci Beni sit nec ne Laicalis. Si enim videatur verum Beneficium Ecclesiasticum, tum quidem servandum erit Decretum Episcopi, qui irritam declaravit præsentationem in sui favorem a Benio emissam. Si secus compertum erit Cappellaniam esse laicalem, tum ab ipso licet laico retineri poterit.

Hæc pro Cappellaniæ laicali faciunt. Numquam erecta canonice fuit in Beneficium Ecclesiasticum, qua deficiente erectione canonica Cappellaniæ non assumunt naturam Beneficii Ecclesiastici ex *Gloss. in Clem. 2. verb. si beneficiorum de Decim. Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæst. 5. num. 40. Rota in Ariminen. Cappellaniarum 15. Aprilis 1793. §. 7. coram Emo de Bayane.* Testatrix porro expresse defendit = *che l' Ordinario vi possa mettere le mani essendo il presente legato fatto per la celebrazione delle Messe*. Legatum vero pro celebratione Missarum procul abest a Beneficio Ecclesiastico. Quamquam vero jusserit, ut prerogativa electionis daretur *ai preti, e chierici, che saranno della Famiglia Baldinacci*, attamen iis deficientibus *l'elezzione di detta Cappellania sia libera, e spetti a detti suoi Eredi, e Successori*. Quo casu in eligendi ea proposita cum non sit qualitas Ecclesiastica, cappellania prorsus laicalis videtur.

Contra hæc Episcopus contendit hanc Cappellaniam esse Beneficium Ecclesiasticum. *Jussit enim Orinthia, che si costituisca un Cappellano, il quale riscuota li frutti per suo sostentamento con obligo però, che abbia a celebrare, o far celebrare in perpetuo tre Messe la settimana. Nec nota perpetuitatis deest. Nam numquam dictum est Cappellanum movibilem esse debere. Erectio quidem jussu ordinarii in promptu non est, at eandem adfuisse merito ex lapsu tot annorum (medio enim seculo decimoseptimo accidit) præsumi potest, tum etiam ex eo, quod licet quia nominationem nullæ sint Episcopi partes juxta testamenti tabulas tamen præsentationes coram Ordinario, & confirmationes intercesserunt. Ex quo etiam arguitur continuo Sacerdotes, vel Ecclesiasticos nominatos fuis-*

se, quod alterum est ecclesiasticæ qualitatis argumentum. Et sane ipsa Testatrix, dum passivam tribuit vocationem descendentiæ Baldinacci, quam præ cæteris hoc prosequuta est honore, præcepit di fare perpetuamente detta elezzione de Preti, o Chierici, che saranno pro tempore della Famiglia Baldinacci. Si igitur in prædilectis, ac primo loco vocatis Ecclesiasticam exoptavit qualitatem, jure merito inferri poterit, id etiam in cæteris voluisse. Cum veritas tamen in pretio esse debeat tacitus præterire nequeo, neminem actu existere, qui ad hoc beneficium tamquam passive vocatus jus aliquod foveat. At non idcirco in eam sententiam descendere valeo, ut vir laicus capax esse possit obtinendi hanc Capoellaniam.

Hisce præ munere addendum puto, quod numquam Testratrix jussit hæredibus missarum celebrationem, sed eis tantum concessit electionem Cappellani, qui missas celebraret. Hinc Cappellania esse poterit laicalis respectu Patronorum, ut Ordinarius in præsentationibus sese ingerere nequeat; sed nihil impedit, quominus sit ecclesiastica respectu Cappellanorum, ut a laico retineri nequeat, ut docet *Cesar de Grass. de is.* 114. *de Præben. per tot.*, & Sac. Congregatio in *Romana* 26. *Septembris* 1797.

Dubium proponitur.

An Decretum Episcopi sit servandum, seù potius Cappellania retineri possit a Putrono laico in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

Ses.22. cap.6. de Reform.

FIRMANA REDUCTIONIS. Sacerdos Marcus Merini ex Oppido Monturani, & Parochus Petrioli duos nepotes habebat charissimos Ludovicum, & Josephum Merini, quibus semper vivens opitulatus est; & re vera Josepho, ut ad S. Ordines promoveretur patrimonium Sacrum in annuis scutis 33. ex suis bonis constituit, & moriens ambos hæredes suos nuncupavit. In-

Inter cætera legata ab eo in testamento, & codicillis anni 1798. relicta tria præcipue ad rem præsentem pertinent, scilicet: *Jure legati più ordina, e vuole, che in ogni mese, del dì che accaderà la di lui morte, gli si debba far celebrare une messa, e questa viventi li suoi Eredi Sacerdoti Nipoti possa da essi celebrarsi in quella Chiesa, o Chiese, che vorranno, purchè per altro venghino dette Messe celebrate in detto altare, o altari privilegiati, e dopo morti li detti Eredi Sacerdoti si debbano dette mensuali messe cetebrare nell'altare privilegiato della chiesa propositurale di Monturano* = Itidem *ordina, che in ogni anno, che ricorrerà il dì dell'anniversario della sua morte in detta prepositurale chiesa di Monturano gli si debba far celebrare un Officio di Messe con la dispensa di cera in ogni anno di una candela di un oncia per Sacerdote, e di mezza oncia per chierico, che interveranno a detto Officio*. Hæc in testamento; in covicillis vero jussit, *che nel caso il suo corpo fosse sepolto nella Cura di S. Maria delle grazie e di S. Gennesio di Petrioli debbano li suoi eredi pagare venti paoli al Curato pro tempore di detta Chiesa, con li quali dovrà far celebrare un Officio di Messe con la Messa cantata nel giorno, che ricorrerà il suo anniversasio con la distribuzione delle Candele nella guisa, che si è detto nell'altro Officio d'adempirsi in Monturano. Ad iscanzo poi di ogni disputa del più, e del meno di spesa, che potrebbe insorgere contro li suoi Eredi, il Curato sudetto dovrà regolarsi nell'invito de' Sacerdoti, mentre non vuole, che li suoi eredi siano molestati in verun modo, qual obligo poi vuole che venga posto in tabella*.

Testatore defuncto, & condito in Ecclesia Petrioli Hæredes scripti nequaquam adiverunt hæreditatem cum beneficio legis, & Inventarii. Verum tamen cum Parochus Marcus antequam occumberet notulam quamdam suorum bonorum confecisset, & subscripsisset, ex qua constat bona omnia mobilia, & census æstimatos fuisse ad scuta 889. 90., hinc hæredes novam fecerunt descriptionem, ut notulam a Testatore relictam cum bonis tempore mortis existentibus conferrent. Porro ex hac posteriori descriptione constitit abjectum fuisse valorem bonorum ad *scuta* 812. 90., propterea quod census cum Communitate *S. Justi* adnotatus a Testatore pro scutis 400. diminutus erat ad scuta 3 20.,

secundum edicta *Reductionum*, quę interea lata fuerunt. Alteram hæredes confecerunt descriptionem *status Passivi* in summa scutorum 1075. 97.. In hac refertur omne æs alienum testatoris, expensæ pro funere, pecuniæ pro legatis impendendæ. Tres vero partitas *status Passivi*, quæ conflant summam scutorum 800. 40. maxime observ atas velim: Prima scutorum 470. 40. *per frutti decorsi, e non pagati per anni 16. a D. Giuseppe Nepote per il patrimonio sacro costituitogli*: Alteram scutorum 270. *per legato perpetuo di due Offizj generali nell'anno colla dispenza delle candele inter præsentes uno in Monturano, l'altro in Petriolo*: Tertiam scutorum 60. *per legato perpetuo di una Messa al mese*.

Hæc gesta fuere anno 1803. Moritur interea Præsbiter Lodovicus alter ex eo hæredibus. Sacerdos Joseph superstes hæres modo reductionem postulat trium Legatorum idcirco, quia vires hæreditariæ sint impares. Interrogatus Eminentissimus Archiepiscopus exposita confirmat, & præterea addit. *Quorum interest legata pia perpetua non minui, nulli sunt, si eos excipias in genere Sacerdotes, qui celebraturi essent, & candelarum emolumenta percepturi. Præter hos ad celebrationem Missæ perpetuæ duo testatoris Nepotes Sacerdotes durante eorum vita vocantur. Sed horum alter obiit, alter is est, qui preces porrigit. Imparem vero esse supportandæ fundationi onerum perpetuorum dictam hæreditatem, cum ex collatione status activi cum passivo ad oculum pateat ab æquitate alienum non videtur, ut dicta onera reducantur*.

Si notulis transmissis standum erit; certe quidem patet quod *status passivus* in scutis 1075. 97. superet *statum activum* scutorum 812. 90. in summa scutorum 263. 07. ideoque compertum esset, quod prorsus deficiant vires hæreditariæ ad implementum cujusque perpetui legati. Quocirca non tantum reducenda essent legata, sed prorsus delenda tamquam scripta sine re hæreditaria, unde erigi possent. Sed hoc magnopere quærendum, num recte se habeat *status passivus*. De hoc multiplex est dubitandi ratio quoad tres partitas superius adnotatas, quæ præseferunt summam scutorum 800.40.

Primum enim partita illa scutorum 470. 40. *per i frutti de-*

decorsi, e non pagati per anni 16. a D. Giuseppe Nepote per il patrimonio S. constituitogli valde dubitarem, utrum a Josepho condici possit. Ipse enim hæres scriptus est a Patruo, nec hærtditatem adivit cum beneficio Legis, & Inventarii, nec constat, quod sibi jura prœservaverit. Quare confusæ esse possunt rationes, & bona, unde hæres suum creditum a patrimonio defuncti repetere nequit; ut ad *text. in l. final. Cod. de Jur. deliberand.* tradit *Rota Decis.* 44. *num.* 7. *cor. Verì*. Deinde cum inverosimile sit, quod tamdiu Joseph fructibus sui patrimonii carere potuerit; ita præsumendum est, quod aliquo modo compensatum sit creditum; maxime cum agatur inter sanguine conjunctos. Si hæc summa scutorum 470. 40. demenda esset ex *statu passivo* scutorum 1075. 97. jam diminueretur ad scuta 605. 57. ita ut *status activus* scutorum 812. 90. superaret *Passivum* in scutis 207. 33.

Sequuntur reliquæ binæ partitæ ad constituendum fundum frugiferum sc. 330. pro duobus Legatis Missarum perpetuis, nempe scuta 270. *per due Offizj generali all'anno colla dispensa delle Candele inter præsentes in Petriolo l'uno, e l'altro in Monturano*, atque scuta 60. *per una Messa al Mese perpetua*. Sed nil causæ est cur de Investimentis sollicitus sit Orator, cum adsint in Hereditate quatuor census activi summam constituentes sc. 600., quique reddunt annua scuta 26. 20. Videndum igitur prius erit an ex reditibus hæreditariis adimpleri queant legatorum onera, atque interim detenda superius recensita scuta 330., ex quo fiet, ut totus status passivus ad scuta tantum 275. 57. contrahatur. Iste enim in notula ab Oratore relicta constitutus est in scutis 1075. 97., ex quibus deductis scutis 800. 40. (nempe sc. 470. 40. Crediti Oratoris ex rationibus superius allatis, & deinde aliis sc. 330. ex nunc expositis) clare per se patet passivum nonnisi ad scuta 275. 57. conscendere. Sed statum activum exhibuit Orator in sc. 812. 90., ideo subductis sc. 275. 57., residuum hæreditarium exurgit ab omni onere liberum in scutis 537. 33. quæ pene adequant valorem hæreditariorum censuum nempe sc. 600. Qua de re cum censuum reditus ascendant ad annua scuta 26. 20., computari saltem poterunt libera in hereditate annua scuta 22., quæ operæ pretium erit perpendere, an sufficere

cere possint ad implementum Legatorum. Tria Legata implenda sunt alterum missæ unius in singulos menses, quæ ad taxam perpetuæ non plus quotannis requirunt, quam scuta *duo*, & obul. 40. Pro aliis vero duobus legatis *di un officio di Messe*, licet certa summa constitui non possit, qua major, minorve Missasum numerus pendet a Sacerdotibus, qui in iis locis esse possunt; attamen pro altero ex his legatis in Ecclesia assignavit Testator annua scuta *duo*. Quare si pro altero simili legato duplex assignatur stips in scutis *quatuor*; nonnisi annua scuta 8. 40., necessaria erunt pro omnibus Legatis perpetuis adimplendis.

Num vero fundus pro legatis deficiat, erit EE. VV. judicium.

Dubium proponitur.

An, & quomodo sit locus reductioni in casu &c.

IN-

INDEX
RESOLUTIONUM

Quæ prodierunt in Causis in S.Congregatione Concilii anno 1804. propositis.

A

Alienationem nonnullorum prædiorum S.Congregatio prævia ædictorum affixione permisit PP. Eremitis Congregationis B. Petri a Pisis Oppidi Montis Birotii, ut unica solutione præstarent contributum ipsis per sex annos imperatum in scutis annuis 250. in reparationem Ecclesiæ Parrochialis, eisdemque injunxit depositum & investimentum annuorum scutorum 50. usque ad reintegrationem capitalis alienati *in Pisauren. Beneplaciti* 4. *Februarii pag.* 23.

Alienationem Prædiorum pertinentium ad Canonicos Regulares S.Augustini, & Patres Carmelitas factam ab Archiepiscopo Urbini neglectis solemnibus, & legibus eidem præscriptis in facultatibus a Delegato Apostolico concessis; nihilominus servandam esse voluit S.Congregatio attenta necessitate alienandi, ut consuleretur publicæ annonæ, & attenta bona fide acquirentium in *Urbinaten. Nullitatis Contractuum* 18. *Augusti ad I. & II. Dub. pag.* 151.

Servandam tamen esse voluit Sextam oblatam ad unum ex fundis alienatis. *Ibidem ad III. Dub.*

Alienationem bonorum ad præbendam a Canonico Rossi possessam pertinentium improbandam censuit S. Congregatio in *Recanaten. Venditionis* 18. *Augusti pag.* 158.

Affrancationem Prædii ad Beneficium S.Mariæ de Cupernaco probavit S.Congregatio recedendo a Resolutione superioris anni, ea tamen lege, ut pretium erogaretur in investimentum ab Episcopo approbandum *in Fulginaten. Affrancationis* 24. *Novembris pag.* 197.

Applicationem legati Missarum a Nicolao Celi relicti super bonis in Territorio Frontonis existentibus decretam superiori anno a S.Congregatione favore Parecciæ ejusdem Oppidi cum onere retinendi Cappellanum *qui celebret tot sacra quot reditus ad taxam perpetuæ pro Anima Nicolai Celi*, ita in declarationem præcedentis Rescripti confirmavit eadem S.Congregatio, ut Missæ diebus præsertim festis celebrarentur ad elemosinam obolorum viginti in *Pisauren. Applicationis Hæreditatis* 18. *Augusti pag.* 145.

In associatione Cadaverum Sodalitium SSmi Sacramenti Anguillariæ proprio Feretro uti posse statuit S.Congregatio *in Sutrina* 10. *Martii pag.* 49.

B

Beneplacitum concedendum esse censuit S. Congregatio pro contractu inito inter Moniales S.Sylvestri in Capite, & Joachimum Rossi, in quo hic illis concessit dilationem ad solvendum debitum, illæ vero huic sponderunt fructus solvere ratione lucri cessantis, & damni emergentis ob probatam Proxenetarum fide prompta in investimenti occasionem in *Romana Beneplaciti* 24. *Novembris pag.* 205.

C

Canonicos honorarios substitui non posse in servitio chori statuit S. Congregatio *in Montis Politiani Servitii Chori* 4. *Februarii pag.* 31.

Cappellaniam mere Laicalem non subjacere reservationibus Apostolicis definivit S. Congregatio, ac proinde denegavit ex quatione-

nem

nem Litterarum Apostolicarum, quibus impetrata fuit Cappellania laicalis tanquam reservata Sedi Apostolicæ in *Subinen. Exequtionis Litterarum Apostolicarum* 14. *Januarii ad I. Dub. pag.* 3.

Et ob eamdem reticitam Cappellaniæ laicalis qualitatem literas Apostolicas pro *devoluto*, quas Præsbiter Moschettus ad Cappellaniam Calisti impetraverat, non esse exequendas declaravit S. Congregatio *in Firmana Cappellaniæ super exequtione Litterarum Apostolicarum* 15. *Septembris pag.* 185.

Cappellaniam Sacerdotalem *habitu* retineri non posse in Statu Clericali definivit S. Congregatio, sed dispensationem concessit, ut eam retinere posset Clericus ex Patronorum familia donec ad legitimam ætatem perveniret suscipiendi sacros Ordines *ibid. ad II. Dub.*

Cappellanias ex Testamento Alexandri Gentiloni fundatas in Ecclesia S. Mariæ Angelorum Montis Filliorani retineri non posse in statu Clericali declaravit Sac. Congregatio, & SSmo Consulendum decrevit pro concessione congrui termini Clericis Gentiloni ab Emo Episcopo præfiniendi ad effectum se idoneos reddendi ad suscipiendos SS. Ordines *in Auximana Cappellanarum* 2. *Junii pag.* 104.

Cappellaniæ curatæ erectionem ex beneficio jam pleno denegavit S. Congregatio attento dissensu Patroni *in Firmana Erectionis Cappellaniæ Curatæ* 14. *Januarii pag.* 10.

Cappellanias Constantini fundatas in Ecclesia S. Mariæ Majoris Hispelli compatibiles cum Canonicatibus Collegiatæ ejusdem Oppidi definivit S. Congregatio *in Fulginaten. Cappellaniarum* 10. *Martii pag.* 47.

Cessionem jurispatronatus Ædiculæ, & Cappellaniæ S. Francisco de Paula dicatæ factam a Patrono Josepho Claroni favore Francisci Antonii Colatrancheschi, qui plures obligationes Ecclesiæ utiles assumpsit, probavit S. Congregatio in *Ferentina Cessionis* 14. *Januarii pag.* 5.

Cessionem jurispatronatus Cappellaniæ Petriconi factam intervenientе pecunia irritam declaravit S. Congregatio, monuitque Curiam Episcopalem quæ Cappellanum a novo Patrono nominatum instituerat, cæteroquin contrahentes, ut consulerent *conscientiæ suæ in Signina Sanationis* 14. *Aprilis pag.* 62.

Cessionem jurispatronatus Cappellæ, & Sepulchri factam cum universitate bonorum probavit S. Congregatio soluto tantum pretio cæmentorum a Peritis liquidando *in Matheliceu. Beneplaciti* 12. *Maii pag.* 83.

Cessionem Jurispatronatus Beneficii probavit S. Congregatio dummodo cessionarius in forma juris valida esse obstringeret ad dimittendum intra biennium æs alienum contractum super fundis Cappellaniæ, & adimplenda omnia onera ad formam fundationis in *Florentina Cappellaniæ* 12. *Maii pag.* 89.

Comitiorum Capitularium convocationem cum interventu sex tantum Canonicorum permittendam non esse duxit S. Congregatio contra legem Constitutionum exquirentium interventum octo Canonicorum in *Auxitana Sortitionis* 14. *Aprilis ad II. Dub. pag.* 70.

Consuetudinem immemorabilem probavit S. Congregatio, ex qua Parochus *Lectoni Superioris* tenetur epulas exhibere certis anni diebus Clero Parrochiano, qui Sacris functionibus adest, ac proinde de ejusmodi jure Cleri constare definivit, eidemque manutentionem concessit *dummodo servitium prestet, in Lunen. Sarzanen. Manutentionis super bono jure* 14. *Januarii pag.* 1.

Conductionem bonorum Sodalitii SSmi Sacramenti Cavarum ultra triennium conventam sub reservatione beneplaciti Apostolici probavit S. Congregatio licet conductor ante obtentum Beneplacitum repugnaret *in Prænestina Affictus* 14. *Aprilis pag.* 57.

D

Breve dispensationis ab ætate ad beneficium obtinendum tamquam subreptitium, & obreptitium, & læsivum juris ex fundatione, & præsentatione tertio quæriti reputandum esse dixit S. Congregatio confirmata superioris anni Resolutione in *in Piscien. Beneficii* 28. *Julii pag.* 136.

Patriterque rejecit Supplicationem ex integro fignandam super dispensatione ætatis, ne prejudicium juri per tertium quæsito inferret *ibidem*.

Distributiones in processionibus lucrari posse a Canonico infirmo, dummodo non obstet voluntas fundatorum, non vero emolumenta pro associatione Cadaverum definivit S. Congregatio *in Terracinen. Distributionum* 30. *Junii pag.* 130.

Quam

Quam Resolutionem confirmavit reproposita causa *die* 28. *Julii pag.*141.

Damna Bonis mensæ Archiepiscopalis illata ob omissas necessarias reparationes, incisas arbores,& distracta Capitalia ab herede Archiep. defuncti esse reficienda definivit S.Congregatio *in Firmana damnorum* 25. *Septembris pag.*193.

E

Emphiteusim perpetuam Ecclesiæ, domus, & horituli S. Crucis jam ex Rescripto Sanctissimi Comiti de Oddis concessam, servandam esse dixit S. Congregatio, cui instante Parocho commissa fuit cognitio super exequtione Rescripti *in Perusina Emphitheusis* 10. *Martii pag.*44.

In qua quidem Sententia perstitit reproposita causa *die* 12. *Maii pag.* 76.

De Examinatorum Synodalium mala relatione, a qua Præsbyter Pelliccionus appellaverat, non constare censuit S. Congregatio *in Lucana Concursus* 23. *Decembris pag.*226.

Examinatores Pro-Synodales ab Archiepiscopo Bracharensi opportunis facultatibus munito propositos probavit S. Congregatio rejecto Capituli dissensu in *Bracharen. quoad examinatores Synodales* 10. *Martii pag.* 49.

Et hanc resolutionem confirmavit reproposita causa *die* 14. *Aprilis pag.*58.

F

Fabricam S. Petri non posse pretendere applicationem fructuum non erogatorum in celebrationem Missarum declaravit S.Congregatio,quando per hæredes non stetit, quominus Missæ celebrarentur, nec interpellati fuerunt ad implendam celebrationem in *Spoletana Reductionis Onerum,& Applicationis fructuum* 15. *Septembris ad II. Dubium pag.* 188.

I

Irregularitatem contractam a Diacono Trojanelli ex vulneribus fratri illatis dispensandam esse censuit S.Congregatio attenta pœnitentia peracta, emendatione vitæ, & utilitate obventura Ecclesiæ ex promotione ipsius Diaconi *in Nullius Montis Casini Irregularitatis* 12. *Maii pag.*75.

Ab irregularitate dispensandum esse Diaconum Ghareri censuit S.Congregatio cum jam elapsum esset sexennium, & morum emendatio, gratia Principis, reconciliatio partis sequuta fuerit *in Squillacen. Irregularitatis* 30. *Junii pag.*117.

Irregularitatem contraxisse censuit S. Congregatio Subdiaconum Bruni, qui non impedivit occisionem ejus, cum quo inimicitias habebat, nec esse ab ea dispensandum, nisi daret majora signa pœnitentiæ *in Tropien. Irregularitatis* 15. *Decembris pag.*225.

Ab irregularitate dispensandum non esse censuit S. Congregatio Joannem Soares Roque, qui cum falsis dimissorialibus proprii Episcopi ordines minores suscepit omissa prima tonsura, & majores non servatis interstitiis *in Aucirensis Irregularitatis* 30. *Junii pag.* 126.

Jubilationis indultum concessit S.Congregatio Canonico Cotronea, qui quadragenariam servitium interrupit, cum ex terremotu desertum fuerit Ecclesiæ servitium, quique præcedentes fallentias supra quadragenariam metam unius anni prorogato servitio compensavit *in Melitensis Jubilationis* 18. *Augusti pag.*163.

L

Legatum Missarum ab Elisabeth Commandini relictum non esse abrogandum statuit S.Congregatio in *Senogallien. Oneris Missarum* 30. *Junii pag.*117.

Sub Legato Mobilium venire etiam res pretiosas, & pecuniam confirmando præcedentis anni resolutionem definivit S.Congregatio in *Firmana Legati* 14. *Januarii pag.* 5.

Literæ Apostolicæ vide *Cappellania*.

M

Massæ communis divisionem a Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Pontiani petitam, denegavit S. Congregatio *in Nullius Trium Fontium Massæ Capitularis* 4. *Februarii pag.*33.

Missarum eleemosinam pro Legato relicto a Dominico Clerichetti, qui hæredibus præstationem legati injunxerat,augendam esse definivit S. Congregatio ab Emphitheutis bonorum ejusdem Clerichetti, qui se se obstrinxerant ad præstanda omnia onera ab ipso relicta in *Firmana Augumen-*

menti elee mosinæ Missarum 15. Septembris pag. 171.

Pro Missis inadimpletis absolutionem concessit S.Congregatio, dummodo celebrarentur omissa Sacra pro rata singulis annis infra quinquennium in *Ravennaten. Reductionis 28. Julii ad II. Dub. pag. 135.*

Missarum onera longæva observantia exequuta implenda esse definivit S. Congregatio quamquam non bene constaret de legitima fundatione *in Collen. Onerum 15. Decembris pag. 228.*

Missam pro Populo per turnum applicandam esse a Mansionariis Cathedralis Patavinæ, penes quos residet cura actualis animarum definivit S.Congregatio *in Patavina Missæ pro Populo 14. Aprilis pag. 67.*

O

Ad obsequia matrimonialia compulit S.Congregatio Geltrudem Belpasso confirmata A. C. Sententia in *Nullius S.Martini Obsequiorum Matrimonialium 28. Julii pag. 140.*

P

Pareciæ dismembrationem rejecit S. Congregatio, sed Incolis consulendum esse per deputationem Cappellani Curati cum facultate administrandi Sacramentum Baptismi, & associandi cadavera in *Asculana Dismembrationis 4. Februarii pag. 21.*

Probavit S.Congregatio dismembrationem a Paræcia S.Faustini regionis *Turris Laurenzettæ*, & ejusdem unionem Pareciæ Castri Collis assignatis annuis scutis viginti in fundis Pareciæ S. Faustini *in Tudertina Dismembrationis 24. Novembris pag. 211.*

Parrochialis Ecclesiæ reparationem S. Congregatio definivit præstandam esse pro duabus tertiis partibus sumptuum a Communitate Montis Prandonis, quæ ex inveterata consuetudine ad hoc onus tenebatur *in Ripana Reædificationis Ecclesiæ 10. Martii pag. 53.*

Suspensionem concursus ad vacantem Pareciam S.Mariæ *di Rio Sacro* Castri Aquæ Caninæ jam ex indulto diei 13. *Augusti anno* 1800. concessam,ut reditus in restaurationem ædium Parrochialium erogarentur, prorogandam esse censuit S.Congregatio ad aliud octennium a die expirati indulti absque spe ulterioris prorogationis in *Camerinen. prorogationis Indulti 2. Junii pag. 109.*

Similemque prorogationem pro Fabrica Ecclesiæ Parochialis cum Lege deputandi Œconomum indulsit in *Perusina prorogationis Indulti 28. Julii pag. 135.*

In reparationem Ecclesiæ, ædiumque Parrochialium probavit S. Congregatio suspensionem Paræciæ S.Faustini, ut deputato Œconomo superextantes reditus erogarentur in Fabricam *in Tudertina Suspensionis Provisionis Paræciæ 24. Novembris pag. 215.*

Præbendæ Theologalis erectionem fieri mandavit S.Congregatio etiam ex vacanti Canonicatu de jure patronatu Laicorum in *Maceraten. Præbendæ Theologalis 14. Januarii pag. 12.*

Privationis Cappellaniæ pænam ab Episcopo Signino per sententiam inflictam Clerico Paschali Attiani, qui licet bis, & tertio monitus, numquam in habitu, & tonsura incesserat servandam esse decernit S.Congregatio *in Signina Cappellaniæ 30. Junii ad I. Dub. pag. 122.*

Rursus statuit, ut servaretur collatio ejusdem Cappellaniæ ab Episcopo facta *ibidem ad II. & III. Dub.*

Et tandem removendum esse censuit Administratorem pendente lite deputatum, dummodo constaret coram Ordinario de implemento onerum *ibidem ad IV. Dub.*

Quas Resolutiones confirmavit reproposita causa *die 15. Septembris pag. 180.*

Professionem religiosam a Josepho Schelini emissam inter Eremitas B. Petri a Pisis ob corruptelam Novitiatus,aliasque causas de nullitate reprehensam, validam declaravit S.Congregatio *in Pisauren. seu Anconitana Nullitatis Professionis, & Renunciationis 15. Septembris ad I. Dub. pag. 180.*

R

Reducendam esse declaravit S. Congregatio Missam quotidianam cum onere coadiuvandi parochum a Nicolao Morelli relictam constituto fundo in tot locis Montium, quæ post testamentum decreverunt, ut nimirum donec augerentur fructus tot Missæ ad elemosinam obolorum triginta celebrarentur quot reditus,firmo remanente onere coadiuvandi Parochum *in Spoletana Reductionis Onerum, & Applicationis fructuum 15. Septembris ad I. Dub. pag. 188.*

Re-

Reductionem Missarum rejecit S. Congregatio quamvis fundus Cappellaniæ decrevisset, cum constiterit hæredes teneri ad supplementum in *Romana Reductionis* 24. *Novembris pag.*219.

Reductionem Missarum denegavit S.Congregatio pro legatis implendis a Capitulo *Norbarum*, cum non constaret de diminutione fundi, qui ad singula legata pertinet in *Velitern. Reductionis* 4. *Februarii pag.*21.

Reductionem Missarum rejecit S.Congregatio, immo cogendum esse statuit Cappellanum ad redditionem rationis super diminutione fundi Cappellaniæ, atque ad manutentionem Bonorum *in Nullius Leprignani Reductionis* 2. *Junii pag.* 95.

Reductionem Missarum denegavit S.Congregatio, cum constaret reditus uberiores esse oneribus *in Ravennaten. Reductionis* 28. *Julii ad I. Dub. pag.* 135.

Reducendum esse censuit S. Congregatio servitium Chori Archipresbyteri Collegiatæ Oppidi *Allerani*, cum emolumentum par oneri non haberet in *Civitatis Castellanæ Servitii Chori* 18. *Augusti pag.*145.

Reductionem servitii chori potius quam Missarum faciendam esse censuit S.Congregatio attento augumento eleemosinæ in *Polensis Reductionis* 18. *Augusti pag.*165.

Renunciationem a Novitio factam intuitu Religiosæ professionis nullo modo resolvi declaravit S. Congregatio, si firma manente professione novitius ex indulto Apostolico clausstra monasterii deseruerit, proindeque immissionem ad bona renunciata denegavit *in Pisauren. seu Anconitana Nullitatis Professionis, & Renunciationis* 15. *Septembris ad II. Dub. pag.* 180.

S

Subsidiorum Dotalium cumulum concessit S.Congregatio Sororibus Paparozzi tamquam pauperibus Consanguineis fundatoris in sc. 150. pro unaquaque sine præjudicio directe vocatarum, si quæ interim supervenerint in *Romana Dotium* 24. *Novembris pag.*206.

Ut inopiæ Collegii Beneficiatorum, & Clericorum Beneficiatorum S.Laurentii in Damaso consuleret S.Congregatio eidem indulsit suspensionem collationis duorum beneficiorum Choralium, & unius Clericatus vacantium ad decennium incipiendum a die Rescripti 15. *Septembris an.*1804. vac. non suspensionem alterius beneficii choralis, & duorum Clericatuum primo vacandorum, & tandem suspensionem Missarum lectarum juxta votum Regiæ Celsitudinis Emi Vice-Cancellarii duraturam donec vacarent dicta tria beneficia tantum si tamdiu necessitas perdurabit in *Romana* 15. *Septembris pag.* 171. *&* 15. *Decembris pag.*228.

Suspensionem applicationis Missæ Conventualis jam ad decennium concessam Beneficiatis S.Mariæ in Trunstyberim ex indulto diei 20. Septembris 1794., prorogandam esse censuit S. Congregatio ad aliud decennium a die expirati Indulti, & prævia absolutione ob neglectum in præteritum investimentum ad formam præcedentis Indulti, investienda esse jussit annua scuta 40. in reintegrationem fundi, & dimissionem æris alieni *in Romana Prorogationis Indulti* 15. *Decembris pag.* 225.

Suspensionem ab Episcopo Melevitano inflictam Laurentio Farrugia Religioso professo Magistralis obedientiæ S. Ordinis Hierosolimitani servandam esse dixit S.Congregatio, cum Farrugius dolo malo Melitam reliquerit, ut ab alieno Episcopo ordines susciperet in *Melevitana Suspensionis* 4. *Februarii ad I. Dub. pag.*26.

Nec eidem rehabilitationem concedendam esse statuit nisi peracta pœnitentia, & commendato ab Episcopo *ibidem ad II. Dub.*

T

Translationem Legati Missarum concessit S.Congregatio ob difficultatem inveniendi Sacerdotem, qui ad destinatam Ecclesiam accederet, firma tamen celebratione in diebus festis ad formam fundationis in *Ravennaten. & Forolivien. Translationis legati Missarum pag.*39.

Translationem Missæ ex fundatione destinatæ in Rurali Ecclesia Riparum, dissentiente parocho negavit S. Congregatio in *Senogallien. Translationis* 14. *Aprilis p.* 57.

Translationem Missæ a Parochiali *Montanasii* ad aliam *S. Floriani* a Marchionissa Besozzi petitam denegavit S. Congregatio, quippe quæ erat allatura Populo incomodum in *Lauden. Translationis* 12. *Maii pag.* 85.

Transactionem super juribus Parrochialibus inter PP. Oratorii Spoleti, & Parochum S.Gregorii initam probavit S.Congregatio *in Spoletana Transactionis* 14. *Januarii p.*1.

U

Unionem duorum Canonicatuum quoad reditus tantum permisit S. Congregatio ad quinquennium, ut interea vindicaretur capitale scutorum quatuorcentum ad Canonicatus pertinens in *Spoletana Unionis* 2. *Junii pag.* 95.

Voluntatem Joannis Baptistæ Roman ex Villa *Selvi*, qui ex pretio bonorum hereditariorum tot missas celebrandas jusserat, ita esse commutandam decrevit S. Congregatio, ut erogatis scutis 27. in celebrationem 150. Missarum ad formam Testamenti, superextans summa investienda esset ad effectum tantum erogandi fructus in celebrationem Missæ ad auroram in Populi ipsius Villæ comodum omnibus diebus festis etiam reductis cum applicatione ad formam ejusdem testamenti in *Tridentina Commutationis voluntatis* 24. *Novembris pag.* 197.

FINIS.

INDEX
CONCLUSIONUM.

Quæ adnotatæ sunt in Foliis Causarum anni 1804.

ALIENATIO

ALienari possunt bona Ecclesiæ, ut pauperibus succurratur, *pag.* 149 §. *Contra*.
Alienatio bonorum Ecclesiasticorum fieri potest x necessaria causa neglectis solemnitatibus, si periculum sit in mora, *pag.* 149. *ibid.*
Censura *Extravagantis ambitiosæ* extenditur etiam ultra alienationes, de quibus in littera Constitutionis agitur, *pag.* 199 §. *Quamquam*.
Et protenditur ad omnes contractus, in quibus Ecclesia læsionem ferre potest, *ibid.*
Si alienatio, fieri debet ex causa necessaria, ut ajunt, necessitate juris, tum valet contractus etiam sine beneplacito, *ibid.*
Alienationem sapit locatio bonorum ultra triennium, & in ea necessarium est beneplacitum, *pag.* 209. §. *At*.
Nisi agatur de Fundo ultra triennium locari solito, *ibid.*
Sed solitum hujusmodi probari debet per locationes minus solemnes per annos saltem quadraginta observatas, *ibid.*

BENEFICIUM

Vide Patronus, Unio.

BENEPLACITUM

Si in contractu reservatum fuerit Beneplacitum, nec præfinita dies, intra quam esset impetrandum, neque conventa resolutio contractus, nisi intra certum tempus impetraretur; semper firmus manet contractus, si Beneplacitum superveniat, *pag.* 54. §. *Ne locatio*.
Non impetrato Beneplacito integrum est Ecclesiæ a contractu recedere, *ibid.*
In Confessione debiti præexistentis necessarium non est beneplacitum, *pag.* 199. §. *Quamquam*.

CANONICUS

Canonicus esse non potest sine præbenda, *pag.* 31. §. *Quamquam*.
Canonici honorarii, cum non habeant præbendam, proprie non sunt Canonici, *ibidem*.
Servanda tamen est consuetudo, per quam Canonici honorarii substituuntur in servitio Chori ab aliis Canonicis, *pag.* 31. §. *Ponderandum*.
Canonici infirmi distributiones percipiunt ac si præsentes essent, *pag.* 130. §. *Præstat*.
Non tamen percipiunt distributiones, quæ juxta testatorum voluntatem debentur tantum actu interessentibus, *pag.* 130. §. *In reliquis*.
Nec emolumenta præsentibus distribuenda pro associatione cadaverum, *ibid.*

CAPPELLANIA

Cappellaniæ indoles deducitur ex fundatione, ut laicalis sit, si talem Fundator esse voluerit, *pag.* 2. §. *Clericus*, & *pag.* 103. §. *Defensor*.
Cappellania censetur laicalis ubi deficit erectio ab Ordinario facta in Beneficium Ecclesiasticum, *ibidem*.
Cappellania est laicalis quamquam ab Ordinario erecta sit in beneficium Ecclesiasticum, si hæc erectio facta sit contra formam fundationis, *ibidem*.
Ex contraria observantia immutari potest qualitas laicalis Cappellaniæ, *pag.* 2. §. *Nunc*.
Collationes, & institutiones in Cappellania facta a Sede Apostolica, vel ab Episcopo per spatium quadraginta annorum immutant qualitatem laicalis Cappellaniæ, *pag.* 2. §. *Clericus*.
Solutio taxæ Seminarii, & Spolii præbet conjecturam, quod Cappellania sit Ecclesiastica, *pag.* 2. §. *Nunc*.

Si ex fundatione collatio data sit laicis patronis per instrumentum tantum, Cappellania censetur laicalis, *pag.* 103. §. *Defensor*.

In Cappellaniis, quæ ex fundatione vere laicales comperiuntur, & Fundator nullum fecerit præceptum, ut Cappellani *per se*, & non *per alios* celebrarent verbum *Sacerdoti* stat *demostrative* ad designandum munus exercendum, non *qualificative* ad indigitandam qualitatem Sacerdotalem Cappellani, *pag.* 103. §. *Defensor*.

In Cappellaniis laicalibus non inest onus Cappellanis suscipiendi S. Ordines, nisi id expresse voluerit Fundator, aut injunxerit, ut Cappellani *per se* celebrarent, *ibid.*

Si in fundatione præscripta sit lex, ut Cappellanus dum ad legitimam ætatem pervenerit ordines suscipiat, censetur Cappellania Sacerdotalis *habitu*, *pag.* 103. §. *Nec*.

Præsertim si Cappellanis ad legitimam ætatem perventis, & Sacerdotium non suscipientibus pœna caducitatis inflicta non sit in Fundatione, *ibid.*

Cappellania Laicalis non subjacet reservationibus Apostolicis, *pag.* 184. §. *Mercurius*.

Cappellaniam laicalem retinere possunt laici, & fœminæ, & deputare Sacerdotem, ut Missas celebret, *pag.* 240. §. *Negat*.

CENSUS

Census disdicta nunciata non legitimo Ecclesiæ procuratori nulla est, *pag.* 97. §. *ad formam*.

Ubi agitur de Capitulo, seu Collegio disdicta pro extinguendo Censu exequenda est in loco, quo Collegium, seu Capitulum congregari solet, *ibid.*

Extinctio Census fieri non potest ante lapsum duorum Mensium, quos Piana Constitutio concedit favore Creditoris, *pag.* 97. §. *Ad formam*.

Nec debitor Census potest prævertere hoc tempus duorum Mensium, *ibid.*

Si extinctio Census ab Ecclesia acceptata sit ante lapsum duorum Mensium, tum extinctio non est necessaria, sed voluntaria, & requirit solemnitates, ut valida sit, *ibidem*.

Irrita quoque est extinctio Census si despiciatur forma præscripta in Instrumento impositionis, *ibidem*.

Camerarius ex Constitutionibus Ecclesiæ deputatus ad exigendum, non habet facultatem extinguendi Censum, *pag.* 97. §. *Præterea*.

Et irrita est extinctio ab eo acceptata in consulto Capitulo, *ibidem*.

Irrita quoque est extinctio Census facta in *Cedulis* proxime reprobandis, *ibidem*.

Nam dolo, & consilio fraudandi facta videtur extinctio in cedulis hujusmodi, *ibid.*

Et Creditor enormiter læditur ex hujusmodi extinctione, *ibidem*.

Ubi irrita sit extinctio Census tum habetur pro vigenti, & fructus debentur, ac si extinctus non fuisset, *pag.* 98. §. *Quandoquidem*.

CHORUS

Ex rigore juris per se & non per alium præstandum est servitium Chori, *pag.* 31. §. *Quamquam*.

Ex æquitate tamen inductum est, ut qui sunt de Capitulo possint se invicem substituere, *pag.* 31. §. *Quamquam*.

Non ultra a Choro vacari potest quam per tres Menses, *pag.* 69. §. *Ex Tridentino*.

Servantur tamen Constitutiones, quæ brevius vacationum tempus præscribunt, *ibid.*

CONFIRMATIO

Sacramentum Confirmationis cum caractherem, ut Baptismum, imprimat nonnisi sub conditione iterari posse videtur, *pag.* 126. §. *Videant*.

DOS VIDE SUBSIDIA DOTALIA

EPISCOPUS

Tenetur ex jure, ut quilibet usufructuarius, & beneficiorum possessor ad reparandæ ædificia, aliaque bona Mensæ Episcopalis, *pag.* 190. §. *Primum*.

Id quod præcipue jubet Constitutio Leonis X. *Supernæ Dispositionis*, *ibid.*

Ac proinde tenetur ad damna ob neglectas reparationes, *ibid.*

Non potest incidere arbores ex bonis Mensæ Episcopalis, quæ pertinent ad proprietatem non ad usumfructum, *pag.* 192. §. *Quartum*.

Neque potest repetere pretium meliorationum factarum in bonis Mensæ Episcopalis, quia tamquam factæ ex fructibus Beneficii non acquiruntur Prelatis, sed Ecclesiæ *pag.* 193. §. *Ex his*.

Episcopus immutare nequit leges primævæ fundationis *pag.* 230. §. *imparem*.

EXAMINATORES PRO-SYNODALES

Reiiciendi sunt illi Examinatores Pro-Synodales, a quorum electione dissentit Capitulum *pag.* 48. §. *Ubi*.

Si

Si vero constet de irrationabili dissensu Capituli tum S. Congregatio eo minime obstante probare solet Examinatores ab Episcopo propositos *ibidem*.

Potest eligi in Examinatorem etiam, qui nullo gradu est decoratus *pag.* 48. §. *Nimius*.

DEVOLUTIO IN BENEFICIALIBUS

Devolutio est pœna secordiæ Patronorum in præsentando *pag.* 81. §. *Prætera*,

Patroni laici repelluntur a jure præsentandi post expiratum quadrimestre a die vacationis beneficii *pag.* 81. §. *Falsum*.

Quadrimestre currere incipit non a die, quo vacuum factum est beneficium, sed a die scientiæ, quam de vacatione habuit Patronus *ibidem*.

Si jus præsentandi pertineat ad Collegium, vel Universitatem, scientia singulorum non nocet, sed ea tantum quæ habita est a Collegio congregato *ibidem*.

Si presentationes factæ sint extra tempus, sed approbatæ ab Episcopo cum clausula *si & in quantum*, videntur admissæ, & Ordinarius juri suo renunciasse *pag.* 81. §. *Prætera*.

A devolutione excusat justa causa, & bona fides *ibid.*

FABRICA S. PETRI

Habet privilegium sibi applicandi fructus Pii Legati non erogatos in celebrationem Missarum *pag.* 187. §. *Alterum*.

Sed debet interpellare hæredes, ut doceant de implemento *ibid.*.

Si per hæredes non stetit, quominus Legatum Pium impleretur locus non est applicationi fructuum favoce R. Fabricæ *ibid.*

INFIRMUS

Vide Canonicus.

INTERSTITIA

Vide Ordines.

IRREGULARITAS

Non contrahitur nisi in casibus in jure expressis *pag.* 124. §. *Ad Ordines*, *pag.* 220. §. *Non constat*.

Contrahitur per homicidium voluntarium *pag.* 71. §. *Quamquam*.

Cum Promovendis ex homicidio voluntario contracta non dispensatur *pag.* 72. §. *Nihilominus & pag.* 222. §. *Quandoquidem*.

In dubio contracta censetur irregularitas *pag.* 71. §. *Quamquam*.

Quando homicidium accidit ex opere præter voluntatis intentionem attenditur num quis dabat operam rei illicitæ *ibidem*.

Tunc enim homicidium voluntarium si non in effectu, saltem in causa reputatur *ibidem*

Contrahitur irregularitas ubi quis alterum ad homicidium instigaverit *pag.* 111. §. *Quamquam*.

Qui armatam militiam sequtus est, si nemi[illegible]em mutilaverit, vel occiderit immunis videtur ab irregularitate juxta nonnullorum Canonistarum opinionem *pag.* 123. §. *Multa*.

Alii tenent irregularem esse qui militiæ nomen dedit, armatus in bello servivit, stipendia meruit, & expeditionibus militaribus interfuit *ibid.*

Maxime si in Sacris est constitutus *pag.* 221. §. *Quamquam*.

S. Congregatio aliquando censuit dispensatione indigere, qui Sæculari militiæ adscriptus arma tulit, licet neminem interfecerit, aut mutilaverit *pag.* 123. §. *Multa*.

Qui potuit liberare hominem a morte, & non liberat, eum occidit *pag.* 220. §. *Non constat*.

Qui ex justitia tenebatur impedire homicidium, & non impedivit contrahit irregularitatem *ibid.*

Nam habetur pro causa morali homicidii, & etiam est punibilis ex jure civili *ibid.*

Secus vero si ex sola charitate poterat impedire homicidium *ibid.*

Ut concedatur dispensatio ab irregularitate requiritur quod lapsum sit decennium a patrato crimine, vel saltem triennium cum emendatione vitæ *ibidem*.

Confert plurimum ad dispensationem obtinendam commendatio Episcopi *pag.* 126. §. *Videant*.

Deficiente compositione Fisci, & Partis numquam concedi solet dispensatio ab irregularitate, *pag.* 71. §. *Quamquam*, *& pag.* 222. §. *Quandoquidem*.

JUBILATIO

Jubilationis indultum non conceditur, si quadragenarium servitium interruptum sit, *pag.* 162. §. *Profecto*.

JUSPATRONATUS

Acquiritur Juspatronatus per augumentum dimidiæ Dotis, *pag.* 110. §. *Remota*.

Jus patronatus directa venditio est omnino illicita, & reprobatur a Tridentino, *pag.* 34. §. *Jus-*

§. *Iusquidem* , *pag.* 61. §. *Duplici* , *& pag.* 87. §. *Cum* .

Nam Juspatronatus est spiritualitati adnexum , & ideirco vendi non potest citra Simoniam , *pag.* 61. §. *Duplici* .

Ita ut venditor incidat in censuras & uterque contrahens ipso facto privetur jure patronatus , *ibidem* .

Cessio onerosa , & correspectiva Patronatus sapit venditionem , *pag.* 87. §. *Cum* .

Potest tamen jus patronatus vendi non per se tantum singulariter sumptum , sed quodammodo accessorie , si venditur universitas bonorum , cui annexum est quoque jus patronatus , *ibidem* .

Quando conditiones correspectivæ cessioni jurispatronatus tendunt in utilitatem Ecclesiæ , & levamen ægentis patroni , vel Cappellani , tum aliquando pro casuum circumstantiis S. Congregatio probavit cessiones hujusmodi correspectivas, *pag.* 88. §. *Sed* .

LEGATUM

Quando legata est certa quantitas legatum restrictum censetur ad illam quantitatem , *pag.* 217. §. *Cappellanus* .

Legatum pecuniæ , cujus valor variat , solvendum est juxta valorem , qui fuit tempore testamenti , *ibid.*

Legatum pium per triginta annos exequtum acceptatum videtur , *pagin.* 231. §. *Verum* .

MANDATUM PROCURÆ

Lite contextata , vel habita pro contestata non potest revocari mandatum Procuræ , nisi interpellato contradictore , *pag.* 189. §. *Nihil* .

M I S S A

Missam pro populo applicare tenentur ii , qui actualem , non qui habitualem curam exercent , *pag.* 65. §. *Eo redire* .

Unica Missa pro Populo applicanda est in Ecclesia Parochiali licet multi sint , qui curam actualem habent , *pag.* 66. §. *Quandoquidem* .

Ob missas in præteritum neglectas absolutio remota bona fide non conceditur , *pag.* 132. §. *Hæc* .

Attenta paupertate illius , qui missas celebrare omisit conceditur aliquando absolutio , *ibidem* .

Reductio Missarum *vide Reductio* .

Translatio Missarum *vide Translatio* .

MONACHUS

Quidquid acquirit Monachus non sibi sed Monasterio acquirit , *pag.* 113. §. *Eo redit* .

Non potest Monachus , & alius quilibet Regularis erogare pecunias a se acquisitas , nisi de consensu Superioris , & in usus ab eo præscriptos , *ibidem* .

OBSERVANTIA

Observantia coactiva in actibus facultativis non inducitur, nisi præcesserit coactio , & aquiescentia , *pag.* 50. §. *Hisce* .

Observantia triginta annorum favore pii legati parit obligationem in futurum , *pag.* 231. §. *Rerum* .

ORDINES

Tridentinum præscribit , ut ordines conferantur iis , qui jam sint confirmati , *pag.* 124. §. *Ad Ordines* .

Sed nullo juris Canonici loco cautum est , ut irregularis, aut suspensus sit , non confirmatus ante susceptos ordines , *ibid.*

Qui per saltum ordines suscipit , & non ministrat in ordine suscepto incidit in suspensionem , numquam vero contrahit irregularitatem , *pag.* 124. §. *Præterea* .

Minores Ordines ex præscripto Tridentini de gradu in gradum suscipiendi sunt , *ibid.*

Controversia est inter Canonistas , num in suspensionem incidant , qui præpostere minores Ordines suscipiunt . *ibid.*

Receptior tamen Sententia est , suspensione irretiri etiam eos , qui promoti sunt ad majores ordines neglectis minoribus , sive omnibus , sive uno tantum , & etiam prima Tonsura , *ibid.*

S. Congregatio censuit rehabilitandum esse saltem ad cauthelam Clericum , qui præpostere minores Ordines suscepit , *ibid.*

In promotione ad Ordines minores servanda quoque sunt interstitia , *pag.* 125. §. *Accedit.*

Sed hæc interstitia inter minores ordines definita non sunt , & possunt ex consuetudine conferri uno eodemque die , *ibid.*

Ordines majores suscipi debent post decursum anni a susceptione postremi gradus , *ibidem* .

Ob non servata interstitia ordinatus suspenditur ab exercitio ordinis posterius illegitime suscepti , *ibid.*

Tempora a jure præstituta ad suscipiendos S. Ordines sunt in Sabbathis quatuor temporum , aut in Sabbatho Sancto , & ante Dominicam Passionis , *ibid.*

Qui ordines extra tempora suscepit non cat-

sus

suspensus ipso jure, sed est suspendendus per Sententiam, *ibidem*.

Qui falsis dimissorialibus ab alieno Episcopo ordines suscepit perinde est ac si ordines susceperit sine licentia proprii Episcopi, adeoque suspensus ipso jure est, *p.*125. §. *Falsis*.

Ordines furtive suscipit, qui dolo malo dimissoriales mentitur, & dubitatur inter Canonistas num sit irregularis, *ibidem*.

Sed probabilior sententia est, quod irregularitatem non contraxerit si in ordinibus non ministraverit, *ibidem*.

Qui cum ficto titulo, aut patrimonio ad Ordines promovetur incidit in suspensionem, *pag.*126. §. *Tandem*.

Qui absque dolo, & fraude ordines suscipiunt sine titulo, aut patrimonio non incidunt in suspensionem, sed Episcopus eos alere tenetur, *ibidem*.

ORDO HYEROSOLIMITANUS

Constitutione Gregorii XIII. *Exponi nobis nuper fecisti*, cavetur, ut si forte Hyerosolimitanus Ordo ab insula Melitæ demigrare cogeretur, Sacerdotes, & Cappellani, qui in Ecclesia Conventuali Melitensi manerent, omnino subiicerentur etiam in Spiritualibus magno Messanensi Priori, *pag.*25.§.*Episcopus*.

Ex Constitutione Pii IV. quæ incipit *Circumspecta* vulgata *die* 1. *Julii* 1560. Cappellani Magistri, Bajulivorum, Præceptorum a quocumque Catholico Antistite ordines extra tempora a jure statuta tribus diebus festivis suscipere possunt, *ibid.*

Cujusmodi tamen privilegium limitatum fuit alia Constitutione sa. mem. Benedicti XIV. *Inter illustria*, ut nempe servandum sit in ejus usu decretum Clementis VIII. & Constitutio *Impositi muneris*, *ibidem*, *& pag.* 24. §. *Ex decreto*,

Vide Regulares.

PARÆCIA PAROCHUS

Parochialis Ecclesia licet divisa sit in plures partes, quas separatim regant plures parochi; attamen una censetur, si unus sit baptismalis fons, & liber parrochialis, unum tabernaculum, & sigillum, *pag.*66. §. *Quandoquidem*.

Dismembrationem Paræciæ permittit Tridentinum *Sess.*21. *Cap.*4. *De Reform.*, quando Parochiani ita distent ab Ecclesia, ut non sine magno incomodo, & difficultate ad eam accedere possint, *pag.* 15. §. *ex iis*, *pag.* 309. §. *Tridentinum*.

Quanta esse debeat hæc distantia a Tridentino non declaratur, sed ex receptiori opinione requiritur saltem duplex milliare, *ibidem*.

Si per Cappellanum curatum, vel aliter incomodo Parochianorum occurri potest, tum non permittitur dismembratio, quæ in extremum discrimen subsidiarie adhibetur, *ibidem*.

Dismembratio tamen fieri potest etiam invitis Rectoribus, *pag.* 210. §. *Nihilominus*.

Si tamen dissensus Rectoris justa causa nitatur, plurimum sibi vindicat auctoritatis, *ibidem*.

Parrochiales Ecclesiæ fatiscentes servandæ sunt incolumes, atque instaurandæ, *p.*214. §. *Muneris*.

Parrochialis instauratio facienda primum est ex proventibus Ecclesiæ, deinde a Beneficiatis, & Patronis, tandem a Parrochianis, *pag.* 52. §. *Quamquam*, *pag.* 213. §. *Cum*.

Tenetur etiam Communitas si ex longæva consuetudine hoc onus habeat, *pag.* 52. §. *Quamquam*.

Deficientibus tamen aliis mediis S. Congregatio concessit suspensionem provisionis Paræciæ, ut deputato Œconomo superextantes reditus erogarentur in reparationem Ecclesiæ, *pag.* 213. §. *Cum*.

Vel indixit Parocho congruam pensionem ad reparandam Ecclesiam, *pag.*214. §. *Duo*

Vel jussit impositionem Census super bonis Parrochialibus ratatim extinguendi cum reditibus Paræciæ, *ibidem*.

Quæ a Tridentino Sess. 21. Cap. 7. præscripta sunt de reparatione Ecclesiarum parrochialium, ea quoque locum habent in restaurationibus ædium, quas Parochus incolit, *pag.* 108. §. *Quæ*.

Parrochialis Ecclesiæ necessitati succurrendum est etiam per unionem beneficiorum, *pag.*8.§. *Ut*, *& pag.* 137. §. *Hæc*.

Nec non applicatione legatorum cum reductione Missarum, *ibidem*.

Parochus, si in titulum perpetuum Paræciam obtinuerit, si curam independenter exerceat, si examen subeat, censetur habere curam actualem, *pag.* 66. §. *Ad hæc*.

PATRONUS

Non potest citra notam ambitus se ipsum in beneficiis præsentare, *pag.* 240. §. *Negat*. Potest tamen pro se ipso supplicare, *ibid. Vide* Unio.

PENSIO

Pensio non potest imponi Ecclesiis Parrochialibus *quæ summam ducatorum centum secundum eorum annuum valorem* non excedunt, *pag.* 232. §. *Postquam*.

Ita ut etiam si superveniat fructuum parrochialium diminutio potest Rector petere diminutionem pensionis, quamvis illam initio acceptaverit, *ibidem*.

Si tamen diminutio pendeat ab incerto eventu, tum respicitur ad tempus impositionis, *ibidem*.

Et reiicit onus in Rectorem, ut probet diminutionem fructuum, *ibidem*.

PRÆBENDA

Pro theologali præbenda designandam esse præbendam primo vacaturam præscribit Tridentinum, *Sess.* 5. *Cap.* 1. *de Reform. pag.* 11. §. *Dum*.

Præbenda autem theologalis de jure patronatus laicorum confertur non per concursum, sed ad præsentationem Patroni, dummodo presentatus ab Examinatoribus approbetur, *pag.* 12. §. *Verum*.

Præbenda Theologalis libere collationis conferri debet Doctori in S. Theologia magis idoneo, & in concursu approbato ab Examinatoribus, *pag.* 11. §. *Dum*.

PROFESSIO RELIGIOSA

Causas super nullitate Professionis Religiosæ *ex Constit.* s. me. Benedicti XIV. *Si datam* cognosci, & definiri debent ab Ordinario, & Superiore regulari, *pag.* 175. §. *Defensor*.

In processu super nullitate Professionis Religiosæ citandus est Defensor Monasterii, in quo Professus vota religiosa emisit, *ibidem*.

Præterea examini subiiciendus est Professus, qui nullitatem suæ professionis accusat, *ibidem*.

Neglecta forma in Benedectina Constitutione præscripta nullitate laborat processus iterumque est conficiendus, *Ibidem*.

Professio Religiosa nulla est, si negligantur ea, quæ de jure præscripta sunt pro forma Novitiatus, *pag.* 174. §. *Quinquam*.

Ex Decretis Clementis VIII. Novitiatus explendus est in Conventu Apostolica authoritate designato ad tyrocinium explendum, *ibid.*

Dispensatio a Pontifice obtenta super loco Novitiatus non tenet, nisi per Breve expedita sit, *ibidem*.

Ex Text. *in Cap. non solum de Regul.* & ex Tridentino *Sess.* 25. *Cap.* 15. *de Regul.* professio fieri non potest nisi elapsus sit annus integer a susceptione habitus, *ibid.*

Omissio Scrutinii ante Professionem religiosam non irritat de jure ipsam Professionem, *pag.* 177. §. *Conditiones*.

Constitutiones Sixti V. *Cum omnibus*, & Gregorii XIV. *Circumspecta* præscribunt sub pœna nullitatis, ut ante professionem religiosam præmittatur scrutinium de ætate moribus, de deliberata animi voluntate, & conditione illius, qui professionem religiosam emittere vult, *pag.* 174. §. *Subreptionem*.

Sed Constitutiones hujusmodi redactæ fuerunt ad viam juris ex posteriori Constitutione *Clementis VIII. in Suprema*, *pag.* 177. §. *Conditiones*.

Ubi Constitutiones Ordinis præscribunt Scrutinium ante professionem religiosam non inducunt nullitatem, nisi munitæ sint *Decreto irritanti*, *ibidem*.

Si Novitius tempore novitiatus semper habitum retinuit, & mansit sub obedientia Superioris non interrumpit Novitiatum, si aliquando annuentibus Superioribus extra Locum novitiatus vagaverit, & pernoctaverit, *pag.* 177. §. *Conditiones*.

REGULARES

Ex Decreto Clementis VIII. Superiores Regulares concedere dimissoriales possunt suo Subdito Regulari ad Episcopum tamen Diœcesanum nempe illius monasterii, in cujus familia subditus Regularis ad ordines promovendus positus fuerit, *pag.* 24. §. *Ex*.

Si vero Episcopus Diœcesanus abfuerit, vel non esset habiturus ordinationes, tum ad quemcumque alium Catholicum Episcopum S. Sedis gratiam & comunionem habentem easdem dimissorias dirigere valent, *ibidem*.

Dummodo tamen Regulares de industria concessionem dimissoriarum non distulerint in id tempus, quo Episcopus Diœcesanus val abfuturus, vel nullas esset habiturus ordinationes, *ibidem*.

Ex Constitutione Benedicti XIV. data die 27. Februarii 1746., quæ incipit *Impositi nobis* firma servantur privilegia concessa a Sede Apostolica Ordinibus Regularibus, ut eorum Alumnis concedere queant Litteras dimissoriales ad quemcumque catholicum Antistitem, dummodo hujusmodi privilegia post Tridentinum Concilium, & ipsis ordinibus nominatim, atque de recto,

recte, non autem per communicationem concessa fuerint, *ibidem*.
Vide Ordo Hyerosolimitanus.

RESIGNATIO

Resignatio Beneficii fieri potest ante latam privationis Sententiam, *pag.* 121. §, *Tertium Dubium*.

REDUCTIO

Non conceditur reductio reductionis *pag.*217. §. *Idcirco*.
Si post concessam reductionem nova supervenit calamitas, qua fundus diminuatur tum insolens non est, ut nova reductio concedatur. *Ibidem*.
Aucta eleemosina Missarum si emolumentum sit impar oneri conceditur reductio *p.* 19. §. *Tum*.
Diminuto annuo reditu concedi solet reductio *pag.*91. §. *Postulatur*.
Si fructus beneficii uberiores sint oneribus numquam conceditur reductio *pag.* 132. §. *Veruntamen*.
Denegatur reductio legati Missarum, si Testator universam hæreditatem oneravit licet eam a primævis opibus decreverit *pag.* 160. §. *Sed*.
Non conceditur reductio legati per contractum acceptati *pag.*164. §. *Agitur*.
Maxime si per longum tempus exequtum fuerit *ibidem*.
Si vero probetur, quod contractus ab initio redoleat læsionem tum est locus reductioni *ibidem*.
Ob auctam eleemosinam, quæ olim sufficiens erat conceditur reductio legati etiam per contractum acceptati *p.* 164. §. *Verum*.
Locus non est reductioni quando hæredes supplere tenentur *pag.* 186. §. *Primum*.
Si fundus est *taxative* relictus locus non est supplemento, sed reductioni *ibidem*.
Ubi legatum incipit ab assignatione fundi, & deinde procedit ad designationem oneris legatum censetur *taxativum ibidem*.
Reducitur onus Servitii chori quando non habet par emolumentum *pag.* 144. §. *Cum*.
Si in fundatione Missæ præcedunt cæteris oneribus, tum reducuntur potius alia onera, quam Missæ *pag.* 164. §. *Verum*, *& pag.*187. §. *Quatenus*.
Reducitur applicatio Missæ Conventualis ad dies festos ob tenuitatem Præbendarum *pag.* 169. §. *Deinde*, *& pag.*224. §. *Profecto*.

RENUNCIATIO

Renunciationes bonorum, quæ fiunt a Novitiis ante professionem religiosam ex Tridentino *Sess.*25. *Cap.*16. *de Regul.* effectum non habent, nisi sequpta professione religiosa *pag.*177. §. *In altero*.
Controversia est, utrum firma manente professione religiosa resolvatur nihilominus renunciatio, si professus ex Indulto Apostolico secularizationis dimittat habitum *p.*178. §. *Potius*.
Si renunciatio non est abdicativa, & facta sit intuitu ingressus in Religionem tum resolvitur per egressum a Religione *ibid.*
Nam per egressum e Religione mutatus est rerum status sub quo facta fuit renunciatio *ibidem*.
Votum vero paupertatis non impedit, quominus Professus, qui ex indulto Apostolico ad sæculum rediit possit saltem quoad usumfructum bona renunciata vindicare *ibidem*.
Si vero renunciatio facta sit intuitu professionis religiosæ, tum substantiatur ex sequuta professione, & irresolubilis evadit *p.*179. §. *Verum*.
Nam ex Secularizatione non infirmatur Professio religiosa, & votum paupertatis, quod in suo manet robore, quamvis Professus claustra deserat *ibid.*
Secus tamen est si Professus ad Episcopatum ascendit, quo casu ex scripto in corpore Juris privilegio favore Episcopalis Ordinis percipere potest usumfructum tantum eorum bonorum, quæ Renunciatariis acquisita non sunt, reservata suæ Ecclesiæ proprietate *p.*179. §. *Quæ*.
Nam licet firma maneant vota religiosa in eo, qui ad Episcopatum ascendit; attamen capax fit possidendi nomine suæ Ecclesiæ *ibid.*
Et ita explicantur auctoritates, quæ in hac controversia hinc inde afferuntur *ibid.*

SEPARATIO THORI

Gravissimæ causæ requiruntur, at thori separationem decernendam *p.*138. §. *Nisi*.
Remota justa causa compellenda est mulier divertens a viro ad obsequia præstanda *ibid.*
Sevitiæ, & odium irreconciliabile Viri sunt justæ causæ Separationis Thori *ibid.*
Si prudens timor sit periculosam futuram cum viro cohabitationem, justa quidem hæc causa est, cur mulier divertat, & ab eo thorum separet *p.*139. §. *Odium*.

Se-

Sevitiæ in judicio civili probantur etiam per declarationem juratam Mulieris *p.* 138. §. *Ad duo*.

Et etiam per testes consanguineos, & exceptionibus obnoxios *ibid.*

Unica tamen percussio nec atrox a viro illata mulieri, causam separationi thori non præbet *p.* 140. §. *Utrumque*.

SODALITIUM

Sodalitium statim ac fuerit canonice erectum habet jus associandi cadavera cum proprio feretro ubi ab hæredibus defuncti sit invitatum *p.* 50. §. *Hisce*.

SUBSIDIA DOTALIA

Dotes ex fundatione assignatæ in causam nuptiarum spiritualium dandæ non sunt pro nuptiis temporalibus *p.* 207. §. *Quominus*.

Ex contraria tamen observantia legi Fundationis derogari potest *ibid.*

Certum si contemplatum sit genus personarum cui danda sint subsidia, aliæ Puellæ extra genus contemplatum exclusæ videntur *ibid.*

Nam inclusio unius est exclusio alterius *ibid.*

Sed si in fundatione verbis taxativis genus aliquod personarum non sit contemplatum, tum ceteræ personæ exclusæ non videntur *ibidem*.

Censetur enim, quod genus contemplatum habeat prælationem, ita ut deficientibus de hoc genere reliquæ Puellæ non excludantur *ibid.*

Si concurrant consanguineæ fundatoris, & pauperes, tum S. Congregatio solet his concedere cumulum subsidiorum *ibid.*

Dummodo tamen prius solvantur dotes jam aliis collatæ *p.* 206. *Quandoquidem*,

TRANSLATIO

Translatio Missarum secumfert commutationem voluntatis *p.* 56. §. *Trans latio*.

Maxime si Testator certam designavit Ecclesiam, in quam precipua ejus ferebatur devotio *ibidem*.

Semper denegatur translatio Missarum ubi populi incomodum secumfert *p.* 84. §. *Si*.

UNIO

Unio concedi numquam solet Beneficio pleno, & dissentiente Rectore *p.* 9. §. *Sed*.

Consensus Patroni requiritur in unionibus *ibidem*.

Ejusque dissensus quatenus justus sit impedit unionem *ibidem*.

Ut concedatur unio beneficiorum requiritur necessaria causa, & consensus eorum quorum interest *p.* 93. §. *Duo*.

VOLUNTAS

Voluntatis Defunctorum commutatio numquam conceditur nisi subsit justa, & necessaria causa *p.* 110. §. *Remota*.

Nam quæ ad certum usum sunt destinata pia largitione fidelium ad illum debent non ad alium converti salva Sedis Apostolicæ authoritate *p.* 196. §. *Ex Jure*.

Vide. Translatio Missarum.

USURA

Procul ab usura illicita abesse videtur conventio fructuum ex Credito pecuniario loco damnorum, & interesse, probata in ipso contractu prompta occasione investiendi per attestationem Proxenetarum *p.* 204. §. *Negat*.

Nam qui pecuniam solet in aliquam negociationem erogare potest percipere aliquid titulo ejus quod interest *ibid.*

Et potius titulus legitimus ejus quod interest deduci debet in contractum, quam inire cambium obliquum *ibid.*

FINIS.

THESAURUS RESOLUTIONUM SAC. CONGREGATIONIS CONCILII

Quæ consentaneè ad Tridentinorum PP. Decreta, aliasque Canonici Juris Sanctiones

MUNUS

SECRETARII EJUSDEM SAC. CONGREG.

OBEUNTE

R. D. P. EMANUELE DE GREGORIO

Prodierunt in Causis sub annum 1805.

PROPOSITIS

Episcopis, eorumque Vicariis, Causarum Patronis, ac aliis in Ecclesiastico Foro versantibus apprimè utilis, ac necessarius.

TOMUS LXXI.

TRIPLICI

INDICE LOCUPLETATUS.

ROMÆ MDCCCVI.

Apud Lazarinum Rev. Camer. Apost. Typographum

INDEX
ALPHABETICUS CAUSARUM

Quæ in Sac. Congregatione Concilii propoſitæ fuerunt anno 1805. per Diœceſes diſpoſitus.

A

Æsina Impedimenti 23. Novembris *p.*195.
Æsina Reintegrationis 19. Januarii *pag.*3. & 27. Aprilis *pag.*72.
Anconitana 20. Julii *pag.* 144.
Anconitana Dismembrationis, & Reintegrationis 17. Auguſti *pag.* 167.
Asculana Paræciæ 25. Maii *pag.*107.
Aveirensis Irregularitatis 25. Maii *pag.*111., & 22. Junii *pag.* 112.
Auximana Ædificationis Eccleſiæ 17. Auguſti *pag.*157.

B

Balneoregien. Indulti 16. Februarii *p.*48., & 30. Martii *pag.*51., & 20. Julii *pag.*147.
Balneoregien. Translationis 20. Julii *pag.*154. & 17. Auguſti *pag.*157.
Brigantien. Habilitationis, & Dispenſationis 30. Martii *pag.*56.

C

Camerinen. Sanationis, & Applicationis 30. Martii *pag.*60.
Caurien. Jubilationis 30. Martii *pag.*58.
Cingulana 25. Maii *pag.*109.
Civitatis Caſtellanæ Applicationis 27. Aprilis *pag.*92., & 25. Maii *pag.*95., & 23. Novembris *pag.*209.
Civitatis Caſtelli Reductionis 27. Aprilis *pag.*86.
Cornetana Translationis, & Unionis 22. Junii *pag.*113.

E

Eugubina Cappellaniæ 19. Januarii *pag.*1.
Eugubina Reductionis 30. Martii *pag.*67., & 27. Aprilis *pag.*75.
Eugubina Viſitationis 7. Septembris *pag.*178.

F

Fabrianen. Præbendæ Theologalis, & Pœnitentialis 27. Aprilis *pag.*72.
Fanen. 23. Novembris *pag.*203.
Fanen. Irregularitatis 22. Junii *pag.*133., & 20. Julii *pag.*137.
Fanen. Suspenſionis Miſſarum 30. Martii *pag.*63., & 27. Aprilis *pag.*71.
Faventina Permutationis 19. Januarii *pag.*27. & 16. Februarii *pag.*29.
Ferentina Reædificationis Eccleſiæ 25. Maii *pag.*109.
Feretrana Juris Sepeliendi 14. Decembris *pag.*217.
Feretrana Permutationis 16. Februarii *pag.*49. & 30. Martii *pag.*51.
Firmana 23. Novembris *pag.*211., & 14. Decembris *pag.*213.
Firmana 14. Decembris *pag.*225
Firmana Reductionis 19. Januarii *pag.*1.
Fulginaten. Reſignationis 14. Januarii *pag.*22.

H

Hortana Unionis 16. Februarii *pag.*43.

L

Lauretana Exemptionis 30. Martii *pag.*52.
Lunen. Sarzanen. Beneficii 14. Decembris *pag.*213.

M

Mathelicen. Beneplaciti ſuper Declaratione Reſcripti 22. Junii *pag.*129.
Melphicten. Irregularitatis 4. Decembris *pag.*228.

Messanen. Montis Pietatis 16. Februarii *p.*29.
Montis Alti Cappellaniarum 16. Februarii *pag.*35., & 17. Augusti *pag.*161.

N

Nullius Sublacen. Residentiæ 7. Septembris *pag.*193., & 23. Novembris *pag.*195.

P

Perusina Cadaritatis 14. Decembris *p.*219.
Perusina Congruæ 16. Januarii *pag.*40.

R

Recanaten. Jubilationis 23. Novembris *pag.*202.
Romana 23. Novembris *pag.*210., & 14. Decembris *pag.*213.
Romana Alimentorum 19. Januarii *pag.*1., & 30. Martii *pag.*51., & 27. Aprilis *pag.*71.
Romana Census 16. Februarii *pag.*34.
Romana Jurium Parocchialium 7. Septembris *pag.*186.
Romana Legati Missarum 25. Maii *pag.*95.
Romana Reductionis 25. Maii *pag.*104.
Romana Subsidii Dotalis 19. Januarii *pag.*2[illegible]
Romana Suspensionis Nominationis 17. Augusti *pag.*169.
Romana Transactionis 20. Julii *pag.*137.
Romana Translationis 22. Junii *pag.*135., & 20. Julii *pag.*137.
Romana Translationis 7. Septembris *pag.*192. & 23. Novembris *pag.*[illegible]

S

Sabinen. Suspensionis Nominationis 25. Maii *pag.*112., & 22. Junii *pag.*113.
Senogallien. 14. Decembris *pag.*229.
Senogallien. Distributionum 22. Junii *pag.*130., & 23. Novembris *pag.*208.
Senogallien. Impedimenti 17. Augusti *p.*162.
Senogallien. Permutationis 20. Julii *pag.*152., & 27. Augusti *pag.*157.
Sutrina Concordiæ 19. Januarii *pag.*10.
Sutrina Reductionis 14. Decembris *pag.*222.

T

Terracinen., & Setina Transactionis 22. Junii *pag.*125.
Tolentinaten. Reductionis Canonis 7. Septembris *pag.*182.
Tropien. Irregularitatis 20. Julii *pag.*147.
Tudertina Reductionis, & Absolutionis 27. Aprilis *pag.*89., & 25. Maii *pag.*95., & 17. Augusti *pag.*170., & 7. Septembris *pag.*175.
Tudertina Reductionis, & Translationis 17. Augusti *pag.*171., & 7. Septembris *p.*175.
Turritana 27. Aprilis *pag.*76., & 7. Septembris *pag.*176.

V

Veronen. Irregularitatis 19. Januarii *p.*25. & 16. Februarii *pag.*29.
Urbinaten. 22. Junii *pag.*120.
Urbinaten. Nullitatis Contractuum 8. Septembris *pag.*175.

FINIS

Die Sabbathi 19. Januarii 1805. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

EUGUBINA CAPPELLANIÆ. *Ses.25. cap.9. de Reform.*

An decretum Episcopi sit servandum, seu potius Cappellania retineri possit a Patrono laico in casu &c.

Affirmative ad primam partem. Negative ad secundam.

FIRMANA REDUCTIONIS. *Ses.22. cap.6. de Reform.*

An, & quomodo sit locus reductioni in casu &c.

Negative in omnibus.

ROMANA ALIMENTORUM. Antequam Clemens Lovatti religiosam professionem emitteret inter Canonicos Regulares SSmi Salvatoris Majoris Congregationis Rhenanæ renunciationem omnium bonorum fecit Francisco Antonio Lovatti patri suo solemni stipulato instrumento die 8, Septembris anni 1796. in quo cautum fuit = *Che il Signor Francesco Antonio Lovatti suo Padre sia tenuto di dare al pre-* *Ses.22. cap.6. de Reform.*

 det-

detto D. Clemente l'annuo vitalizio livello di scudi sessantaquattro Romani da paoli dieci per scudo di semestre in semestre, che uscendo esso R. D. Clemente Lovatti dalla sua Congregazione, e Religione all' effetto di conseguire qualche Canonicato, o Benefizio residenziale in tal caso sia tenuto lo stesso suo Signor Padre di accrescergli il sudetto annuo Vitalizio Livello sino alla somma in tutto di annui scudi cento Romani.

Haud latet EE. PP. Clementem querelam nullitatis Religiosæ Professionis detulisse ad Episcopum *Isaurien-sem*, qui delegatas facultates Romæ exercebat inter publica rerum discrimina. Interea dum hæc nullitas cognoscebatur, Clemens pellexit puellam Annam Mariam Ravieli perjuriis inductis testibus super *statu libero*, ut cum ea solemni ritu matrimonium contraheret, ab eaque filium suscepit. Cum vero causa super nullitate Religiosæ professionis A SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO huic Sac. Congregationi esset delegata, coactus fuit Franciscus Antonius Lovatti Pater ad subministrationem alimentorum ex Pontificio Rescripto diei 14. *Maii* 1800. Instituta vero questione hujus nullitatis in hac Sac. Congregatione subjectus fuit Clemens interrogatoriis coram emeritissimo Antecessore meo nunc Cardinali amplissimo Gabrielli, & ad *Articulum* 48. aperte fassus est = *Non sapere la Signora Marianna Ravieli, che io fossi legato da voti religiosi, ed io glie lo tenni sempre occulto, temendo che ella sapendolo negasse di prendermi in consorte.*

Deliberata causa censuit Sac. Congregatio validam omnino esse religiosam Professionem a Clemente factam simulque jussit, ut deleretur partita matrimonii ex Codice Parochiali, & animadverteretur in testes de *statu libero* rogatos, ut patet ex Foliis hujus causæ *diei* 18. *Septembris* & 18. *Decembris* 1802. Cum vero Marianna ab hac Sac. Congregatione per *Memoriale* alimenta postulasset, EE. PP. sub eadem die 18. *Decembris* 1802. rescripserunt = *Ad D. Secretarium qui omnibus juris, & facti remediis compellat Franciscum Antonium Lovatti ad præstationem alimentorum decursorum usque ad præsentem diem, in reliquis provideat prout de jure.* Hisce facultatibus auctus hujus causæ cognitionem assumpsi & tandem die 28. *Septembris proxime præteriti* Sententiam protuli in qua reservata mihi causæ cognitione super alimentis decur-

cursis usque ad diem 18. *Decembris* 1802. (pro quibus dati, acceptique erunt a Perito calculatore expungendæ rationes) statui = *competere Mariannæ Ravieli jus consequendi alimenta a D. Clemente Lovatti super ejus livello sibi reservato occasione ingressus in Religionem &c. ad rationem scutorum quinque pro quolibet mense a dicta die* 18. *Decembris* 1802. *usque in præsens, & in futurum, præter alia scuta tria pro iisdem alimentis usquequo filius stetit pœnes dictam actricem*, & mandatum in hanc causam relaxavi *perpetuum executivum contra Franciscum Antonium Lovatti, ejusque bona uti debitorem dicti livelli spectantis, & sui favore reservati a D. Clemente*.

Reclamante Francisco Antonio & Clemente Lovatti ad Emum Præfectum fecit hic eisdem potestatem, ut adversus latam Sententiam sua jura deducerent in Sac. Congregatione. Cum ex facultatibus a vobis tributis prout de jure consulere deberem alimentis Mariæ Annæ Ravieli in futurum præstandis censui juris dispositione inspecta huic actionem competere adversus Clementem Lovatti pro alimentis.

Ut enim vobis exponam quibus fundamentis hęc Sententia innitatur ex facto mihi constitit Clementem Lovatti dolo malo se talem Mariæ Annæ præbuisse, ut cum eo matrimonium rite contrahi posse crederet. Nam ipse de matrimonio contrahendo ægit postquam quærelam nullitatis religiosæ professionis ad Judicem Ecclesiasticum deduxerat, itaut dolo fecit, si antequam judicium hoc absolveretur, matrimonium contraxit. Deinde ipse Clemens fatetur se occultasse Mariæ Annæ vota Religiosa, quibus erat obnoxius, ne ejus animum a nuptiis abalienasset. Tandem ipse falsos induxit Testes, ut *statum liberum* probaret, & veniam nubendi a Superioribus subriperet. Hæc manifestum faciunt dolum Clementis, ut abduceret puellam ad ineundas nuptias. Contra vero Maria Anna bona fide non caruit. Quidquid enim sit, num ex rumore vulgi audisset Clementem votis religiosis innodatum esse; hoc certum est, quod ipsa Matrimonium inivit, postquam venia Superiorum accessit, ex qua omnia rite se habere præsumere poterat.

Quod si stuprum committitur, quoties mulier illecta spe futurorum Sponsalium sponte copiam sui facit, multo

magis cum non consentiente, sed sub falsa causa, & errore matrimonii legitime contracti quis dolo malo eam ludibrio habet. Quare Clemens, qui hæc fecit teneretur ad dotem *ex Cap.* 1., & 2. *de Adulter & stupro* ut quilibet Clericus in Sacris constitutus, qui ordinem occultavit, ut virginem vitiaret, quemadmodum tradunt *Pirhing. in jus Canon lib.* 5. *tit.* 16. *numer.* 48, *Reinfestuel. ibid. num.* 32. Nec si Clemens tamquam professus careat bonis, quæ Patri renunciavit, idcirco eximitur ab onere dotandi. Nam cum sibi reservaverit livellum, ad scuta centum augendum, quatenus Religiosum habitum exueret, ex hac præstare poterit Mariæ Annæ alimenta, quæ in locum dotis succedant. Hæc vero alimenta in scutis annuis sexaginta constitui. Vix enim, ut nunc sunt tempora, victum ex hac summa sibi comparare poterit. Nec si Clemens aliud quam scuta *sexaginta quatuor* habeat ex livello percipienda, idcirco aut ab obligatione præstandi alimenta eximitur, aut in minori summa erant constituenda. Nam prætereo, num evenerit casus ut livellum ad scuta centum adaugeri debeat prout conventum fuerit in casu egressus a Religione, profecto si Clemens ex jure obligatus est ad alimenta, si Maria Anna hanc actionem exercere potest non hoc quærendum est, num Clemens habeat sufficientes ad vitæ sustentationem redditus, ab omni labore & industria independentes, sed potius an habeat unde suæ obligationi faciat satis. Hæc igitur alimenta in annuis scutis *sexaginta* jure Maria Anna repetit a die 18. *Decembris* 1802. quo die ab hac Sac. Congregatione definitum fuit rite factam fuisse professionem religiosam, & matrimonium irritatum. Ex quibus etiam censui ut Mariæ Annæ deberentur alia scuta tria in singulis mensibus pro alimentis filioli, quem apud se retinuit.

Quamquam vero Maria Anna in judicium vocasset quoque Franciscum Antonium Lovatti Clementis parentem; attamen eumdem directe non teneri ad alimenta putavi. Non quidem *jure actionis*, quia non constat matrimonium hunc probasse. Non *jure Sanguinis*, quia inter Mariam Annam & Franciscum Antonium intercedit tantum affinitas ex illicito coitu, adeoque ad alimenta non tenetur: Non tandem *ex facto filii* quia Pater ex delicto, vel quasi a Filio patrato non te-

tenetur §. *Si Filius Familias Instit. de obligat. quæ ex quasi delict. nascun.* . Sed quoniam Franciscus Antonius obligatione erga filium suscepit, ut ei *livellum*, ut vocant, quotannis solveret, idcirco eamdem indirecte condemnandum censui ad alimenta præstanda ex hoc livello, cum compertissimi juris sit Patrem pro obligationibus a filio contractis teneri *peculio tenus*, hoc est pro quantitate peculii, quod a patre profectum ad filium pertinet ut ex *Text.* §.4. *instit. Quod cum eo & Leg.6. & 9. ff. de pecul. Heinec. Element jur. civil. lib.4. tit.7.* §. 1220. Pro alimentis vero filiolo debitis ipse tenetur, cum sit Avus, & habeat sub potestate nepotem . Reque vera jam illum ad suam domum avocavit, & nunc alimenta præstat . Quare pro tempore, quo pænes Matrem stetit alimenta subministrare debet.

Utrinque impressa distribuetur *allegatio* . Defensor Clementis Lovatti totus est, ut demonstret Clementem procul esse a dolo, quia putabat irritam religiosam professionem, & Mariam Annam scivisse vota religiosa . Hæc in facto . In jure vero quod stuprum commissum non sit, ubi matrimonium intercessit, & sponte Mulier se viro dedit . Quanti hæc valeant vestrum erit judicium .

Deliberandum proponitur .

An Sententia R. P. D. Secretarii sit confirmanda, vel infirmanda in casu &c.

Affirmatfve ad primam partem, donec Clemens solvat Mariæ Annæ Ravieli dotem a D. Secretarie præfiniendam, & Negative ad secundam .

ÆSINA REINTEGRATIONIS . Postremis tabulis anni 1749. scriptis Maria Anna Moriconi hæredem proprietariam (nam usumfructum legavit viro suo Philippo Carboni) instituit *l'anima mia in suffragio della quale &c. voglio che si eriggano due Cappellanie &c. colla Messa quotidiana in cadauna Cappellania lasciando il Jus di nominare li Cappellani al Paroco pro tempore della Chiesa Parrochiale di S. Pietro nel-* *Sess.23. cap.9. de Reform.*

nella Città di Iesi. Quello poi frutteranno di più li beni solamente esistenti nella Città di Jesi, e spettanti alla detta mia Casa Moriconi voglio, che resti in tutto, e per tutto a beneficio della sudetta Chiesa. Successio hujus hæreditatis Moriconi delata est ad Parochialem Ecclesiam S. Petri ab anno 1760., & inde usque in præsens Parochi pro tempore nomine Ecclesiæ hanc hæreditatem semper administrarunt. Nam qui tempore delatæ successionis erat Parochus Sacerdos *Cristophorus Bastianelli* in possessionem ivit bonorum hereditariorum, solemne inventarium confecit, cum creditoribus transegit, stipendium sibi, suisque successoribus pro gerenda administratione assignari curavit; veniam apostolicam impetravit, ut pro re nata æs alienum super hæreditate imponere posset. Hoc defuncto, interim dum novus eligeretur Parochus S. Petri, concredita est administratio Præsbitero *Famelume*, quo licet repugnante restituta est novo electo Parocho Præsbitero Carolo Marcelliui, qui munus administrationis semper deiuceps præstitit.

Post publica rerum discrimina, ut posset redintegrari Seminarium Æsinum temporum injuria dispersum, Sacratissimus Princeps ratus *Seminarium esse domicilio satis amplo, & idoneo destitutum, magistrorum egens, pertenui admodum reditu sexcentorum Philipporum munitum*, ut ei expositum fuit, hisce causis motus Breve signavit *die* 2. *Septembris* 1800., in quo eidem Seminario addixit bona Præsbiterorum Oratorii, nec non taxam imperavit scut. 250. ex Ærario Publico, aliamque pariter annuorum scutorum *biscentum quinquaginta* ex hæreditate Moriconi contribuendam. Cum Parochus Marcellini hanc taxam solvere detrectasset ex Rescripto SSmi *diei* 4. *Augusti* 1803. injunctum fuit Emo Caprara tum Antistiti Æsino, ut = *Remoto ab Administratione hæreditatis Moriconi Parocho Marcellini, eamdem administrationem Deputatis, & Œconomo Seminarii conferat, atque attribuat cum omnibus facultatibus, itemque eumdem Marcellini cogat ad reddendam rationem gestæ suæ Administrationis summarie tamen, & omni recursu, & appellatione remotis.*

Obsequens Parochus Marcellini rationes exposuit *Francisco Bonetti* a Vicario Generali deputato, qui, omnibus investigatis, tandem *die* 7. *Septembris anni* 1803. re-

retulit = *avendo il medesimo Signor Pievano Marcellini reso fedelmente conto dell'amministrazione come sopra esercitata, e costando dell'esatta condotta a tal oggetto tenuta giudico, che sia meritevole riportarne rescritto di assoluzione*. Postquam igitur ita expunctis rationibus suam fidem, diligentiamque probavit Marcellinius, tum reclamavit adversus Rescriptum *diei* 4. *Augusti* 1803., quo ab administratione hæreditatis Moriconi pulsus erat. Idcirco enim se detrectasse ajebat contributionem taxæ Seminario faciendam in annuis scutis 250· ex hæreditate Moriconi, impar quoniam ipsa huic esset oneri. Nam ex bonis hæreditariis in publico censu æstimata ad scuta 9101. 36. non plus ducto decennali calculo redibant, quam annua *scuta* 710., quæ omnia impendebantur in vectigalibus, expensis administrationis, usuris debitorum, stipendium Cappellanorum, & manutentionem Ecclesiæ. Obtinuit reapse Parrochus Marcellini per *Citationem specialem* facultatem decertandi super aperitione Oris Sed frustra. Nam iterum Seminarii deputatis reclamantibus R. P. D. Auditor SSmi = *facto verbo cum Sanctissimo mundavit reportari* Citationem specialem, quam Parochus Marcellini obtinuerat.

Nondum tamen fractus est Parochus. Novas porrexit preces SSmo, qui manu sua dignatus est mihi committere, ut eas referrem audito Episcopo. Quæ sua Sententia esset rogavi Episcopum, qui nuper plaudentibus omnibus ad Ecclesiam Æsinam evectus est meritissime. Hic consuluit deputatos Seminarii, & ipsum Parochum Marcellini & quæ, in scriptis deduxerunt, remisit. Pro sua prudentia censuit se abstinere a ferenda sententia de re, quæ ei nondum erat comperta. Attamen non repugnavit quominus concederetur Parocho *novæ Audientiæ Beneficium elargita, ut vocant, aperitione Oris*. Quare referente me die 1. *Septembris* 1804. SSmus = *prævia aperitione oris remisit causam, de qua in precibus ad Sac. Congregationem Concilii, quæ procedat auditis deputatis Seminarii, firma interim remanente executione Brevis* 2. *Septembris* 1800., & *Rescripti ab eadem Sanctitate Sua æditi per Organum Auditoris* 4. *Augusti* 1803. *usque ad exitum Causæ in eadem Sac. Congregatione cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis*. Numquam Seminarii Deputati sua jura deduxerunt, licet eisdem, ut est in more positum, imperante Sac. Congre-

gregatione Episcopus *teeminum* prefixerit. Marcellinius vero expensis impos mihi *in scriptis* multa protulit EE. VV. referenda.

Duo sane postulat Marcellinius, nempe ut reintegretur ad administrationem bonorum hereditatis Moriconi, & ut deleatur taxa, quæ ex iisdem bonis Seminario est contribuenda. Quominus utrumque cnnsequatur impedimento est tum Rescriptum SSmi *die* 4. *Augusti* 1803. quo hæc administratio a Parocho in Deputatos Seminarii translata est; tum Breve Pontificium *diei* 2. *Septembris* 1800., quo taxa scutorum *biscentum quinquaginta* Seminario contribuenda imperatur. Sed quoniam reclamante Marcellinio ex posteriori Rescripto *diei* 1. *Septembris proxime præteriti* causa hæc *prævia aperitione oris* huic Sac. Congregationi *cum omnibus facaltatibus necessariis, & opportunis* remissa est, profecto ad censuram juris hæc controversia exigenda videtur.

Quod ad reintegrationem pertinet ad administrationem bonorum hereditariorum, certe quidem hæres ab Anna Maria Moriconi instituta videtur Ecclesia Parrochialis S. Petri. Constat quidem ex testamentariis tabulis, quod heredem ipsa fecerit *l'anima sua*, & opus præscripsit pium, in quo eroganda essent bona. Voluit scilicet, ut duo erigerentur Cappellaniæ, *lasciando il Jus di nominare al Parroco pro tempore della Chiesa di S. Pietro*, & præterea *quello che frntteranno di più li beni, voglio che resti in tutto, e per tutto a beneficio della sudetta Chiesa*. Hinc semper Ecclesia illa Parochialis pro hærede, & Parochi pro tempore Administratores nomine Ecclesiæ habiti sunt, ut constat ex iis, quæ in facto deducta sunt, & incontroversis innituntur documentis. Quare nisi justus subsit titulus, cur bonis Ecclesia, administratione Parochi privati sint reintegratio concedenda videtur ad *Text. in Can. Reintegrandæ de restit. spoliat. Rota dects.* 319. *num.* 1. *cor. Caprara*.

Eo igitur redit quæstio num jure translata sit administratio in Deputatos Seminarii *ex Rescripto SSmi diei* 4. *Augusti* 1803.. Ex iis, quæ in precibus exposita fuere motus certe fuit Summus Pontifex ut Parochum administratione privaret scilicet = *che dal Vescovo pro tempore è stato solito deputarsi il Parocho in Ministro, o sia amministratore conforme appunto trovasi deputato l'attuale Parocho*. Rursus = *che fino ad ora pertina-*

nace ha ricusato il Paroco pagare l'accennata somma annuale assegnata al Seminario · Verum Marcellinius falsum esse contendit, quod Parochi S. Petri administrationem retinuerint ex deputatione Episcoporum, sed ex jure, quod ipsis testamentum dat, cui derogari non poterat, nisi justa subeunte causa. Negat porro, quod justa sit causa, si ipse contribuere neglexit taxam in Breve Pontificio imperatam. Id enim evenit ex quo bona hæreditaria hoc onus ferre non poterant, cum ex decennali calculo constet, quod reditus omnes erogentur in oneribus implendis, & manutentione Ecclesiæ. Quare si falsis expositis Rescriptum impetratum sit; profecto subreptitium est, nec exequtionem meretur, ut tradit *Rota in Maceraten. Aperitioris Oris* 24. *Januarii* 1804.

Quandoquidem EE. PP. reintegrationem concedendam censeant, inquirendum erit *de modo*. Nam Parochus postulat, ut deleatur taxa, quæ ex Pontificio Breve 2. *Septembris* 1800. contribuenda est ex hereditate Moriconi Seminario. Nam contendit quod Seminarium habet in censu bona estimata ad scuta 20906. 26., præter ea quæ satis erant ad Seminarii sustentationem dum inutilibus, ut ipse ait, parcebatur impensis, omnia possidet, quæ jam Præsbiterorum erant Oratorii S. Philippi Bona, item aliam Pensionem annuam scut. *biscentum quinquaginta*, quæ in Scholas Publicas ex communi ærario impendebantur, & tandem nunc adaucta est simbola a scutis *decem ad triginta*, quam quisque Alumnus quotannis conferre tenetur. Cum igitur ex hoc inopia Seminarii excludatur, tum si subsisteret, succurrenda esset ex taxa imponenda super omnibus beneficiis Diœcesis, ut præscribitur *ex Tridentino Sess.* 23. *Cap.* 18. *de Reform.* Cum vero unum Capitulum Cathedralis Æsinæ habeat fundos estimatos in tabulis censualibus 142373. 22., patet ex hoc facile suppleri posse ex parva omnium Beneficiatorum contributione quidquid instruendo Seminario deficit. Hæc habet Parochus Marcellini ex quibus EE. VV. deliberandum proponitur.

An, & quomodo sit locus reintegrationi in casu &c.

Dilata ad primam post Cineres omnino, & infallanter.

Ses.22.cap.11. de Reform.

SUTRINA CONCORDIÆ. Septem decim Canonici constituunt in Oppido Tulpharum Collegiatam S. Egidii, quorum *sex* primæ erectionis, *undecim* secundæ appellantur, Antiquitus enim Ecclesiam illam administrabant duo Parochi, qui decimas a populanis exigebant, sed anno 1588. cum iisdem certos fundos assignasset Communitas Tulpharum facta est prima Collegiatæ erectio, & alii quatuor adjuncti sunt Canonici, qui una cum duobus Parochis unum corpus constituerunt. Sequioribus temporibus *ab anno* 1597. *ad annum* 1747. *undecim* alii Canonici erecti fuere, eisque a piis fundatoribus inditum nomen est: Scilicet *Segni, Pisanelli, Smacchini, e Gemma, Pugnaletti, Ciancaleoni, Gruppi, tre Ambrogetti, Ripani, Pasquini.*

Non diu tamen stetit animorum concordia inter utrumque Canonicorum cætum. Anno siquidem 1628. Canonici primæ erectionis noluerunt admittere Canonicum Rasponi, qui possidebat Canonicatum *Segni* secundæ erectionis ad partecipationem distributionum Capitularium. Secus tamen decernit Episcopus *Moroni* in S. Visitatione diei 23. *Septembris ejusdem anni* 1628. jubens, ut Rasponus fieret particeps omnium emolumentorum Capitularium, simulque ut perciperet fructus ex piis legatis Capitulo factis a die erectionis Canonicatus, & viceversa hic concurreret pro sua parte in expensas Sacrarii. Sed lis non ex hoc peremta fuit. Nam renuentibus Canonicis *primæ erectionis concedere jura Canoniæ* tribus *secundæ erectionis* Canonicis *Segni, Pissanelli, & Smacchini* alterum in S. Visitatione *diei 9. Julii* 1675. decretum tulit cl. me. Card. Spinola Episcopus Sutrinus, quo pares fecit utriusque Classis Canonicos in omnibus honoribus, & oneribus. Quod Decretum licet fuerit exequtioni commissum usque ad *annum* 1692., attamen postea Canonici *primæ erectionis* reclamarunt, & Episcopus Sutrinus CiantiDecreto suo in S. Visitatione 4. *Junii* 1692. permisit, ut *per modum provisionis* res ad pristinum statum redirent. Inde silentium consequutum usque ad annum 1780. quo ad judicium coram Vicario Generali Sutrino controversiæ omnes deductæ fuere, & agitatæ, tandemque *die* 24. *Julii* 1781. Vicarius Generalis protulit Decretum, quo declaravit Canonicis secundæ erectionis *competere jus Canoniæ*, & quoad partecipationem legatorum, distributiones quo-

quotidianas, contributionem expensarum ineundam esse utrinque Concordiam intra mensem.

Quamquam Canonici primæ erectionis raclamaverint ab hoc Decreto ad A. C. Cioja, attamen postea a lite recesserunt stipulata concordia per publicum Instrumentum diei 24. *Decembris* 1782. Ex hoc patent ea, quæ superius exposita sunt simulque *viginti Capita* conventionum, quæ Canonici hinc inde acceptarunt per constitutos procuratores, quibus mandarunt *di supplicare la S. Congregazione de' Vescovi Regolari, o del Concilio per la conferma ad effetto, che abbia tutta la validità*. Capita vero conventionum hujusmodi sunt.

I. Che ammettendosi il jus della Canonia egualmente in „ tutti i Canonici di prima, e seconda erezzione tutti „ debbano considerarsi come un sol corpo, onde nelle materie, ed interessi communi risguardante la „ Chiesa, o Capitolo in genere non possano gl' uni separatamente dagl' altri formar adunanze, tener Capitoli, o far alcun atto, risoluzione, o funzione Capitolare, se non con la convocazione di tutti, e singoli li due Rettori, e Canonici indistintamente.

„ II. Che degli legati pii perpetui, e fissi fin ad ora „ instituiti, e lasciati dai particolari alla Chiesa, o al „ Capitolo in genere dopo l' erezzione del Canonicato „ *Segni* fino al presente giorno debbano partecipare „ tanto negl' emolumenti, rendite, ed onori, che „ ne respettivi pesi, ed obblighi annessi anche tutti li „ Canonici di seconda, ed ulteriori erezzioni gradatamente a misura, proporzione, e ragione delle respettive erezzioni, ed accettazioni de' Canonicati, „ cosicchè ciascuno de' Canonici debba partecipare „ de' legati pervenuti dopo l' erezzione del suo respettivo Canonicato, e così ancora partecipare tutti insieme i Sig. Rettori, e Canonici in massa commune de' legatii pii, e respettive rendite, che in qualunque modo proverranno al Capitolo, o Chiesa in „ avvenire.

„ III. Che negl' emolumenti, e rendite de' Legati pii „ instituiti, e lasciati da particolari dopo l'erezzione „ del Canonicato Segni, e di altri posteriori in appresso a favore, e carico de'Rettori, e Canonici di „ prima erezzione in particolare competa ad essi privativamente la partecipazione, con che però i Sig. „ Canonici di Seconda, ed ulteriore erezzione grada-

„ renti in servizio della Sagrestia tutti insieme i Si-
„ gnori Rettori in parte doppia, e i Signori Canonici
„ di qualunque erezzione in parte semplice debbano
„ contribuire dalla massa commune ripartitamente in
„ *diciotto parti* alla maggior spesa annuale occor-
„ rente.

„ X. Cha similmente, e con la medesima ragione di due
„ parti i Signori Rettori, e di una parte i Signori Ca-
„ nonici tutti indistintamente di qualunque erezzione
„ debbano contribuire a tutte le spese occorrenti per
„ il salario del Sagrestano, Cera della Candelora, Pal-
„ me, Ogli Santi, Carbone, ed altre necessarie non
„ meno per uso della Parrochia, che del Capitolo in
„ commune come ancora per il mantenimento, e di-
„ fesa di tutti i dritti sì capitolari, che parrochiali.

„ XI. Che contribuendo i Rettori per il doppio in tutte
„ le spese come si è detto di sopra, debbano anche per-
„ cepire il doppio delle rendite, fuorchè dell' ovven-
„ zioni manuali delle Messe cantate, ed Officiature,
„ nelle quali dovranno percepire parti uguali a tutti
„ li Signori Canonici, come si è detto al *Capitolo VI.*,
„ ed è stato solito praticarsi per il passato fra essi Si-
„ gnori Rettori, e Canonici di prima erezzione.

„ XII. Che il contributo annuale della quarta delle de-
„ cime a Monsignor Vescovo di Sutri sia totalmente
„ a carico de' Signori Rettori, e Canonici di prima
„ erezzione, quali percepiscono esse decime per titolo
„ di loro Prebenda, onde li Signori Canonici di secon-
„ da, ed ulteriori erezzioni ne siano affatto esenti, ed
„ immuni.

„ XIII. Che la celebrazione delle Messe cantate occor-
„ renti oltre quelle da ripartirsi communemente fra
„ tutti i Signori Rettori, e Canonici spetti al Cam-
„ merlengo pro tempore del Capitolo, o altro da depu-
„ tarsi, e destinarsi da lui eccettuate però le Messe can-
„ tate presente il cadavere, che dovranno celebrarsi, e
„ cantarsi da Signori Rettori, quali parimenti assenti, o
„ impediti dovranno cantarsi, o celebrarsi dal mede-
„ simo Camerlengo, o altro da destinarsi da lui.

„ XIV. Che resti privativamente ai Signori Rettori, e
„ Canonici di prima erezzione il dritto della Benedi-
„ zione delle Case, che si fà nella Pasqua di Risurrez-
„ zione salvo però sempre ogni altro dritto Parrochiale
„ in favor di tutti li Signori Canonici di seconda, ed

„ ul-

„ ulteriori erezzioni ancora indistintamente .

„ XV. Che nelle associazioni , e funerali de' defonti con
„ invito di alcun Canonico oltre il proprio Parroco
„ debba osservarsi il Turno per anzianità , e le regole
„ di alternativa fra tutti i Parrochi di qualunque erez-
„ zione , come ancora la medesima regola di partecì-
„ pazione praticata per il passato fra i Canonici di pri-
„ ma erezzione .

„ XVI. Che per l'adempimento de pesi , ed oblighi gene-
„ rali da sodisfarsi respettivamente da ciascun Cano-
„ nico graduatamente dal giorno delle respettive erez-
„ zioni de' Canonicati partecipanti come si è detto *al*
„ *numero II.*, e specialmente per la celebrazione delle
„ Messe annesse a legati pii da celebrarsi ripartita-
„ mente da partecipanti secondo la distribuzione an-
„ nuale , e Tabella , che sarà fatta per parte doppia
„ ai Signori Rettori secondo il solito, e corrispondente
„ alla partecipazione per il doppio come sopra *al uum-*
„ *mero XI.* dovrá essere incombenza del Cammerlengo
„ pro tempore invigilare diligentemente , cosicchè se
„ nel giorno 15. *Decembre* di ciascun anno riconosce-
„ rà commessa mancanza , o trascuraggine abbia la fa-
„ coltà , e debba lui far adempire o celebrare le Messe
„ a spese , e conto di chi avrà mancato , e trascu-
„ rato .

„ XVII. Che per la convocazione all'intervento nella ce-
„ lebrazione delle Messe cantate fisse in tabella debba
„ formarsi un nuovo orario in Capitolo , e che fatta la
„ descrizzione in tabella delli giorni , ed ore respet-
„ tive , che saranno prescritte ciascuno debba procu-
„ rare , e si presumerà restarne informato , onde non
„ dovrà darsi altro avviso , se non che quello del sono
„ della campana preventivo nella sera antecedente il
„ giorno prescritto , ed altro suono delle Campane
„ nel medesimo giorno , ed ora stabilita , e fissa in ta-
„ bella .

„ XVIII. Che per la convocazione poi alle Messe cantate
„ avventizie da celebrarsi tanto nella Chiesa Collegg-
„ giata , che in qualunque altra Chiesa non dovrà darsi
„ parimenti altro segno , che quello del detto suono
„ delle Campane la sera antecedente , ed altro simile
„ nel giorno medesimo all'ora prescritta , e fissa in Ta-
„ bella , ed Orario come sopra , avvenendo poi qual-
„ che occorrenza improvisa , se nella mattina medesi-

„ ma,

„ renti in servizio della Sagrestia tutti insieme i Si-
„ gnori Rettori in parte doppia, e i Signori Canonici
„ di qualunque erezzione in parte semplice debbano
„ contribuire dalla massa commune ripartitamente in
„ *diciotto parti* alla maggior spesa annuale occor-
„ rente.

„ X. Cha similmente, e con la medesima ragione di due
„ parti i Signori Rettori, e di una parte i Signori Ca-
„ nonici tutti indistintamente di qualunque erezzione
„ debbano contribuire a tutte le spese occorrenti per
„ il salario del Sagrestano, Cera della Candelora, Pal-
„ me, Ogli Santi, Carbone, ed altre necessarie non
„ meno per uso della Parrochia, che del Capitolo in
„ commune come ancora per il mantenimento, e di-
„ fesa di tutti i dritti sì capitolari, che parrochiali.

„ XI. Che contribuendo i Rettori per il doppio in tutte
„ le spese come si è detto di sopra, debbano anche per-
„ cepire il doppio delle rendite, fuorchè dell' ovven-
„ zioni manuali delle Messe cantate, ed Officiature,
„ nelle quali dovranno percepire parti uguali a tutti
„ li Signori Canonici, come si è detto al *Capitolo VI.*,
„ ed è stato solito praticarsi per il passato fra essi Si-
„ gnori Rettori, e Canonici di prima erezzione.

„ XII. Che il contributo annuale della quarta delle de-
„ cime a Monsignor Vescovo di Sutri sia totalmente
„ a carico de' Signori Rettori, e Canonici di prima
„ erezzione, quali percepiscono esse decime per titolo
„ di loro Prebenda, onde li Signori Canonici di secon-
„ da, ed ulteriori erezzioni ne siano affatto esenti, ed
„ immuni.

„ XIII. Che la celebrazione delle Messe cantate occor-
„ renti oltre quelle da ripartirsi communemente fra
„ tutti i Signori Rettori, e Canonici spetti al Cam-
„ merlengo pro tempore del Capitolo, o altro da depu-
„ tarsi, e destinarsi da lui eccettuate però le Messe can-
„ tate presente il cadavere, che dovranno celebrarsi, e
„ cantarsi da Signori Rettori, quali parimenti assenti, o
„ impediti dovranno cantarsi, o celebrarsi dal mede-
„ simo Camerlengo, o altro da destinarsi da lui.

„ XIV. Che resti privativamente ai Signori Rettori, e
„ Canonici di prima erezzione il dritto della Benedi-
„ zione delle Case, che si fà nella Pasqua di Risurrez-
„ zione salvo però sempre ogni altro dritto Parrochiale
„ in favor di tutti li Signori Canonici di seconda, ed

„ ul-

„ ulteriori erezzioni ancora indistintamente .

„ XV. Che nelle associazioni , e funerali de' defonti con
„ invito di alcun Canonico oltre il proprio Parroco
„ debba osservarsi il Turno per anzianità , e le regole
„ di alternativa fra tutti i Parrochi di qualunque erez-
„ zione , come ancora la medesima regola di partecipa-
„ zione praticata per il passato fra i Canonici di pri-
„ ma erezzione .

„ XVI. Che per l'adempimento de pesi , ed oblighi gene-
„ rali da sodisfarsi respettivamente da ciascun Cano-
„ nico graduatamente dal giorno delle respettive erez-
„ zioni de' Canonicati partecipanti come si è detto *al*
„ *numero II.*, e specialmente per la celebrazione delle
„ Messe annesse a legati pii da celebrarsi ripartita-
„ mente da partecipanti secondo la distribuzione an-
„ nuale , e Tabella , che sarà fatta per parte doppia
„ ai Signori Rettori secondo il solito, e corrispondente
„ alla partecipazione per il doppio come sopra *al num-*
„ *mero XI.* dovrá essere incombenza del Cammerlengo
„ pro tempore invigilare diligentemente , cosicchè se
„ nel giorno 15. *Decembre* di ciascun anno riconosce-
„ rà commessa mancanza , o trascuraggine abbia la fa-
„ coltà , e debba lui far adempire o celebrare le Messe
„ a spese , e conto di chi avrà mancato , e trascu-
„ rato .

„ XVII. Che per la convocazione all'intervento nella ce-
„ lebrazione delle Messe cantate fisse in tabella debba
„ formarsi un nuovo orario in Capitolo , e che fatta la
„ descrizzione in tabella delli giorni , ed ore respet-
„ tive , che saranno prescritte ciascuno debba procu-
„ rare , e si presumerà restarne informato , onde non
„ dovrà darsi altro avviso , se non che quello del sono
„ della campana preventivo nella sera antecedente il
„ giorno prescritto , ed altro suono delle Campane
„ nel medesimo giorno , ed ora stabilita , e fissa in ta-
„ bella .

„ XVIII. Che per la convocazione poi alle Messe cantate
„ avventizie da celebrarsi tanto nella Chiesa Colleg-
„ giata , che in qualunque altra Chiesa non dovrà darsi
„ parimenti altro segno , che quello del detto suono
„ delle Campane la sera antecedente , ed altro simile
„ nel giorno medesimo all'ora prescritta , e fissa in Ta-
„ bella , ed Orario come sopra , avvenendo poi qual-
„ che occorrenza improvisa , se nella mattina medesi-

„ ma,

„ ma, in cui dovrà farsi la celebrazione, come spesso
„ suol accadere delle Messe cantate de' Defonti pre-
„ sente il Cadavere dovrà il Sagrestano darne antece-
„ dentemente al suono delle Campane la notizia, o
„ avviso a ciascun Rettore, e Canonico in voce, o
„ a casa a qualche di lui domestico, al quale avviso
„ poi dovrà succedere l'altro solito del suon delle Cam-
„ pane doppo il quale ciascun dovrà intervenire, non
„ potendosi in questi casi prescrivere ora precisa, mà
„ dovendosi regolare la funzione secondo le circostan-
„ ze. Lo stesso metodo di preventivo avviso del Sa-
„ grestano, e respettivo suono di campane dovrà te-
„ nersi per l'associazioni de' Cadaveri defonti, e loro
„ funerali.

„ XIX. Che in caso di mancanza, o assenza di alcuno
„ alle Messe cantate, ed Offizi de' legati, ed obblighi
„ fissi in Tabella li mancanti, ed assenti debbano pa-
„ gare per titolo di puntatura *bajocchi cinque* nelle
„ Messe cantate parate, *e bajocchi due, e mezzo* nelle
„ Messe cantate semplici. E nell' altre avventizie es-
„ presse *nel Capitolo VI.* non debbano partecipare
„ dell' emolumento *di bajocchi novanta* nelle Messe
„ cantate parate, e *di bajocchi quaranta* nelle Messe
„ cantate semplici eccettuato il caso, e necessità, che
„ si desse per cui qualcuno o de Rettori, o de Cano-
„ nici stasse applicato all' assistenza de' Moribondi,
„ nel qual caso dovrà considerarsi come presente.

„ XX. Che finalmente in tutte le altre cose, e materie
„ ne precedenti capitoli non espresse risguardanti la
„ partecipazione distribuzioni, dritti, emolumenti,
„ pesi &c. tanto parrochiali, che capitolari debba in
„ in tutto, e per tutto osservarsi la pratica, e consue-
„ tudine per l' addietro, e finora tenuta dai Signori
„ Canonici di prima erezzione.

Ut unum petitum fuerit Beneplacitum incertum est. Nam Canonici testimonio Secretarii Capitularis confirmant statim ob eam rem preces dedisse huic Soc. Congregationi, quæ Episcopo pro *Informatione* remissæ fuerunt, sed nihil horum in *Regestis Secretariæ* reperitur. Hoc vero fatentur Canonici, quod antequam Beneplacitum impetratum esset, transactio illa fuit exequutioni commissa. Nova hinc lis super exequutione emersit. Nam Canonici secundæ erectionis præstare nolebant, quod in Cap. V. conventum fuerat, ut scilicet

Re-

Rectoribus quartam prestarent partem emolumentorum funerum *per titolo, e ragione della quarta, che i medesimi annualmente corrispondono alla mensa Vescovile in Grano*. Negabant enim Canonici *secundæ erectionis* quidquam hoc nomine tribui a Canonicis *primæ erectionis* Mensæ Episcopali, adeoque disceptata causa cor. A. C. Priocca hic edita Sententia die 26. Septembris 1786. definivit = *capitulum quintum transactionis tamquam falso titulo, & causa innixum pro annullato, & abrogato haberi voluit, atque mandavit*.

Dum ita se habebant Canonicorum controversiæ evenit, ut alter ex eis Canonicus Riccioni expleto quadragenario servitio chori postulaverit ab hac S. Congregatione Indultum jubilationis. Annuit Capitulum ea interposita conditione, ne Canonicus perciperet emolumenta Missarum solemnium, associationis cadaverum, nisi præsens interesset, prout in Capitulo IV., & VI. Transactionis fuerat definitum. Proposita hæc instantia *per Summaria Precum in Congregatione dici* 24. *Maii* 1788., rescriptum fuit = *Pro gratia arbitrio Episcopi demptis conditionibus cum solitis clausulis* = Reclamarunt tum reliqui Canonici ab hoc Rescripto, simulque postularunt, ut Transactio inita anno 1782. approbaretur deleto *Capite V.*, quod ex Sententia A. C. jam erat abrogatum. Episcopus in sua Informatione hæc habuit quoad transactionem = *Quod pactum fuit Capite quinto transactionis, deinde abrogatum fuisse agnovi per Sententiam A. C. uti falso titulo innixum. Verum in eodem Capite de juribus Episcopalis mensæ quodammodo agitur. Nam in eodem conventum fuit eidem Mensæ quartam funerum quotannis persolvi, quam mihi hactenus non fuisse persolutam indubium est; ita ne ex approbatione sententiæ latæ indefenso Promotore Fiscali jura Mensæ lædantur, obsecro EE. VV., ut quoties Instrumentum adprobandum censeant, jura ejusdem Mensæ præservare dignentur*, ex rationibus inferius recensendis. Hisce ab Episcopo acceptis rescriptum fuit die 17. *Januarii* 1789. = *Ponatur in Folio citata parte*.

Sed defuncto paullo post Canonico Riccioni inutile fuit instantiam super *jubilatione* proponere Capitulum vero anno 1794. reintegravit instantiam pro approbatione transactionis, iterumque interrogatus Sutrinus

Antistes respondit = *se numquam obstitisse, quominus transactio fieret, & beneplacitum Apostolicum obtineretur modo Episcopalis Mensæ jura super quarta funerali a Capitulo solvenda intacta maneret*. Sed postquam die 16. *Augusti* 1794. Rescriptum fuit *Ponatur in Folio citata parte* desides fuerunt Canonici, ut instantia proponeretur. Nuperis tamen hisce temporibus excitati fuerunt ex Decreto *S. Congregationis Episcoporum, & Regularium*, cui cum exploratum fuisset Canonicos Tulphenses antea exequutos transactionem, quam venia m apostolicam impetr assent, eosdem incidisse in censuras declaravit, a quibus ex altero Rescripto *diei 6. Maii* 1803. absolvit = *præfixo termino sex Mensium ad obtinendum enunciatum beneplacitum sub pœna reincidentiæ* = Nunc igitur Capitulum (impetrata *a S. Congregatione Episcoporum, & Regularium* opportuna *termini* prorogatione) citato Promotore Fiscali Curiæ Episcopalis, qui tamen semper vadimonia deserut, approbationem Transactionis anni 1782. deprecatur.

Hoc primum statuunt Canonici (qui mihi in scriptis multa deduxerunt ut ea EE. VV. referrem) in hac transactione non requiri Apostolicum Beneplacitum; tum ipsam transactionem necessariam, & æquam fuisse, tandem *Capitulum V.* si deletum fuerit Sententia A. C., nullum inde detrimentum jura mensæ Episcopalis cæpisse. Ex receptiore quidem Canonistarum Sententia *Extravagan. Ambitiosæ* sibi vindicat in alienationibus quoque de una in aliam Ecclesiam perficiendis ut *ad Text. in Cap. 1. de Reb. Eccles. non alienan. in 6.* tradit *Rota in Compostellana Permutationis 1. Decembris* 1749. §. 2. *cor. Millino*, & S. Congregatio *in Senogallien. 8. Augusti* 1801. Verum in re nostra agitur de transactione inter Canonicos ejusdem Ecclesiæ, nec alienatio ulla patratur, sed de emolumentis ipsis debitis statuitur hoc potius, vel illo modo distribuendis. Quare cum nec Ecclesia bonis privetur, nec damnum ullum ferre possit, omnino cessat ratio, quamobrem alienatio nulla præeunte venia Apostolica inter Ecclesias interdicta sit, & nullo modo requiri Apostolicum Beneplacitum tenent ad *Text. in Cap. 1.*, *& Cap. final. de pact. in 6. Scarfanton. ad Ceccoper. tit. 1. num. 20. tom. 1. Card. de Luc. de Canon. & Capit. disc. 30. num. 19.*, *Rota decis. 218. num. 3. part. 7. Recen.*, *& in Sulmonen. Juris participandi 3. Martii* 1752. §. *final. cor. Canilliac.*

Dein-

Deinde hæc transactio a Canonicis facta fuit, ita decernente Vicario Generali, qui re cognita, ad litem omnem submovendam, ad animorum concordiam revocandam decrevit transactionem esse ineundam, ut fœdere certo partirentur emolumenta, distributiones, in quibus percipiendis dissociatæ erant Canonicorum Sententiæ. Cum itaque necessaria fuerit, tum æqua omnino videtur. Consona siquidem est antiquioribus Decretis S. Visitationis Episcoporum Sutri, scilicet Moroni 23. *Septembris anni* 1628., & cl. me. Cardin. Spinola 9. *Julii* 1675. quibus Canonici secundæ erectionis ad jus Canoniæ, & ad partecipationem emolumentorum admittebantur. Quare si transactio eo pertinuit, ut pro diverso tempore, quo erecti fuerunt Canonicatus admitterentur ad legatorum participationem, ad expensarum contributum; si onera divisa pro modo fructuum percipiendorum; jam æqua videtur transactio, & hoc ipso probanda quod diuturnas, & semper reviviscentes lites penitus extinxerit.

Ita tamen Canonici probandam postulant hanc transactionem excepto *Capite V.*, quod jam abrogavit Sententia A. C. Priocca: Hoc siquidem Capite conventum fuit, ut ex communi Massa daretur Rectoribus, & Canonicis *primæ erectionis* quartam partem ex emolumentis funerum *per titolo*, *e ragione della quarta*, *che i medesimi annualmente corrispondono alla Mensa Vescovile*. Cum autem constitit Judici A.C. nil in hanc causam a Rectoribus rependi Mensæ Episcopali, idcirco pactum hujusmodi tamquam ex falsa causa initum delendum jussit. Verum Episcopus Sutrinus in sua prima Informatione hanc *Quartam* sibi debitam putat: *Semelac* inquit *in Instrumento a Canonicis unanimi consensu stipulato conventum fuit quartam partem funerum favore Mensæ esse detrahendam, evidens profecto argumentum exurgit revera eamdem quartam Mensæ deberi, proindeque esse adigendos Canonicos ad illius præstationem, adstipulantibus præsertim tum juris communis dispositione, tum consuetudine. Ex jure enim habetur, ut mortuariorum, sive legatorum, oblationem, aliorumque funeralium, quæ Ecclesiis inferioribus obveniunt quarta pars Episcopo solvatur. Ex consuetudine vero vigente in tota Diœcesi omnes Parochi præstant Episcopi quartam partem funerum, ideoque*

æquum non est, ut ab hoc onere eximatur solum Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ.

Numquam tamen Sententia A. C. definivit indebitam esse Episcopo hanc quartam, sed idcirco quia a Rectoribus, & Canonicis primę erectionis non rependebatur Episcopo decrevit delendum esse pactum illud ea causa initum, quod Rectores quartam præstarent. Episcopus vero nil aliud querit, quam sua jura pro quarta consequenda contra Rectores integra maneant. Videant igitur EE. PP. (id quod ad *modum* pertinet probandæ concordiæ) num delendum sit *Caput V.* salvis juribus Mensæ Episcopalis pro consequtione *Quartæ funerum prout, & quatenus de jure.*

Dubium proponitur.

An, & quomodo sit probanda concordia in casu &c.

Affirmative juxta modum, nempe ad formam pro nunc Judicati A. C. Priocca salvis juribus Meusæ Episcopalis pro consequutione quotæ, & salvis juribus Rectotibus, & Canonicis primæ erectionis repetendi eamdem quartam a Canonicis secundę erectionis ad formam Capitali quinti concordiæ prout, & quatenus de jure.

Sec. 22. Cap. 6. de Reform.

ROMANA SUBSIDII DOTALIS. Hieronymus Bielli in testamento anno 1630. scripto jussit = *per Societatem SS. Sacramenti S. Laurentii in Lucina elapsis duobus annis post obitum ipsius Testatoris maritari in perpetuum in die festo S. Laurentii quolibet anno unam pauperem puellam cum dote scutorum* 35. *comprehensa veste &c. quam quidem dotem consignari mandavit ipsi puellæ sic maritandæ tempore, quo illa nupserit, & effectuato matrimonio* =. Jus nominandi puellam reliquit primum Sororibus suis, deinde Primogenitis descendentibus ex Petro Carolo Bielli Filio, quos ad Primogenituram in reliquis bonis institutam vocavit. Hisce deficientibus= *Maritagium dictæ puellæ mandavit fieri debere per Societatem SS. Sacramenti S. Laurentii in Lucina, & ad hujusmodi effectum eligi quolibet anno per eamdem Societatem plures pauperes puellas, easque visitari facere per ejus deputatos, & re-*

per-

pertas idoneas imbussolari, & postea a bussulo unam tantum earumdem puellarum sorte extrahi.

Defectis omnibus Descendentibus ex Petro Carolo Bielli, dotatio facta fuit, ut Testator jusserat a Societate S. Laurentii in Lucina, quæ *anno* 1741. impetravit, ut subsidium dotale *scutorum* 35. decurtaretur ad *scuta* 25. quo scuta *decem* erogari possent in distributione vestium quatuor aliis puellis facienda. Ad Primogenituram vero a Testatore institutam successit ejus Consanguineus Dominicus Andreucci, cujus Filia Vincentia, ut ad decimum tertium annum ætatis suæ pervenit ab hac Sacra Congregatione impetravit cumulum scutorum *biscentum* ex annuis subsidiis dotalibus præstandum. Nunc idem postulavit ejus Soror Albina, cujus præces die 14. Aprilis 1804. remissæ fuerunt R. P. D. Quarantotti Visitatori Apostolico ejusdem Societatis. Sed ipsa Albina moræ impatiens *die* 16. *Septembris* 1804. matrimonium cum Petro Salvi contraxit. Ex *informatione* nuper transmissa constat, quod Societas S. Laurentii a die 22. *Decembris* 1801. ex rescripto *Sacræ Visitationis* impetravit facultatem erogandi annuum legatum per quadriennium in restaurationes Oratorii necessarias. Nihilominus Visitator Apostolicus putat = *Satis ab Oratrice probatam fuisse paupertatem, & Sanguinis conjunctionem cum Testatore, atque in vim supradicti præcedentis exempli petitam dotem scutorum* 200. *ex annuo Legato scutorum* 25. *assignari posse cum conditione tamen, si ita placuerit EE. VV., quod prima solutio fieri debeat post consumptum quadriennium a die obtenti ab Archiconfraternitate rescripti pro facultate erogandi d. Legatum in emptione Sacrarum Supellectilium, tantoque magis, quia prædictum quadriennium expirat futuro anno* 1805.

Duo sunt, quæ obstare possunt, quominus Oratrix cumulum dotium consequatur. Primum, quod ex voluntate Testatoris dotes hujusmodi datæ sunt illis puellis, quas Societas S. Laurentii dignas putat, ut in urnam conjiciantur, & inde sorte educantur. Deinde, quod subsidium dandum esset illi, quæ jam matrimonium contraxit. Etenim subsidia dotalia semper reservata censentur pro puellis secundum doctrinam *Cancer. variar. resolut. cap.* 22. *num.* 180., *& Card. de Luc. de dot. disc.* 174. *num.* 1. Potissimum cum Testator voluerit *dotem solvi, & consignari puellæ sic ma-*

ri-

ritandæ tempore, quo illa nupserit, & effectuato Matrimonio, ut satis manifesta sit ejus voluntas, quod dos puellis non nuptis danda esset.

Verum observandum est, quod Albina est Testatori consanguinitate conjuncta, quo casu consanguineæ supra extraneas prælationem merentur. Id quod confirmatum est exemplo alterius Sororis Vincentiæ, quæ ex Rescripto S. Congreg. *anni* 1785. cumulum dotium impetravit. Quamquam vero Albina nunc matrimonio sociata sit; attamen innupta præces huic S. Congreg. porrexit, ut cumulum dotium consequeretur. Hoc enim casu, nec Testatoris voluntas obesse videtur, qui voluit quidem, ut dos daretur puellis, sed *effectuato matrimonio*, nec juris dispositio, cum puellæ, quæ ante initas nuptias dotem postularunt, jus non amittant, si postea matrimonium contrahant, ad tradita per *Fontanel. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 6. glos. 3. par. 4. num.* 49., & definivit Sacra Congregatio *in Cesenaten. Subsidiorum Dotalium* 29. *Novembris* 1788. in qua proposito II. Dubio *An, quomodo, & quibus puellis descendentibus providendum sit quoad præteritum*; rescriptum fuit, *Affirmative pro illis tantum, quæ debitis requisitis prædictæ dotem petierunt tempore, quo erant adhuc innuptæ*.

Vestrum erit judicium num Oratrici danda sit eadem summa scutorum 200. quæ data fuit Vincentiæ Sorori suæ, seu potius in minori summa, simulque nam cavendum sit, ne hæc gratia ad exemplum trahatur, ut Visitator Apostolicus monet, in præjudicium Societatis. Ad *modum* quod attinet solvendus erit cumulus postquam die 22. *Decembris* 1805. expiraverit indultum suspensionis, quod Societas S. Laurentii a S. Visitatione anno 1801. per quadriennium exoravit.

Sequitur Dubium.

An, & in qua summa, & quomodo concedi debeat cumulus Dotium Albinæ Andreucci in casu &c.

Affirmative in scutis biscentum solvendis juxta Votum Apostolici Visitatoris.

Sess. 21. cap. 3. de Reform.

FULGINATEN. RESIGNATIONIS. Cum Canonicus Cathedralis Fulginatensis Carolus Rossi suam præbendam resignare vellet Clerico Josepho Santarelli,

li, qui primum *Edituus* fuerat in Collegiata Ecclesia S. Mariæ nunc in ipsa Cathedrali *Cantor* est, preces hic porrexit SSmo, ut Litteras Apostolicas Resignationis impetraret. Nihil tamen apud Emum. Pro-Datarium profecit ob denegatas sibi ab Episcopo litteras testimoniales. Iterum ergo a Summo Pontifice deprecatus est approbationem *Resignationis*, quin necesse haberet *testimoniales* exhibere. Præces hujusmodi remissæ fuere ad hanc S. Congregationem, quæ ab Episcopo sciscitata est causas denegatæ testimonialis, simulque, ut audito Capitulo mores, vitæque rationem Clerici Santarelli exponeret. Folium a Canonicis subscriptum remisit ægrotante Episcopo Vic. Generalis, in quo ipsi huic resignationi repugnant ex rationibus inferius recensendis. Ipse vero Vicarius Generalis in sua *Informatione* hæc præcipua ad rem habet = *Hoc sane exponendum puto eumdem Clericum, licet quoad illius morum honestatem nihil in contrarium habeam, in reliquis de præterito non satis laudabilem præbuisse vitæ rationem.* Addit quoque *Episcopo constanter adversum hujusmodi resignationibus multis, & optimis rationibusquæ per se patent, & attenta gravi Beneficorum Diœcesis inopia, maxime in re presenti obstitisse, cum agatur de clerico in minoribus constituto, qui præbendam Canonicalem præ cæteris pinguiorem hujus Cathedralis assequi contendit, dum tot meritissimi Præstiteri ex græmio etiam ipsius Capituli; & ex iis quoque, qui dudum eidem Cathedrali absque Præbenda, & supra numerarii inservierunt, bono isti optare, eoque perfrui possent in mercedem laboris in cujus partem jamdiu ac citi fuerunt, & quotidie etiam nunc vocantur. Quin Santarellio opitulari queant jactata merita. Hæc enim fundantur in muneribus Sacristæ Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ, & Cantoris in hac Cathedrali, & hæc tam parvi fiunt, ut iis obeundis infimi ordinis Clerici adlegi semper consueverint. Hoc unum addendum censeo, nempe Santarellum injuria conqueri sibi deesse media, cujus titulo ad S. Ordines promoveri valeat. Silentio preteriit Cappellaniam ultimis temporibus adeptam fuisse annui reditus Ducatorum viginti quatuor de Camera ut, ex collationis apostolicæ Bulla desumo. Cum igitur ex Synodalibus hujus Diœcesis Sanctionibus scuta dumtaxat triginta requirantur manifesto hinc liquet Sanctarellium cum dicta Cappellania longe plus, quam necessitas postulet, obtinere.*

Quam-

Quamquam ex Decreto *Clementis* XI. probari nequeant *Resignationes* Beneficiorum nisi accedente *attestatione* Ordinarii, attamen si compertum sit eumdem nulla subeunte justa causa repugnase quominus resignatio concedatur; tum solet Summus Pontifex suanti authoritate, ut sine testimonialibus resignationes hujusmodi concedat uti tradit *Rigant. in Comment. ad Reg.* 45. *Cancellar. num.* 34., *& sequen. tom.* 3. Quæ sit causa dissensus Episcopi constat ex *Informatione*. Quamquam enim nil in contrarium habeat quoad honestatem morum Clerici Sanctarelli (quos minus laudabiles in præteritum reprehendit) attamen se numquam probaturum profitetur hanc resignationem, seu quod Santarellius non majoribus ornatus sit meritis, quam Edictui, & Cantoris munia exercuisse, seu quod ipse possidet aliud Beneficium, quo ad Sac. Ordines promoveri possit seu quod alii sint in Cathedrali digniores, quibus in compensationem laboris hęc præbenda dari poterit. In Sententiam Episcopi discessit Capitulum, quod præterea opponit Santarellio natales minus, quam par esset, generosos, & suspicionem simoniæ in impetrando consensu a Canonico Rossi pro resignatione

Hisce omnibus respondet Clericus Santarelli in impresso *Memoriale* EE. VV. distribuendo. Testimonio Parochi, & aliorum Virorum commendat Santarellius suos mores, vitæque rationem in præterito tumultu caste, integreque versatam; tum etiam ostendit se scientiis operam navasse; munus æditui, & cantoris naviter exercuisse, pueros cathechesim docuisse. Hæc satis sibi esse putat ad assequendum beneficium residentiale. Quin aliis ex hac resiguatione præjudicium irrogetur, cum nullum quæsitum habeant jus ad hanc Præbendam obtinendam, &, dummodo a Summo Pontifice probetur, liberum cuique esse beneficium resignare. Multo vero minorem quam aureorum viginti quatuor esse contendit Cappellaniam, quam possidet, nec deesse exempla aliorum Canonicorum, qui una cum præbenda alia beneficia retinent. Natales suos fatetur, sed in ipsa Cathedrali alii existunt qui non sunt Avis editis nobilibus, ut si ipse in cætum cooptetur, non idcirco aliorum contristatur nobilitas. Suspicio vero simonię deducitur ex eo quod Canonicus Rossi in domo Clerici Santarelli diversatus

tus sit. Sed omnis hæc suspicio tollitur, quia Canonicus Rossi suam simbolam contulit, pensionemque solvit ita, ut nec Clericus Santarelli domum mensamque paravit, ut de eo benemereretur, nec Canonicus Rossi in resignationem assentitus sit, ut gratiam Santarellio referret.

Etsi pro parte Capituli appositum sit solitum *Nihil transeat*, ut animum sua Jura tuendi ostenderet, ideoque Partibus præsentibus concordatum sit Dubium, adhuc tamen silet, ut vadimonium deseruisse videatur. Dignentur itaque Emi PP. dèliberare.

An sit probanda resignatio in casu &c.

Negative.

Ses. 14. cap. 7. de Reform.

VERONEN. IRREGULARITATIS. In proximo bellorum tumultu, quibus Italia jactata est Augustinus Refondini militares copias secutus præsens fuit cum bellicum cæcinit, & ipse imperium militibus dedit, ut hostes aggrederentur. Incertus est, num in æstu pugnæ aliquem saucium, occisumque dimiserit. Hoc tamen fatetur extra pugnam bis oblatum sibi singulare certamen acceptasse, & semel leve vulnus provocanti inflixisse, qui brevi convaluit, & pace facta numquam querelam ad Fiscum detulit. Nunc totus mutatus ab illo, qui antea fuerat contendit ad S. Ordines, cum jam ad *vigesimum quintum* ætatis annum pervenerit sed contracta irregularitas ei impedimento est, quominus ad eosdem Ordines promoveatur. Quare dispensationem nunc postulat. Episcopus exposita confirmans addit = *post quinquennium ad propriam familiam reversus Orator militari onere jam solutus, humanarum litterarum, & Philosophiæ studium jampridem interceptum denuo suscipiens, prævia non dubia signa evidentis emendationis, peracta de erroribus salutari pœnitentia, universali admirabili exemplo, & populi ædificatione, ecclesiasticam disciplinam constanti ejus animo cum Sacramentorum frequentia amplexus est, ita ut pluribus abhinc mensibus*

ad Theologicæ Moralis , & Dogmaticæ studium sedulo incumbens , ad Sacros suscipiendos ordines plenissime habilis , & perdiligenti examine idoneus repertus sine dubio admittendus quam primum attestor , quatenus de hujus Sac. Congregationis Concilii benignitate id concedere visum fuerit .

Omni tempore S. Canones reprobarunt Monomachiam , seù singularem pugnam duorum inter se susceptam ex condicto ut *ex Can. Monomachiam* 22. *Caus.* 2. *quæst.*5. *Cap.*1. , *& sequen. De pugnantibus in Duello . Tridentin. Sess.*25. *cap.*19.*de Refor. Constit.Pii IV. Ea que an.* 1560. *Constit. Gregor. XIII. Ad tollendam an.* 1582. *Constit. Clem. VIII. Illius vices an.* 1502. , Preter censuras pugnantibus interminatas inflictam quoque esse irregularitatem iis , qui in certamine singulari aliquem occiderunt vel mutilarunt tenent ad *Text. in Cap. Si quis Viduam* 8. *distin.* 50. *Cap. Final. de Pugnantibus in duello Fangaa. ibid. numer.*1. *Schmalzglueber Jus Ecclesiastic. Li*. 5. *part.* 2. *tit.* 14. §. 2. *numer.* 35. - Cum vero Orator in singulari certamine ex condicto acceptato sauciaverit aggressorem sane irregularitatem contraxisse videtur . Quamquam vero incertum sit num in bello aliquem occiderit , aut mutilaverit ; attamen etiam ex hoc capite in dubio saltem ad cauthelam dispensatione indiget .

Quandoquidem irregularitate iuretitus sit Orator statuendum erit num dispensatione dignus sit . Agitur quidem de promevendo quo casu irregularitas perpetua est ex Tridentino *Sess.* 14. *cap.*7. *de Reform.* Sed hoc locis Synodus agit de irregularitate contracta ex homicidio voluntario , & in re nostra non constat umquam secutum fuisse homicidium . Concurrunt non dubia signa constantis emendationis , Orator pœnitentiam peræegit , nunc bono exemplo est omnibus , Sacris disciplinis incumbit , idoneus est ordinibus suscipiendis . Quibus concurrentibus iodulgens fuit Sac. Congregatio *in Messanen. irregularitatis* 12. *Junii* 1781

Dubium est .

An sit consulendum SSmo pro dispensatione ad irregularitate in casu &c.

Non proposita cum sequenti .

FA-

FAVENTINA PERMUTATIONIS. Capitolum S. Bernardi Oppidi Mutbianæ in Etruria, quod ad Faventinam Diœcesim pertinet, duo habet Prædia *Cavum*, & *Salgnano* sita inter Fundos spectantes ad Præpositam S. Petri *in Tusino*. Regio, in qua prædia hujusmodi jacent, saltuosa est, ita ut multa requiratur impensa ad culturam, ne fundi illi fevant *le dilamazioni*. Lites præterea cum colonis vicinorum fundorum frequentes sunt pro servitute transitus. Contra Ecclesia Parochialis Sancti Petri in Tusino possidet fundum in plana regione, cui nomen *Casa Merlaschio* longe dissitum ab aliis Parœciæ bonis, & contiguum aliis Capituli prædiis. Quare rem sibi vicissim utilem fore rati tum Capitulum, tum Parochus horum prædiorum statuerunt permutationem reservata tamen venia apostolica, pro qua preces huic Sac. Congregationi porrigunt, Episcopus relationem Periti transmisit, ex qua constat, quod prædia ad Capitulum spectantia æstimata sunt scuta Romana 1302.; Fundus vero ad Parochialem Ecclesiam spectans valet scuta 1400. Inspecto vero præcedenti bonorum reditu ex illis annua scuta *triginta*, *& octo*, ex hoc *sexaginta* percipiuntur. Nihilominus ipse hanc permutationem utrique utilem putat. *Hac* i quit *permutatione servitutes terrarum tum Ecclesiæ, quam Cappellanorum tolluntur, ideoque valor eorumdem augetur jugia suppriminuntur, & per unionem propriorum bonorum diligentiori culturæ incumbi possunt, itaut fructus longe majores a respectivis permutandis terris percipi possunt. Idcirco enim exiguos plane tam Parochus, quam Cappellani Oratores a terris nunc suis fructus percipiunt cum tam illi, quam isti Prædia hæc ab aliis propriis bonis longe dissita habent.* *Sess. 22. cap. 6. de Reform.*

Ex ipsa natura contractus permutationis est, ut æque bonum vicissim tribuatur. Maxime cum inter Ecclesias agitur, quæ si non in lucro inter se, in damno certe minime esse debent, ut tradit *Card. de Luca de alienat. discurs. 12. num. 7.* Quare si Parochialis Ecclesia dat fundum valoris 1400. annui fructus scutorum 60., & accipit prædia in montuosa regione posita, quæ valent scuta 1300., & fructuum scutor. 38. quotannis ferunt; profecto, & æqualitas abest in permu-

mutatione necessaria, & damnum Ecclesiæ parochialis intervenit. Videant tamen EE. PP. num utilitas dimetienda sit ex eo, quod per hanc permutationem bona uniuntur, ut melior fieri possit agrorum cultus, & cessant lites, quæ pro servitute transitus orire solent.

Dubium proponitur.

An sit concedendum Beneplacitum in casu &c.

Die

Die Sabbathi 16. *Februarii* 1805. *in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.*

VERONEN. IRREGULARITATIS.
An sit consulendum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu &c.

Sess. 14. *cap.* 7. *de Reform.*

Affirmative.

FAVENTINA PERMUTATIONIS.
An sit concedendum Beneplacitum in casu &c.

Sess. 22. *cap.* 6. *de Reform.*

Affirmative solutis a Capitulo scutis centum ad effectum investiendi favore Paræciæ translatis.

MESSANEN. MONTIS PIETATIS. Unciæ mille monetæ Siculæ a quibusdam piis hominibus anno 1803. collatæ fuerunt pro erigendo in patrio Oppido *Militelli* Monte Pietatis, ut ex mutuandis pecuniis pauperes opem consequerentur. Qui has pecunias dederunt hæc duo præcipue præscripsere, ut ex fructibus exigendis quotannis a Mutuatariis impenderentur uncię quinque pro distributione panis hyemali tempore pauperibus facienda, præterea unciæ decem accrescerent *capitale* ipsius Montis, reliqui vero fructus erogarentur in expensis necessariis, sive pro restaurationibus ædificij, sive pro stipendio inservientium. Expresse

Sess. 21. *cap.* 6. *de Reform.*

se deinde fundatores defenderunt, ne a die *tertia Novembris ad diem vigesimam primam Decembris* cujuscunque anni quidquam mutuo dari posset ex capitali unciarum mille, quæ in arca Montis sub sponsione administratorum hoc temporis intervallo stare deberent.

Nunc igitur Deputati ipsius Montis ad removendam omnem usurariam pravitatem, postulant, ut liceat sibi a Mutuatariis percipere uncias quinque in singula centum, eaque ita erogare, ut non *unciæ decem*, quem admodum Fundatores statuerant, sed *una* tantum pro Monte ipso remaneat, *unciæ quinque* pro pane hyemali tempore pauperibus distribuendo, reliquæ vero *triginta quatuor unciæ* pro stipendio inservientium impendantur. Interrogatus Archiepiscopus instantiam probat. Nam inquit: *Neque panis distributio urgente expressa fundationis lege omitti posset, nec taxatis usuris ad uncias quatuor pro quolibet centanario oneribus omnibus impleri valet. Nam a Fundatoribus præcipue cautum est, ne a die 3. Novembris, ad diem 21. Decembris cujuslibet anni e capitali unciarum mille quidquam mutuo dari queat, sed ab Administratoribus integrum sub eorum sponsione in arca Montis servetur, ex quo fit, ut nullus inde fructus interea temporis percipiatur. Quæ cum ita sint, ne hujusmodi Montis erectio, quæ in illo Oppido maximam Populo utilitatem afferret, diutius protrahatur perpensis omnibus circumstantiis petitam veniam quinque pro centum a Mutuatariis exigendis impertiri posse arbitror.* Proposita hæc causa per *summaria Precum* in Congregatione *dici* 15. *Decembris* 1804. rescriptum fuit = *Ad Eminentissimum Castillionæum, qui dignetur rem perpendere, & votum suum aperire* =. Elucubratissimum ejus votum, & omni doctrinæ copia perfectum oculis Eminentiarum Vestrarum subjicio.

„ Ut prius oculorum obtutu intelligatur, quid illud sit, „ quod summa vestra authoritas, Emi Patres, a me „ voluit explicatum, utque ratio omnis appareat, „ quam ego vestris mandatis obsecuturus adhibui, „ operæ pretium me facturum existimo, si quæstio„ nem, qua de agitur, rationumque momenta, quæ „ ad hanc definiendam videntur aptissima, theore„ matum instar, e vestigio proponam. Quæritur „ igitur:

„ Dan-

„ Danda ne venia sit Curatoribus MontisPietatis Militelli
„ Messanensis Diœcesis, ut pecuniarum mutuatarum
„ fructus, qui nunc ad rationem aureorum quatuor
„ in singula centena penduntur, ad quinque aurea
„ possint impune augeri: idque ob causam omnino
„ triplicem: primo, ut debitæ Administris solvantur
„ mercedes; secundo, ut aliqua eorumdem fructuum
„ pars (perexigua ea quidem certe) præsenti Mon-
„ tis necessitati subveniendæ impendatur; tertio deni-
„ que, ut emi panes quotannis possint, qui ex ipsa
„ Fundatorum voluntate erunt statis diebus pauperi-
„ bus distribuendi.

„ Istud sibi a vestra authoritate permitti Montis Curato-
„ ribus postulantibus, ut accurate possit, solideque
„ rescribi, ea nunc, Emi Patres, memoria repetatis
„ oportet, quæ Vobis certe exploratissima sunt, pla-
„ neque perspecta.

„ Primum, Contractum re initum, quo res alteri uten-
„ dæ traduntur, ut servata pari quantitate, & simili
„ qualitate, non eædem quidem numero; sed eædem
„ specie reddantur, mutuum esse:

„ Secundo, lucrum ex mutuo exactum usuræ nomine a
„ divino, naturali, humanoque jure improbari:

„ Tertio, ex lucro revera cessante, æque ac ex damno
„ reapse emergente illud a mutuo solummodo exigi
„ ultra sortem posse, quod non quidem venditæ pe-
„ cuniæ pretio, sed damno reficiendo respondeat:

„ Quarto, si quid vel minimum præter hunc titulum exi-
„ gatur, usuræ damnandum.

„ Hęc autem communi Theologorum, Sacrique Juris
„ Peritorum adprobata decreto, nobis quidem mani-
„ festiora videntur, quam ut pluribus, quo confirma-
„ ri ulterius possint, indigeamus. Ex quibus ita con-
„ stitutis illud consequi necessario videtur, Montium
„ Pietatis as, quod pauperum patrimonium dicendum,
„ habendumque est, ut integrum, salvumque serve-
„ tur, ea tantum lege alteri utendum posse permitti,
„ ut nedum quantitate, si non qualitate, eademque
„ specie, si non numero omnino reddatur: Unde sa-
„ tis, superque intelligitur pecunias a Montibus Pie-
„ tatis non alio, quam mutui nomine Indigentes ac-
„ cipere.

„ Quamobrem initio sæculi *decimi sexti* fuit a gravissi-

mis

„ mis, doctissimisque Viris in controversiam, disceptationemque vocatum, licite nec ne possent Ministri „ Montium Pietatis omni procul usuræ, injustitieque „ crimine, quidpiam etsi minimum fænerari. Ajentibus id aliis, aliisque negantibus, adeo plurima, animorum contentione disceptabatur, ut Leo X. *anno* „ 1515. æcumenico Lateranensi V. adprobante Concilio, constitutione decretali sua, cujus initium = „ *Inter multiplices* = rem definiverit in hæc verba = „ *Declaramus, & definimus Montes Pietatis auctoritate Sedis Apostolicæ hactenus confirmatos, in quibus* „ *PRO EORUM IMPENSIS, ET INDEMNITATE ALIQUID MODERATUM AD SOLAS MINISTRORUM IMPENSAS, ET ALIARUM* „ *RERUM AD ILLORUM CONSERVATIONEM* „ *PERTINENTIUM PRO EORUM INDEMNITATE DUMTAXAT ULTRA SORTEM ABSQUE LUCRO EORUM MONTIUM ACCIPITUR, neque speciem mali præferre, nec peccandi* „ *incentivum præstare, neque ullo pacto improbari,* „ *quinimmo meritorium esse, ac laudari, & probari debere tale mutuum, & minime usurarium putari* =

„ Stat igitur, ultra sortem, licite a Montium Pietatis „ Administris exigi illud dumtaxat posse, quod & moderatum sit, & ad solas Ministrorum impensas, aliarumque rerum ad eorumdem Montium conservationem pertinentium dijudicetur fore necessarium. „ Hæc autem si Curatoribus Montis Itellensis Montis ponantur ob oculos, quid sibi opus sit, ut Montis assartum, tectum, integrumque servetur, ejusdemque sumptibus consuli providerique possit, ipsi per „ se facile, & tutissimo intelligent: quorum tamen „ sedulitas Vestrum laude videtur dignissima, quod „ hujus Sacræ Congregationis obsequentes decretis, „ nihil sibi in re tanti ponderis; nisi ex Vestro judicio „ decernendum putaverint.

„ Itaque ut debitus eorumdem postulationi geratur mos, „ non aliter equidem iisdem respondendum existimo, „ atque olim Præfectis Monti Pietatis Casalensi, eadem hæc ipsa Congregatio rescripsit. Refert enim „ Benedictus XIV. *de Sind. Lib.* 10. *Cap.* 5. §. 2., „ quod cum ipse huic S. Congregationi esset a Secretis, Præfectis Casalensibus est facta potestas exigen-

„ di quinque ex singulis centenis nummis ab iis, qui
„ dato pignore, pecuniam a Monte reciperent, eam
„ solummodo ob causam, quod Pii Operis conserva-
„ tioni non utile solum, sed cum primis id necessum
„ esse videretur.

Ad rectam igitur justitiæ, religionisque trutinam a
„ Curatoribus Montis Militellensis revocetur oportet,
„ quinam sumptus in Ministrorum mercedes, in ædes
„ conservandas, inque alias quotidianas ejusdem
„ Montis impensas requirantur, deductisque calculis,
„ quantum hisce in rebus pecuniarum jacturæ Mons
„ fecerit, tantum ab iis, qui pecunias mutuantur,
„ accipere fas sibi erit ita, ut par omnino impenso-
„ rum, acceptorumque sit ratio.

Quod tamen serio velim, diligenterque animadversum,
„ illud est, ultra summam, qua omnis Montis jactura
„ integra compensari, absolutaque possit, nullam
„ omnino aliam ob causam, quæ tandem cumque
„ isthæc sit, vel minimum quid, ne teruncium qui-
„ dem, ultra sortem exigere licitum fore, ideoque
„ non modo non augendum, *sed usuræ etiam damnan-*
„ *dum quidquid ad panes, qui Pauperibus distribuan-*
„ *tur, emendos ultra sortem accipitur*. Quamvis enim
„ indigenti presentem opem afferre christianæ chari-
„ tatis sit bonorum omnium laudatione dignissimæ,
„ non ideo tamen, ut bona eveniant, quidpiam mali
„ facere fas est. Sicuti autem furari licet nemini, ut
„ pauperibus opituletur, ita et fœnerari, quo panes
„ esurientibus suppeditentur, est nefas.

„ Verumtamen id oneris, inquient, ab Authoribus Me-
„ litellensis Montis ortu ab ipso imperatum, integrum
„ modo Curatoribus neutiquam est recusare. Itane
„ vero? Conditiones igitur rerum gerendarum, quæ
„ humanis, divinisque legibus repugnant, quasque
„ sæpe numero contractibus aliunde honestissimis ad-
„ ditas novimus, erunt servandæ? Atqui illud est hu-
„ mani, divinique Juris Consultis commune decre-
„ tum, conditiones ejusmodi, quas ipsi turpes me-
„ rito appellant, non vitiare quidem contractus quos-
„ cumque, sed ipsas vitiari ita, ut firmo manente
„ contractu, eædem, quæ stare recte non possunt,
„ per se continuo ruant, *lucrum vero quodcumque ex*
„ *mutuo ratione mutui usurarium*, & *illicitum esse* do-

„ cet Benedictus XIV. Constit., quæ incipit = *Vix* „ *pervenit* = . Atque utinam tamen revera non esset „ nostrorum temporum perturbatio, ut leges quasque „ Sanctissimas a Majoribus nostris usuræ prohibendæ „ studio prudentissime constitutas nec servare se pos- „ se, nec certe debere, impudentissimi Fæneratores „ non modo non doceant impune, sed publico etiam, „ privatimque gloriantur!

„ Atque hæc quidem pauca, ut Vestris satisfacerem jus- „ sis, ad rem propositam animadvertenda putavi, quæ „ sapientiori vestro æstimanda judicio in causa sunt, „ cur dubio. de quo agitur, non alio modo arbitrer „ respondendum, quam.

„ Licere Curatoribus Montis Pietatis Militellensis tan- „ tum ultra sortem exigere ab iis, qui dato pignore „ pecunias a Monte receperint, quantum quotidianis „ sumptibus Pii Operis conservationi necessariis res- „ pondeat, aliam vero quamcumque ob causam vel „ minimum fænerari, non item licere.

Dubium sequitur.

An, & quomodo liceat Curatoribus Montis Pietatis Militellensis fructus exigere ex pecuniis mutuatis in casu &c.

Affirmative juxta votum Emi Relatoris, & ad mentem; Mens est, quod Archiepiscopus ex capitali unciarum mille curet distrahi summam necessariam pro habendo annuo reditu unciarum quindecim erogan- quoad uncias quinque in distributione panis, & uncias decem in augumentum Capitalis Montis.

Ses. 21. cap. 6. de Reform.

ROMANA CENSUS. Bene ne, an male in cedulis die 22. *Junii anni* 1798. extinctus fuerit Census a Comitibus Castelli, qui illum anno 1761. vendiderant Canonicis S. Mariæ Transtyberim, quæsitum fuit in Congregatione *diei* 2. *Junij* 1804. sub Dubio = *An constet de nullitate Extinctionis Census itaut debeantur Fructus*. Sed tum distractis EE. VV. suffragiis prorogata fuit causæ definitio ex Rescripto = *Iterum proponatur* = Iterum reproposita causa in altera Congregat. diei 28. *Julij* 1804. æditum est Responsum = *Affirmative in omnibus* = . Impetrato novæ Audientiæ Beneficio a Comitibus Castelli, eisdemque pluries conces-

ces-

cessa prorogatione ad proponendam causam, hodie Capitulum instat pro confirmatione susceptæ Resolutionis,& supplicat pro *reassumptione* præteritarum *Allegationum*, Comites vero Castelli nil mihi exhibuerunt.

Dubium proponitur.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis.

MONTIS ALTI CAPPELLANIARUM. Quadam pietatis æmulatione veluti certarunt inter se *Magdalena Carlini*, ejusque ex fratre Nepos *Joannes Baptista*. Illa in postremis tabulis postridie idus *Februarii anni* 1704. scriptis instituit Cappellaniam omnino laicalem, ut neque in beneficium Ecclesiasticum erigi, neque Superiori Ecclesiastico umquam subiici posset Cappellanos vero ad nutum amovibiles, quibus onus trium missarum hebdomadalium injunxit, nominandos voluit *dagli infrascriti suoi Eredi, e loro Successori in infinito*, hæredesque nuncupavit Soderinum & Joannem Baptistam nepotes suos. Ex his Joannes Baptista etiam alia superaddidit pia Legata. Nam in ultimo testamento jussit, ut scuta *sexcentum* ab hærede erogarentur in fundum pro celebratione duarum Missarum die *Lunæ*, & *Veneris* in singulas hebdomadas. Jus vero nominandi Cappellanum amovibilem addixit duabus, quas tantum susceperat, filiabus *Franciscæ Celidoniæ Pomeliæ*, quæ in sacra Gentis *Galosi* concesserat, & *Elisabeth*, quæ convenerat in manus *Petri Recchi*. Voluit itaque ut = *la nomina del primo Cappellano, cioè di quello, che dovrà celebrare il Lunedi appartenga in perpetuo alla Signora Francesca Celidonia Pomelia Carlini mia Figlia, e suoi Eredi, e Successori, o a quelli, o quello, che alla medesima parerà, e piacerà, che succeda in detta nomina. L'elezzione poi del secondo Cappellano per celebrare la seconda Messa nel giorno di Venerdi, voglio che spetti, ed appartenga al Signor Anacleto Recchi mio Nipote, e figlio della quondam Maria Isabella mia figlia, al quale lascio detto Jus di nominare, e dopo lui i suoi Eredi, e Successori, ed a quello, che a lui parerà.* *Sess. 21. cap. 7. de Reform.*

Nulla controversia est, quin jus nominandi ad Cappellaniam, quam pro die *Lunæ* instituerat Joannes Baptista Carlini pertineat ad hæredem, & Successorem Pomeliæ, qui est Alexander Galosi. De aliis vero Cappellaniis alteram a *Magdalena Carlini*, alteram *a Joanne Baptista* ejus Nepote die *Veneris* institutam multum disputant inter se quoad jus nominandi *Alexander Galosi*, & *Joannes Petrus Siliquini*, qui a *Pomelia Carlini* descendunt, & *Joannes Andreas*, & *Petrus Paulus Siliquini*, qui originem a *Pomelia* æque ac ab *Elisabeth Carlini* ducunt. Nam *Joannes Baptista*, & *Soderinus Carlini*, quibus jus nominandi ad Cappellaniam institutam a *Magdalena Amita* pertinebat hæredem fecerunt *Pomeliam*, quæ una jus hujusmodi semper deinceps exercuit. Ex *Pomelia* nupta *Dominico Antonio Galosi* quatuor adnati sunt Filii *Alexander, Ignatius, Petrus, Judith*. Qui minores natu omnia jura paternæ, maternæque hereditatis cesserunt Alexandro natu maximo, quod, & precipue fecit *Judith*, ubi collocata fuit in matrimonium cum *Michaele Angelo Siliquini*. Hæc enim Fratri suo Alexandro omnia jura cessit *salve solamente, e riservate a di lei favore tutte, e singole instituzioni, donazioni, e legati di qualsivoglia persona estranea, e che si potessero fare per l'avvenire*. Ex quibus factum est, ut post obitum *Pomeliæ* Matris *Alexander Galosi* perseveraverit usque ad ultimum statum in possessione nominandi in Cappellania a *Magdalena Carlini* instituta. Eodemque jure nominandi semper usa est *Pomelia*, ejusque Filius *Alexander* in altera Cappellania, quam *die Veneris Joannes Baptista Carlini* instituit. Nam *Anacletus Recchi* filius Petri, cui ex fundatione erat addictum jus nominationis hujus Cappellaniæ *anno* 1731. ipsius cessionem fecit Materteræ suæ *Pomeliæ*. Tres has Cappellanias postremus retinuit Sacerdos *Dominicus Antonius Galosi Alexandri* filius. Quo defuncto Alexander pater preces obtulit SSmo, ut attenta suæ familiæ paupertate suspensionem nominationis trium Cappellaniarum indulgeret usque dum alter ejus filius *Aloysius* liberos haberet, quibus Cappellaniæ conferri possent, simulque, ut interea fas sibi esset impletis Cappellaniarum oneribus superextantes fructus percipere. Delegatis precibus ad Sac. Congregationem, hæc Sententiam Episcopi rogavit. Sed *Joannes Petrus Siliqui-*

liquini, ejusque filii *Joannes Andreas*, & *Petrus Paullus* apposito *Nihil Transeat* instantiæ obstiterunt. Isti enim descendunt ab utraque filia *Joannis Baphistæ* Carlini *Pomelia*, & *Elisabeth*. Nam *Judith Galosi* Filia fuit *Pomeliæ*, & nupta *Michaeli Angelo Siliquini* enixa est *Joannem Petrum*. Hic vero in matrimonium habuit *Rosalbam Recchi* Neptem *Elisabeth Carlini* quippe quæ orta ab *Anacleto Recchi* filio *Elisabeth*. Ex hoc autem conjugio *Rosalbæ Recchi*, & *Joannis Petri Siliquini* progeniti sunt *Joannes Andreas*, & *Petrus Paulus Siliquini*.

Episcopus vero transmissa utraque fundatione refert quod adeo diminuti sunt reditus Cappellaniæ a *Magdalena Carlini* institutæ, ut ex indulto sa. mem. Pii VI. tres missæ hebdomadales ex fundatione celebrandæ ad unam tantum reductæ sint. Ex eadem porro diminutionis reddituum causa idem Summus Pontifex ad annuas viginti reduxit missas celebrandas singulis diebus *Lunæ* ex fundatione *Joannis Baptistæ Carlini*. Affirmat præterea quod Familia *Galosi centum abhinc annis sola est in pacifica possessione nominandi singulos Cappellanos de quibus in precibus agitur. Cum autem Orator ipse, eiusque familia sæpius in angustiis constitutus, & ære alieno pressus ægre præ suo gradu vivere possit, eisdem petitioni ab EE. VV. annui posse existimo cum obligatione omnia missarum implendi onera, eo vel magis, quod nullus adesse videtur, qui sit passive vocatus, & cui præjudicium inferri queat. Nullus vero in mea Audientia ad jus suum vindicandum, aut ad præsentationem excitandam apparuit.* Indicto vadimonio sibi invicem litigantes jus suum defendunt in *Allegationibus* EE. VV. distribuendis, in quibus hæc præcipua habent.

I. *Dubium* pertinet ad jus nominandi in Cappellania a Magdalena Carlini instituta quod integrum sibi vindicat Alexander Galosi. Primum ex centenaria in qua teste Episcopo versatur possessione, unde quilibet præsumitur titulus ad jus hoc acquirendum, ut tradit *Card. de Luca deBenef. dis. 56. & 57. utrobi n.20.* Deinde ex *statibus* præcedentibus, ex quibus patet *Pomeliam Carlini ab anno 1736.* semper nominasse, eaque defuncta *Alexandrum* ejus filium usque ad ultimum *statum* in hac possessione perseverasse.

Quæ

Quæ possessio fere *octuagenaria* omne fert punctum, cum ad probandum titulum jurispatronatus in plenario judicio satis sit etiã *decennalis* possessio ex traditis per *Rotam in Ratisbonen. Cappellaniæ* 7. *Decem.* 1761. §. 3. *cor. Paracciano.* Tandem ex ipsa fundatione jus esse sibi asserit; Nam relictum a Magdalena jus nominandi Nepotibus *Soderino*, *& Joanni Baptistæ e loro eredi e Successori* integrum coaluit in *Pomeliam* hæredem a Patruo, Parenteque institutam. Ab hac idem jus sibi quæsivit *Alexander* tum pro sua quota, tum pro aliis sibi cessis a Fratribus *Ignatio*, *& Petro*, ac a Sorore *Iudictha*, quæ nubens *Michaeli Angelo Siliquini* abdicativam emisit renunciationem bonis juribusque maternis, ut omne jus, si quod erat futuram, suis filiis abstulerit ad tradita per Rotam *in Alatrina Immissionis* 1. *Junii* 1770. §. *final. coram Cornelio*.

Contra veroSiliquini contendunt sibi jus esse pro *novem unciis* in hoc jurepatronatu. Nam divisum esse ajunt inter *Pomeliam*, *& Elisabeth* æquis quotis. Jura *Elisabeth* representant ejus pronepotes *Joannes Andreas*, *& Petrus Paulus Siliquini*, ut proinde *semissis* juris patronatus eisdem debeatur. Quota vero, quæ *Pomeliæ* pertinebat itidem divisa est inter *Alexandrum Galosi*, *& Judith* ejus Sororem, quæ portionem suam, seu *tres uncias Joanni Petro Siliquini* filio suo transmisit. Porro rem esse dicunt de patronatu gentilitio, utpote relicto institutis hæredibus, *e loro Successori in infinito*, qui alii esse non possunt, quam hæredes Sanguinis, ut definivit *Rota in Aquilana Juris patronatus* 15. *Junii* 1750. §. 4. *coram Bussio*, *& in Montis Alti Manutentionis* 5. *Martii* 1804. §. 6. *coram de Alteriis*. Quare neque poterat *Soderinus*, *& Joannes Baptista* titulo hæreditario in unam *Pomeliam* jus hoc transferre, cum defluere deberet inter omnes hæredes Sanguinis, veluti Fideicommissum, & intestata successio ad tradita per *Farnia de jure patronat. part.* 2. *Can.* 16. *ad* 20. *cas.* 2. Neque juspatronatus gentilitium poterat sub renunciatione venire, cum non censeantur matrem renunciasse juribus, quæ filii ex propria persona habebant ceu docet *Rota in Albanen. Prioratus super pertinentia patronali* 17. *Aprilis* 1761. §. 13. *coram cl. me. Card. de Zelada*, *& in Montis Alti Manutentionis* 15. *Martii* 1804. §. 5. *coram de Alteriis*.

Du-

II. Dubium respicit jus nominandi ad Cappellaniam institutam die veneris a *Joanne Baptista* Carlini, qui illud reliquit Anacleto Recchi, *e suoi Eredi, e Successori, ed a quelli, o quello che a lui parerà, e piacerà.* Idcirco sibi integrum pertinere putat *Alexander Galosi*, quia *Anacletus Recchi*, cum jus patronatus ex fundatione posset attribuere *a quelli, o quello che a lui parerà, e piacerà* illud cessit anno 1731. *Pomeliæ Galosi*. Negat *Joannes Andreas*, & *Petrus Paulus Siliquini* potuisse *Anacletum* disponere de jure patronatu extra contemplatum genus hæredum Sanguinis. Eo itaque redit quæstio, num arbitrium a Fundatore relictum *Anacleto* exerceri poterat intera, vel extra hæredes Sanguinis. Nulla quidem ex reliquo contextu fundationis suppetit conjectura, ut ambiguam voluntatem patefaciat, nisi quod Fundator divisim videtur attribuisse Cappellaniam hæredibus Sanguinis Pomeliæ, & Anacleti, ut in unaquaque stirpe persistere voluisse censeatur.

III. Dubium attingit instantiam Oratoris Alexandri Galosi, qui postulavit suspensionem nominationis, ut perciperet superextantes fructus impletis oneribus. Juris dispositio opitulandos esse jubet Patronos pauperes ex reditibus beneficii *ex Text. in Can. Decernimus* 16. *quæst.* 7., *& in Cap. Nobis de jur. patronat.*, & Sac. Congregatio miserata Patronorum indigentiam, de qua in casu testatur Episcopus, suspensionem concessit, ut Patroni alerentur *in Aquen. Cappellaniæ* 20. *Januarii* 1787. Verum hoc pendet ex juribus, quæ super hisce Cappellaniis EE. PP. competere Siliquiniis putabunt. Hisce enim admissis, cum isti instantiæ repugnent, suspensio in præjudicium suorum jurium concedi non posse videtur.

Tria proponuntur Dubia.

I. An jus nominandi Cappellanum ad Cappellaniam institutam a Magdalena Carlini competat Alexandro Galosi, seu potius Joanni Petro, ac Joanni Andreæ, & Petro Paulo Siliquini in casu &c.

II. An jus nominandi Cappellanum ad Cappellaniam institutam a Joanne Baptista Carlini pro celebratione Missæ die Veneris in Ecclesia S. Mariæ del Borgo competat Alexandro Galosi, seu potius Joanni Andreæ, & Petro Paulo Siliquini in casu &c.

An

III. An, & quomodo sit locus suspensioni nominationis in casu &c.

Ad Primum Affirmative juxta modum nempe pro tribus unciis Alexandro Galosi, in Reliquis Siliquinis pro virili.

Ad Secundum Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad tertium Affirmative ad decennium quoad Cappellaniam tantum institutam a Jo. Baptista pro die lunæ adempletis oneribus.

Sess. 7. cap. 7. de Reform.

PERUSINA CONGRUÆ. Capitulum Cathedralis Perusinæ olim constabat ex vigintiquatuor Canonicis Regularibus Ordinis S. Augustini quorum *duodecim* qui intrinseci appellabantur, intra ipsam Ecclesiam munia exercebant, duodecim reliqui dicti *extrinseci* Urbanas, ac rurales Parecias curabant - Suppressi postmodum fuere ex Constitutione Julii II. cujus initium = *In eminenti* = edita die 23. *Aprilis* 1512., in eorumque locum suffecti sexdecim Canonici Sæculares cum Archipresbitero, quibus injunctum fuit onus regendi *Parrocchiales per Canonicos extrinsecos teneri solitas, ac illarum onera per Vicarios amovibiles supportandi*. Inter has Parœcias unitas Capitulo illa fuit *S. Martini in Campo*, quæ est in *agro Perusino*, quæque administrata fuit semper a Capitulo per Vicarium amovibilem. Hoc munus in dicta Parœcia exercet ab anno 1749. Sacerdos Felix Vignoli a Capitulo probante Episcopo deputatus qui titulo patrimonii Sacros Ordines suscepit. Quamquam vero idem Vignoli obtinuisset anno 1759. per concursum alteram Plebaniam *S. Bartholomei Rigonis*, cujus reditus pertingebant ad annua ducata *sexaginta aurei de Camera*. maluit tamen retinere illam *S. Martini*, resignavitque in manibus Episcopi alter am S. Bartholomei, eam in resignatione interserens causam = *cum habeam aliunde, unde vivere possim, & comode substentari* = Dum hanc curam retinebat *anno* 1762. provisus est authoritate Apostolica de tribus Beneficiis, qui in totum reddunt Ducata *triginta duo*. Sed in S. Visitationibus factis anno 1771., & 1772. ab Episcopo Amidei, & anno 1790., & 1802. a moderno Vigilantissimo Antistite exploratum fuit Vigno-

gnolum licet monitum applicationem Missæ proPopulo omississe sub obtentu deficientię congruæ.

Qua ex re Sacerdos Vignoli præces porrexit huic S. Congregationi, ut adversus Capitulum Cathedralis obtineret augumentum suæ congruæ. Quæ præces remissæ fuere Episcopo ex Rescripto *diei* 17. *Decembris* 1803. = *Pro Informatione, & Voto, audito Capitulo eidemque præfixo termino ad deducendum jura sua in S. Congregatione, & firma interim remanente applicatione per Oratorem Missæ pro Populo, referat an ad Capitulum spectet habitualis cura animarum, de legitima bonorum Pareciæ unione favore Capituli, & de congrua necessaria.* Ex remissa informatione constat quod plebanus *nullam habet impensam pro manutentione Ecclesiæ & Domus Parrochialis. Annui reditus Pareciæ in decimis, & Quarteriis consistentes eruuntur ex quatuor Libris visitationum ab anno* 1764. *ad hæc usque tempora peracta ab Episcopo Antecessore meo, & a me ascendere ad annua scuta quadraginta sex, ultra bina terræ petiola, quæ obsignata in Catastro nomine Cathedralis Ecclesiæ libere fruuntur a Vicario ipsius Pareciæ. Quamquam Orator Vignoli de anno* 1762., *dum actu Vicarius S. Martini in Campo quatuor prænarrata beneficia obtinuit, asseruit in Dataria Apostolica, quod annui reditus suæ Pareciæ una cum incertis sexaginta Ducatorum Aurei de Camera valorem anuuum non excederent.*

His acceptis injunctum fuit Oratori per Rescriptum *diei* 14. *Aprilis* 1804. = *Exhibeatur in forma Authentica Status activus, & passivus comprehensis incertis.* Folium exhibitnm hinc est, in quo describitur Status activus in annuis scutis 49. 10., & passivus in scutis 177. cujus partitæ omnes respiciunt id quod Plebanus pro alimentis impendit. Proponitur nunc causa in conflictu cum Capitulo, & utrinque impresse distribuentur *Allegationes*. Sponsio facta est sub infrascripta Dubii formula, quæ præsefert quatuor controversias.

Præcipua quæstio est, utrum congrua Plebani augenda sit a Capitulo, cujus Massę bona Pareciæ unita fuere. Affirmat Præsbiter Vignoli, quia congrua talis esse debet qualis sufficiat Parocho pro substentatione, ut tradit *Rota decis.* 1. *part.* 19. *Recen. num.* 4., & 5 Nam Tridentinum *Sess.* 7. *cap.* 7. *de Reform.*, & Constitutio

Benedicti XIV. *Cum semper* permittit arbitrio Episcoporum, ut pro obvenientibus circumstantiis congruam augeant. Sibi autem suppetere negat quantum necesse foret. Ex decimis, & quarteriis congruam habet, quæ certe ob difficultatem exactionis non pertingit ad annua scuta *quinquaginta*, sed si pertingeret, non satis esse dicit, cum ultra scuta centum necessarium sit pro congrua, ut testimonio viciniorum Parochorum probare studet.

Capitulum vero hoc primum statuit, quod agatur de congrua jam constituta, quæ minor scutis centum esse potest, si satis sit ut Parochus ex ea vivat, ut tradit Rota *in Burgen. Supplementi Congruæ* 18. *Aprilis* 1755. §. 4. *cor. Figueroa*, & Sac. Congregatio *in Monopolitana Congruæ* 28. *Septembris* 1737. *in Baren. Congruæ & Expensarum* 9. *Februarii* 1740. *in Montis Alti Congruæ* 1756. Profecto ipsum Parochum declarasse contendit, quod congrua satis sit, ut vivere possit. Nam resignavit alteram Peræciam S. Bartholomæi, quæ uberiores dabat fructus; numquam ipse a quinquaginta annis, quibus curam exercet, reclamavit, nec ejus antecessores. Præterea ex calculo ab ipso exhibito reditus certi Pareciæ ascendunt *ad scuta* 49., & longe superant scuta 50. si computentur incerta, quæ occasione Sacramentorum semper reapse percepit Parochus, quæque in congruam imputari debent *Card. de Luc. de Parochiis disc.* 18. *num.* 12. *Piton discept. Ecclesiastic.* 46. *num.* 10. Hæc vero congrua scutorum quinquaginta idonea habetur ex Constitutione S. Pii V. = *Ad exequendum*; & citata Constitutio Benedictina *Cum pervenit* locum tantum habet, vel si omnino non, vel si non integra assignata sit congrua, vel si insufficiens postea reputetur. Quæ omnia procul abesse Capitulum contendit.

Quandoquidem EE. PP. congruam augendam censeant, tum tres aliæ succedunt questiones, scilicet *in qua summa*, *quomodo*, *& a quo tempore*. Nam Vignolus contendit sibi necessaria esse scuta annua 177., eaque in bonis, vel pecunia a Capitulo præstanda pro toto tempore, quo curam exercuit. Contra Capitulum contendit, quod congrua solum necessaria sit Parocho pro suis alimentis, cum cæteras expensas pro Ecclesiæ, ædiumque Parrochialium manutentione faciat Capitulum. Gravis autem hæc impensa scutorum

rum 177. pro victu Parochi videtur. Nam alii Parochi minori summa scutorum *quinquaginta* vivunt, & ipse hactenus vixit, ut proinde immerito repeteret summam pro tempore præterito ultra motam litem.

Dubium sequitur.

An, & in qua summa, & quomodo, & a quo tempre sit locus augumento congruæ in casu &c.

Negative in omnibus.

HORTANA UNIONIS. In editiore Colle, qui Civitati Hortanæ imminet, & in medio fere agro citra Tyberim sita est ruralis Parœcia SS. Josephi, & Marci, & adeo longe, lateque patebat, ut in frontem sex lapidibus, in porrectum quindecim se protenderet. Unus quidem Parochus suis muneribus satis esse non poterat, non tam pro numero animarum, quę ad capita *quatuorcentum quinquaginta* pertingebant, quam pro locorum distantia. Totus enim ager in partes tres dividitur: Alteram in declivio Collis incolunt, qui proximiores sunt Ecclesiæ Parochiali. Alteram in planitie Orientem versus tenent ii, qui habitant regiones di *Molignano*, *Motano*, *Baucca*, & a Parœcia remotiores sunt. Tertiam occupant ruricolæ di *Bagno*, *Lucignano*, *Resano*, *Tucciano*, qui ab ovile, & pastore remotissimi erant. Omnes vero Parrochiani dispersi jacebant in fundis, quorum cultui erant addicti. Nec ex fructibus Paræciæ suppetebat Parocho, ut coadiutorem sibi adsciscere. Hinc difficilis accessus ad Parochialem, & ignorantia rerum fidei, cujus rudimentis interesse non poterant remotiores Parrochiani. Hinc rarus ad dissita loca itus Parochi, qui in casibus inòpinis Sacramenta prompte ministrare nequibat. Hisce incomodis, quibus antea subveniri non potuit, remedium sese obtulit *anno* 1781. Vacavit enim altera Paræcia S. Petri, cujus quantum angustiores erant fines, animas vix *biscentum* continentes, tantum redundantiores erant reditus in annuis scutis *centum quinquaginta*. Oblatam sibi divinitus occasionem

Sess. 21. cap. 2. de Reform.

nem sublevandæ Paræciæ *SS. Josephi*, & *Marci* tenuit vigilantissimus, qui tum erat Hortanus Episcopus, & deprecatus est a SSmo, ut liceret sibi a Paræcia SS. Josephi, & Marci dismembrare regiones *del Bagno*, *Lucignano*, *Resano e Tucciano* in eisque ædificata Ecclesia ruralem paræciam constituere; ut ex reditibus vacantis Pareciæ S. Petri annua scuta triginta detraherentur, quæ in congruam novi Parochi assignarentur una cum quatuor modiis tritici ex decimis, quas Parochiani pensitabant quotannis Parocho SS. Josephi, & Marci; ut tandem suspensa maneret per annum Provisio Paræciæ S. Petri, & interea reditus erogarentur pro construenda, instruendaque nova Ecclesia cum ædibus Parrochialibus, pro quibus impensa scutorum 222. requirebatur.

Preces hujusmodi a san. mem. Pio VI. remissæ ad Sac. Congregationem, hæc rem omnem *pro Voto* detulit clar. mem. Cardinali de Zelada, cujus semper acerba, semper honorata erit recordatio. Processum remisit Episcopus ad formam juris confectum, & consensum Capituli Cathedralis, & Parochi SS. Josephi & Marci, & Defensoris deputati vacant's Paræciæ S. Petri, quos omnes, ita imperante Sac. Congregatione, de sententia rogavit. Hæc omnia sedulo in vestigavit defunctus Emus de Zelada, & Votum elucubratissimum scripsit, in quo censuit *ex amplitudine Paræciæ SS. Josephi*, & *Marci oriri necessitatem dismembrationis*, eo quo ab Episcopo proponebatur modo. Quibus omnibus ad S. Pontificem Pium VI. relatis a clar. mem. Card. Carrara, qui tum vices Secretarii hujus Sac. Congregationis summa cum laude præstabat, prodiit *ex Audientia SSmi diei* 1. *Augusti* 1781. Rescriptum = *SSmus oratoris precibus benigne annuens, eidem indulsit, ut pro suo arbitrio, & conscientia partem Paræciæ SS. Josephi, & Marci dismembrare, novamque Ecclesiam Parochialem erigere possit, & valeat, cum assignatione Territorii, & Incolarum locorum Resani, Balnei, Tucciani, & Lucignani, & cum assignatione novo Parocho triginta scutorum annualium ex reditibus Paræciæ S. Petri, ac Rubrorum quatuor frumenti decimalis ex his, quæ præstantur Parocho Ecclesiæ SS. Josephi, & Marci juxta superius descriptum Votum, ejusdem Emi Relatoris, & consensum Capituli; ac ulterius facultatem itidem impertitus est Oratori suspenden-*

dendi per annum tantum collationem nunc vacantis Ecclesiæ Parrochialis S. Petri ad effectum illius reditus erogandi in ædificationem Ecclesiæ, & ædium Parrochialium noviter construendarum, detracta prius congrua idonei Œconomi ab ipso Episcopo eligendi, & deputandi, qui interim resideat in dicta vacanti Ecclesia, & Curam Animarum, ac Sacramentorum administrationem laudabiliter exerceat, onerata prædicti Episcopi conscientia super præmissorum omnium debita exequutione, necnon Eadem Sanctitas Sua præsens Rescriptum ex speciali gratia haberi voluit perinde ac si Litteræ Apostolicæ desuper expeditæ fuissent.

In exequutionem hujus Rescripti facta est dismembratio, & erectio novæ Paræciæ in extructa Ecclesia S. Michaelis Arcangeli nuncupata. Abhinc in præsens semper in ea fuit proprius Parochus. Nunc vero vacat Paræcia hujusmodi, & semel iterumque proclamato concursu, nemo adfuit, qui facto experimento eamdem obtineret. Parochus vero SS. Josephi, & Marci Paulus Bellioni preces offert, ut portio olim dismembrata iterum suæ Paræciæ uniatur. Nam capita parrochianorum decrevervnt ad tercentum viginti quinque, ut ex censione facta in proxima præterita Paschate, & propterea etiam diminuti sunt reditus Paræciæ SS. Joseph, & Marci. Nam consistuuntur in decimis sacramentalibus, pro quibus singulæ familiæ repræsentant dimidium dimidiæ quartæ tritici, & in decimis, quas vocant, *bovariis* ex eo quod Familiæ pro singulo boum jugo, quod possident, dimidiam quartam frumenti pensitant. Quare diminutis capitibus, & familiis parrochianorum, decrescant oportet decimæ, reditusque Parochiales. Non pluris itaque ex decimis nunc se percipere Parochus conqueritur, quam Rubra quinque, nec plures quotannis ex Paræcia redire fructus, quam *scutorum* 44. 80., onera vero (calculatis tamen Missis pro Populo in scutis 20., & aliis Missis quadraginta quatuor legatis in scutis 11.) pertingunt ad *scuta* 36. 76., ut libera sibi supersint annua scuta 8. 04. in causam congruæ. Reditus vero Paræciæ S. Michaelis consistunt in scutis 64., & pro parocho remanent scuta *quatuordecim* demptis oneribus, quæ calculantur in scutis 50., comprehensa elemosina Missarum pro populo in annuis scutis *sexdecim*.

Mo-

Modernus Episcopus narrata confirmans concludit. *Nihil satius esse duxerim, quam utramque Paræciam iterum unire, & omnes rusticos homines in agro cis Tyberim, iterum antiquæ Paræciæ subjicere. Ut autem Populi incomodum Paræciarum divisioni præexistens evitetur, quod tamen, ut vere loquar nec post divisionem quidem evitatum est, ea, quæ sequuntur proferendo censui. Si per divisionem Paræciæ antiquæ consultum fuit villicis habitantibus agros vulgo dictos Bagno, Lucignano, Rosano, Tucciano, consultum omnino non fuit hobitantibus agrum nuncupatum Motano, Baucca, qui longe ab Ecclesia SS. Iosephi, & Marci, & longius a Civitate distant. Hinc maximo animi mei mœrore persæpe fit hiemali præsertim tempore, ut nonnulli rustici illic incolentes Missam diebus festivis audire nequeant, quia ob imminutionem hominum in dicta agri parte, & eorum, qui adhuc supersunt paupertatem nullus ad Sacrificium conficiendum in parva rurali Ecclesia, quæ illic est, & pariter D. Michaeli dicata, accedit. Ut igitur hujusmodi incomoda tutius evitentur opere pretium puto divisas Paræcias iterum unire, & Parocho SS. Josephi, & Marci omnes reditus tum ex decimis, tum ex annua præstatione Parochi S. Petri tribuere, onere tamen injuncto eligendi duos Cappellanos amovibiles ad nutum, & a me approbandos, qui diebus festis de præcepto ad duas Ecclesias S. Michaelis missam celebraturi accedant cum aliquo emolumento solvendo utrique a Parocho SS. Marci, & Josephi, quorum alter Cappellanus satis idoneus habeatur, qui cum opus fuerit Parochum in officio adiuvet, & ipse Parochus quandoque ad unam vel alteram ruralem Ecclesiam accedat, Evangelium explicet, rudes edoceat. Porro facilius erit hos binos Cappellanos reperire, quam binos Rectores, cum Cappellani eligi possint ex regularibus Monasteriis, quarum alterum Cappuccinorum, alterum Observantium est extra Hortam intra limites Paræciæ SS. Josephi, & Marci. Ut vero omnia facilius exequtioni mandentur cum expensas non mediocres facere oporteat, facultates mihi oportuniores conferri peto, quibus utens augerem decimas solvendas a Villicis incolentibus domos positas in fertilioribus agris dictis Atotano, e Baucca.*

Dismembratio Paræciæ SS. Josephi, & Marci facta præcipue est ob distantiam incolarum *di Bagno, Lucigna-*

no

no, *Resano*, *Tucciano*, qui ultra secundum lapidem distabant a Parochiali Ecclesia, & distantiam duplicis milliarii satis esse ad dismembrationem obtinendam tradunt *Fagnan. in Cap. ad audien. de Eccles. ædifican.*, *Pirrhing in jus Canon. Cap.* 16. *num.* 31. Cum vero ex hac distantia eveniebat, ut Parochiani rudimentis fidei, & Sacramentis destituerentur, tum justa immo necessaria erat causa, ut dismembratio fieret secundum sanctionem Tridentini *Sess.* 21. *Cap.* 1. *de Reform.*, ut docet *Pignattell. Consult.* 230. *num.* 5. *tom.* 4. *Reclusio de Re Parrochiali part.* 1. *tit.* 12. *num.* 87., & definivit S. Congregatio *in Asculana Dismembrationis* 11. *Aprilis* 1739. *ad I. Dub.*, *& in Anconitana Dismembrationis*, *& Reintegrationis* 12. *Februarii* 1803. Quæ causa adhuc subsistit. Licet enim decreverit Parrochianorum numerus, attamen dispersi sunt per agrum, ut ad Parochialem nonnisi ægre accedant. Frustra hinc Parochus unionem postulare videtur, ut suę indigentiæ consultum sit. Nam indigentia Parochi non adeo gravis est, cum ei libera supersint 28. scuta annua. Ab oneribus enim expungenda sunt scuta *viginti* quæ calculantur in causam Missarum pro Populo. Hæc enim congruam non minuunt, quia Parochus has Missas ex proprio officio celebrare tenetur, ut statuit S. Congregatio in *Sutrina* 6. *Martii* 1785. Quod si etiam congrua Parochi esset justo tenuior, potius ex aliis mediis esset augenda a Tridentino præscriptis, quam ex unione Paræciæ, quæ in damnum Parochianorum redundat, sicuti dismembratio in eorum utilitatem facta fuit.

Nihilominus duo observanda sunt cum Episcopo. Primum quod sive ex parvo Sacerdotum numero, sive ex tenui congrua Paræcia S. Michaelis adhuc Pastore caret. Semel enim iterumque indicto concursu, nemo adfuit, qui eidem Pareciæ optaret. Deinde quod ex facta dismembratione non omnibus consultum est remotioribus Parochianis, sed iis tantum habitantibus regiones *Bagno Luciniano Resano Tucciano*, qui ultimos fines Paræciæ SS. Josephi, & Marci tenent. At qui incolunt Regiones *Motano*, *& Baucca*, remotiores adhuc ab Ecclesia spiritualibus carent subsidiis. Quæ omnia causam præbere putat Episcopus, ut dismembrata portio iterum Pareciæ SS. Josephi, & Marci uniatur.

Ut

Ut vero Parochianis universis ex hac unione benè sit, hunc *modum* proponit, quo unio perficiatur: Scilicet, ut secundum antiquum statum Paræcia sub uno maneat Pastore SS. Josephi, & Marci; ut Parochus nedum redintegretur ad perceptionem illius portionis Decimarum, quas Parochus S. Michaelis exigebat, sed etiam ei tribuatur pensio, qua gravata fuit Paræcia S. Petri in annuis scutis *triginta* favore Parochi S. Michaelis, ut onus imponatur novo Parocho SS. Josephi, & Marci retinendi duos Cappellanos amovibiles, qui in geminis ruralibus Ecclesiis Sacris operentur, & alter confessiones quoque excipiat: ut tamdem facultas tribuatur Episcopo (quæ tamen, vereor, ne in populi offensionem incidat) augendi decimas incolentibus fertiliores regiones di *Motano*, & *Baucca*, ut fieri possit satis expensis pro unione perficienda necessariis.

Videant ex his EE. PP. quid expediat, & deliberare dignentur.

An, & quomodo sit locus unioni in casu &c.

Negative, & Episcopus proponat alia media ad consulendum Curæ animarum degentium in locis Motano. & Baucca.

Sess. 22. cap. 6. de Reform.

BALNEOREGIEN. INDULTI. Capitulum Cathedralis Balneoregiensis constat duplici Canonicorum Classe, quarum altera dicitur *Massa di S. Donato*, altera Massa di S. Nicola, quæ alterna vice chori servitium præstant. Massa Canonicorum S. Nicolai habet Priorem, & septem Canonicos, quorum duo morbo conflictantur, duo sunt Parochi, & munere Curæ animarum distenti, alter gaudet indulto jubilationis, alter causa studiorum manet in Seminario Diœcesano. Quare duo tantum sunt, qui choro interesse possint. Ex his unus est Clericus annorum decem & octo Cosmas Colasanti. Ejus parentes consultius fore putant, si longe in Seminario Amerino juvenilis animus moribus, & scientiis informetur, cum domi periculum sit, ne illecebris distractus parum proficiat. Probavit Episcopus consilium, & nunc postulatur indultum, abessendi causa studiorum. Sed omnino repugnat Capitulum, ne chori servitium detrimentum patiatur. Fieri enim poterit, ut in hebdomada, quæ pertinet ad Massam S. Nicolai unus tantum sit Canonicus, qui choro intersit, & idcirco servitium præstari non possit. Ex quibus negant se assensum daturos, nisi sub con-

conditione, quod in Seminario Diæcesano studiis operam navet, quia hoc modo choro interesse poterit. Episcopus tamen narrata confirmans putat rem omnem conciliari posse *si in concessione Gratiæ a Sac. Congregatione imploratæ imponatur Oratori obligatio deputandi alterum Ecclesiasticum, qui suas gerat partes in chori assistentia*.

Habet Orator ætatem annorum *decem & octo*, necessarium ei est studium scientiarum, in quibus hactenus parum profecit, adeoque his concurrentibus indultum causa studiorum concedi solet a *Sac. Congregatione* passim, & præcipue *in Nullius S. Ruffilli* 12. *Maij* 1783. Quæstio itaque redit ad locum in quo studiis incumbere debeat. Nam Canonici repugnant, ut in Seminario Amerino maneat Orator, ne chori servitium detrimentum patiatur, sed potius in Seminatio Balneoregiensi studiis incumbat, ut simul choro adesse possit, ubi id necessitas postulet. Episcopus vero putat Oratorem abesse posse a Patria, si indultum hac conditione concedatur, ut alium substituat, qui ejus vices in choro præstet. Verum hęc conditio numquam in indultis hujusmodi usuvenit; & nil conferre videtur ad servitium chori. Nam extra græmium suæ Massæ Orator deputare posset neminem, & in ipsa Massa alius non erit, qui servitium pro absente Clerico præstare possit.

Ex his deliberandum proponitur.

An, & quomodo sit concedendum indultum in casu &c.

Non proposita cum sequenti,

FERETRANA PERMUTATIONIS. Distinctos, diversosque fundos possidet Parochialis Ecclesia Mondagnani, sed non multum fertiles tum ex sterilitate soli, tum maxime, quia carent domo colonica. Quo fit, ut colonus cum in agro assidue versari nequeat, nec pecus retinere, multum cultura vilescat. Hinc modernus Parochus Antonius Maria Ubaldini utilem putavit rem esse, si tria terræ frustula dicta *le Greppe, la Valle di Sermolle, la Ripe*. & ab aliis parochialibus *Ses. 25. cap. 9. de Reform.*

bus fundis remotiora cum una, quæ altero retinendo adhæret, domo colonica permutaret. Prompta nunc adest occasio hujus ineundæ permutationis cum *Francisco Lunadei*, atque idcirco opportunam veniam ab hac Sac. Congregatione deprecatur. Episcopus rogavit Sententiam Congregationis Popularis illius Parœciæ, eaque votis Parochi suffragatur: Audivit Peritos, qui prædia Parochialia permutanda æstimant in scutis 61. 50. nec plus fructuum ex eis redire asserunt quam annua scuta ad summum tria, domum vero colonicam valoris esse scutorum 75.. Ex his concludit Episcopus = *Hisce igitur omnibus inspectis, cum negari nequeat, quin talis contractus sit admodum utilis Oratori, ejusque Ecclesiæ Parrochiali ea essem Sententia, ut Parrocho facultates petitæ possint impertiri*.

Postulatur permutatio, ut Ecclesia tradat fundos valoris 61. 50., & domum habeat valoris 75. monetæ Sed si extrinsecus spectetur Contractus eo res redit, ut Paræcia det fundos, qui quantumvis steriles, reddunt tamen annuum fructum scutorum trium, & accipiat domum colonicam, quæ nullos gignit fructus, immo reparatione indiget,&pro manutentione impensam annuam requirit. Longe itaque abesse videtur utilitas, quæ in alienationibus rerum Ecclesiæ spectanda est, cum permutatio sapiat alienationem & veniat sub censura Extravagantis *Ambitiosæ*, ut tradunt Cardinalis de *Luca de alienat. Discur.16 num. 7. Card. Petra in Comment.Tom. 1. pag. 157.. n.18.* Quod si intrinsecus spectetur contractus utilis videri poterit. Idcirco enim cultura aliorum fundorum Parochialium negligitur, quia deficiente domo colonica,nec villicus assidue, & diligenter in rure versatur, nec pecus retinetur, unde fundi stercoratione pinguescant. Quare domus colonica si fructus per se non parit, per eam tamen augentur fructus, qui ex diligentiori cultu agrorum percipi poterunt. Videant igitur EE. PP. num petita venia ineundæ permutationis sit nec ne concedenda.

Dubium proponitur.

An sit concedendum Beneplacitum Apostolicum in casu &c.

Die

Die Sabbathi 30. Martii 1805. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

Ses.12. cap.6. de Reform.

BALNEOREGIEN. INDULTI.
An, & quomodo sit concedendum indultum in casu &c.

Affirmative dummodo maneat in Seminario Diœcesano cum obligatione inserviendi choro diebus festis,& vocationum recurrentium.

Ses.25. cap.9. de Reform.

FERETRANA PERMUTATIONIS.
An sit concedendum Beneplacitum Apostolicum in casu &c.

Affirmative,

Ses.22. cap.6. de Reform.

ROMANA ALIMENTORUM. Rogati EE. PP. in Congregatione diei 19. *Januarii proxime præteriti An Sententia R. P. D. Secretarii sit confirmanda, vel infirmanda* = responderunt = *Affirmative ad primam partem, donec Clemens solvat Mariæ Annæ Ravicli dotem in summa a D. Secretario prefiniendam, & negative ad secundam*. Facta est ab Emo Præfecto potestas succumbentibus Lovattis, ut iterum sua jura experirentur. Nunc igitur Maria Anna pro reassumptio-

ptione supplicat. Lovatti vero nihil mihi exhibuerunt.

Deliberandum erit.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata ad primam solutis scutis quindecim infra tres, & amplius.

Ses. 24. cap. 12 de Reform.

LAURETANA EXEMPTIONIS. Ut primum Lauretanam, & Recinetensem tenuit Ecclesiam modernus Episcopus ingemuit, ut neglectam vidit collationem casuum conscientiæ a Beneficiatis & Clericis Beneficiatis Basilicæ Lauretanæ. Id quod cum significasset in prima Relatione Status Ecclesiæ, hoc ex litteris S. Congregationis datis die 5. Aprilis 1803. habuit responsum = *de Beneficiariis, & Clericis S. Mariæ Lauretanæ in Sacris constitutis, tum de Cœnobitis, qui hospitia eo in Oppido obtinent, sic sentiunt EE. Cardinales, compellendos esse omnes, ut & conventibus intersint, in quibus casus morum discutiuntur, & respondeant quæstionibus propositis, iis tantum Regularibus exceptis, in quorum conventibus sessiones habeantur* = Hisce facultatibus auctus edictum publicavit Episcopus *die* 29. *Novembris* 1804., quo interminavit mulctam = *di trepaoli per ciascuno contro gli Ecclesiastici Secolari*, nisi collationi casuum interessent, *e saranno multati doppiamente*, nisi propositis casuum quæstionibus responderent. Perdoluit hoc Beneficiatos, & exemptionem ab Edicto reclamarunt ad Sac. Congregationem, quæ ex Rescripto *diei* 13. *Decembris* 1804. exquisivit Votum Episcopi *audito Capitulo, & præfixo termino ad deducendum jura sua in Sac. Congregatione non retardata interim executione Edicti*,

Capitulum habitis comitiis respondit = *che rapporto alla risoluzione de' casi siano solamente tenuti quelli, che nel nostro unico Sinodo Tit. 8. de pœnitentia num. 4. sono espressamente nominati, e mancandosi, alla pena ivi comminata. Rispetto poi a prestare la presenza*

ed

ed interessenza alla Congregozione della Risoluzione de' casi, crede vi siano obligati eziandio tutti quelli, che sono addetti al servizio del Coro, e quando non v'intervenissero devono esser sogetti unicamente a quella pena, che prescrive lo stesso Sinodo al Tit. 3. de Punctaturis num. 15. Questa è la costante osservanza stata sempre praticata senza alterazione, ed innovazione alcuna sotto tanti Vescovi di ben degna memoria. In sua Informatione Episcopus necessarium esse affirmat, ut Beneficiarii collationi casuum interveniant. *Ex cœtu* inquit *Beneficiatorum adsciscendi sunt Parochi, qui decem fere hominum millia regimini præsint Laureti. Ex tot Beneficiariis neminem invenire nuper mihi licuit, meque convertere oportuit ad Præsbiterum non Beneficiarium, qui munus hujusmodi sumeret. Animadvertendum est Parochos Lauretanos carere prorsus congrua portione, quam Tridentini Patres statuere. Hinc fit, ut nisi id sumat officium unus, vel alter Beneficiarius, qui reditus aliunde obtinet, carere debeamus Parochis. Vos perspicietis inde quanti intersit, ut Theologiæ Moralis regulas calleant Beneficiarii nostri. Experientia docet in hujusmodi disciplina valde profici collatione casuum, iisque exercitationibus, quibus oportet navare operam in discussionibus eorumdem. Cæterum dum Edictum illud conscripsi, ne unguem, quidem abscessi ab iis, quæ præscribuntur in Concilio Romano, quod vos ipsi mihi proposuistis tamqnam regulam, viamque sequendam.*

Beneficiati sua jura deducent per impressum *Memoriale*. Episcopus vèro *Folium* transmisit, in qua plura affert inferius recensenda. Illi contendunt latum Edictum omnino repugnare consuetudini, & Synodis Ecclesiæ Lauretanæ, tum dispositioni juris, & oraculis Sac. Congregationis. Ex testibus enim probare student hanc inveterasse consuetudinem, ut præter Parochos, & Confessarios cæteri, vel Clerici numquam coacti sint, ut collationi casuum interessent. Quod si alias Episcopi omnes Ecclesiasticos compellere voluerunt, inadimpleta prorsus fuere Ædicta, & hanc exemptionem, & observantiam sibi integram servarint cæteri Ecclesiastici non Parochi, nec Confessarii. Id quod confirmatur ex postrema Synodo Lauretana *anno* 1781. *ab Episcopo Vecchioni* celebra-

brata, in qua Parochi tantum, & Confessarii sub multa pecuniaria ad interessendum collationi casuum adiguntur. Præterea Edictum hujusmodi adversari dicunt Beneficiati dispositioni juris, unde Parochi & Confessarii certe quidem cogi, cæteri vero Ecclesiastici hortari tantum possunt, ut collationi intersint ad tradita *per Laver. Resolut. Canon. Moral. Resolut.* 411. *num.* 14. *Ferrar. in Biblioth. verb. Canonici art.* 9. *num.* 35. Id quod etiam definitum esse contendunt a Sac. Congregatione *in Civitatis Plebis* 15. *Martii* 1692. *in Vigelien. Synodi* 20. *Martii* 1696. Nec sibi obesse putant Concilium Romanum, cum istud fuerit Synodum Provincialem, atque idcirco nil sibi vindicat extra Romanam Provinciam ut tradunt *Schmidius Histor. Ecclesiastic. par.* 3. *secul.* 18. *pag.* 929. *Benedict.* XIV, *de Synod Diœces lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 6. Non itaque locum habere potest in Piceno, quod in provincia Romana non manet, cum hæc non ultra Campaniam, & Patrimonium extendatur, ut docet *Valchius in Comment. ad Concil. Lateranense a Benedict. XIII. celebrat. sect.* 2. *pag.* 11. Neque si Episcopus Lauretanus per procuratorem Concilio Romano subscripsit; idcirco etiam in Diœcesi Lauretana servandum sit. Nam plures Episcopi extra Provinciam Romanam, inter quos numeratur Bambergensis in Germania, Concilio adfuere obsequio ducti erga Pontificem, quin ex eorum præsentia, & subscriptione in respectivis Diœcesibus sibi quidquam vindicet.

Episcopus vero in transmisso *Folio* probat ex vetustis Constitutionibus Synodalibus omnes de clero cogi ad interessentiam casuum conscientiæ. Ita in Synodo ab Episcopo Benzonio habita *anno* 1592. compellitur *universus clerus Lauretanus*. In altera a Cardinali Galaminio celebrata *anno* 1614. sancitum est, *ut si quis ex Dignitatibus, Beneficiatis, & Clericis nostræ Cathedralis Ecclesiæ lectioni casuum conscientiæ non interfuerit distributionem illius diei amittat*. Parimodo in Synodo, quam vulgavit Episcopus Cardinalis Roma *anno* 1725. voluit, ut collationi interessent *omnes Parochi & Sacerdotes & in Sac. Ordinibus constituti*, & punctari jubet, qui lectioni casuum non interfuerint, ac si *horæ canonicæ præcedenti* non interfuissent. Quod si hæc fuit disciplina a Synodis præ-

præscripta , nil certe eidem detrahit , si in quàmdam incidit desuetudinem . Id enim accidit , seu quod Episcopi per duo fere Sæcula de sua jurisdictione certare debuerunt , seu quod Ecclesia Pastore orbata perdiu fuit . Quare hæc desuetudo potius corruptela dicenda est, & irrationabilis, cum Ecclesiæ disciplinam tot constitutionibus Synodalibus munitam omnino labefactet , ut tradit *Benedict. XIV. de Synod. Diœces. Lib. VIII. cap.* 3. *num.* 2. Quin ex Synodo Vecchioni hæc infecta desuetudo convalescere possit ; cum illud latum fuerit pro Diœcesi Recinetensi numquam vero pro Lauretana .

Nullo præterea Canonici juris loco sancitum esse contendit Episcopus , ut a collatione casuum conscientiæ eximantur Ecclesiastici , qui nec Parochi sunt , nec Confessarii . Immo vero ex recentioribus Sac. Congregationis Resolutionibus contra fuisse decretum patet cæteris omissis ex *Interamnen. Decretorum* 20. *Novembris* 1802. , & 26. *Martii* 1803. in qua etiam definitum fuit locum habere Concilium Romanum in Diœcesi Interamnensi , quæ in Provincia Romana non continetur. Cum vero ipse Lauretanus Episcopus Suffraganeus sit Metropolis Romanæ , hinc deducit , quod uti possit eodem jure , quod in Metropoli obtinet . Cæterum Concilium Romanum etiam in Diœcesi Lauretana sibi vindicare exploratum est ex responsu ab hac Sac. Congregatione dato Episcopo, ut pro collatione càsuum conscientiæ ad normam *Concilii Romani tit.* 15. *cap.* 9. procederet . Quamobrem concludit , quod si Edictum consonum est Synodalibus constitutionibus , Concilio Romano, & Sac: Congregationis Oraculis nil causæ est , cur Beneficiati , & Clerici Beneficiati illius exequtionem detrectent .

Ad *modum* , quod attinet , hoc saltem sibi concedendum putant Beneficiati , & Clerici Beneficiati ut compelli nequeant ii , qui non sunt in S. Ordinibus constituti . Reliqui vero sub pœna unius puncti , numquam vero inflicta multa pecuniaria : Episcopus vero omnes compellendos esse censet , ut docti fiant ad scientiam ecclesiasticam , & compellendos esse sub pœna pecuniaria , quæ mitior in suo Ædicto præscribitur quam in Synodo *anni* 1626. Cardinalis Roma , qui pœnam absentibus imposuit *dimidii scuti* .

Ex

Ex his alternatim disputatis deliberandum proponitur.

An, & quomodo quoad Beneficiatos, & Clericos Beneficiatos Basilicæ Lauretanæ sit locus exequtioni Edicti diei 29. Novembris 1804. pro interventu Collationi casuum conscientiæ in casu &c.

Affirmative in omnibus ad formam Edicti.

Sess.23.cap.14 de Reform.

BRIGANTIEN. HABILITATIONIS, ET DISPENSATIONIS. Joachim Antonius de Costa origine Diæcesis Caliobrigensis, cum jam esset minoribus ordinibus initiatus, coacte inter militares copias descriptus est, & in acie per triennum mansit, quin aliquem occiderit aut mutilaverit, immo nec hostium vultum adspexerit. Militiæ pertæsus falsas conscripsit dimissoriales datas Brigantiæ die 6. *Martii* 1802., illiusque Episcopi signum ex alia pagella evulsum, suis commentitiis dimissorialibus affinxit. Quo facto pergit ad Vicarium Generalem Bracharensem, & ab eo facile impetravit, ut pro authenticis easdem recognosceret, & testatum faceret signum appositum tale revera esse, quo Brigantiensis Episcopus utebatur. Hisce fretus ab Episcopo Tudensi, qui falsitatem dimissorialium nec suspicatus est, impetravit S. Subdiaconatus ordinem. Occultum quidem fuit crimen, neque ad Fiscum delatum, neque a Judice animadversum. Sed Joachim Sceleris conscius ad pedes provolutus Emi Patriarchæ Ulysipponensis (inter cujus subditos fuerat Apostolica gratia adscriptus) suam culpam deprecatus est, & ab eo obtinuit, ut a S. Sede veniam exoraret.

Nulla adhuc facta pœnitentia preces pro absolutione, dispensatione, & rehabilitatione porrexit; Episcopus Brigantiensis de sua Sententia rogatus, cum a Diæcesi abesset, respondere non potuit. Quare preces remissæ fuere Nuncio Apostolico apud Regem Fidelissimum,

simum . qui superius exposita confirmans addit = *ex documentis ab Oratore porrectis facile cognovi ipsum bonis moribus imbutum esse, S. Theologiæ Moralis aulam frequentasse, idoneum repertum, approbatumque in hac Patriarchali Curia fuisse pro Sacris Diaconatus, Præsbiteratusque Ordinibus suscipiendis. Quod tandem ad ejusdem Recurrentis emendationem spectat, ipsum emendatum revera esse arbitror, non solum ex eo, quod numquam voluit in ordine illicite suscepto ministrare, neque ad cæteros S. Ordines ascendere, quibus poterat eadem facilitate insigniri; Reor etiam ex ejus animi alacritate, qua promptum paratumque se exhibet ad omnia peragenda, quæ huic S. Congregationi mandanda placebunt atque ex maxima sollicitudine, qua patrati criminis veniam, remediumque expostulat. Hinc licet in hisce Regnis haud raro istiusmodi casus contingant; optimis tamen Oratoris dispositionibus confidens, illum dignum existimarem ad gratiam. Idem sentit Caliobrigensis Episcopus a me pariter interrogatus, qui de moribus Recurrentis bonum exhibet testimonium, ipsumque valde commendat.*

Primum quærendum videtur, num irregularitatem contraxerit Or., quia armatam militiam sequutus est. Alii ex Canonistis putant ab irregularitate immunes esse, qui licet stipendia meruerint, attamen neminem sanguinem, occisumque dimiserint ut tradit *Fagnan. Cap. de Cetero num. 7. de Homicid. Card. Petra Comment. ad Constit. unic. Gregorii VIII num. 3. Pignatell. Consult. 19. num. 1. tom. 7.* . Sed alii hoc negant de Clericis, quibus a primis Ecclesiæ institutis, & *a Canone Apostolorum* 83. prohibetur, ne militiæ vacent; ita ut cum operam illicitam præstent, & contra animi lenitatem, si militare stipendium accipiunt, ita in irregularitatem incidunt, licet in bello neminem mutilaverint, aut occiderint, & in hisce terminis S. Congregatio definivit necessariam esse dispensasionem *in Ipren. Irregularitatis proposita die 16. Decembris 1702., & resoluta die 13. Januarii 1703. Lib. Decret. 52. pag. 450., & lib. 53. pag. 1.*

Falsis quoque usus est Orator litteris dimissorialibus, ut ordines ab alieno Episcopo consequeretur. Perinde est igitur, ac si ordinibus inauguratus sit sine licentia proprii Episcopi, adeoque suspensus ipso jure est

ex Tridentino *Sess.*23. *cap.*8. *de Reform.* Immo vero cum dolo malo mentitus sit demissoriales, profecto ordines furtive suscepit, & dubitari potest, quod sit irregularitate irretitus *ex Text. in Cap. Veniens de eo qui ordines furtiv. recep.* ibique *Abbas num.*2. *not.* 4. *Navarr. in manual. Cap.*27. *num.* 241. Sed cum in ordine non ministraverit probabilior Sententia est quod irregularitate non teneatur ut docent *Covarruv. in Cap. Alma part.*1. §.6. *num.*6. *Suarez. disc.* 3. *de Censur. Sect.*1. *num.*57. *Piringh. Jus Canon. lib.* 5. *Decretal. tit.*30. §.3.

Num vero dispensatione, & rehabilitatione dignus sit Orator, erit EE. VV. judicium. Invitus ipse, & reluctanti animo in militiam adscriptus est. Dolo quidem fecit dum Subdiaconatus ordinem suscepit mentitis dimissorialibus, attamen occultum est crimen, nec ad forum delatum, & cautus fuit ne in ordine ministraret, Sollicitus nunc est, ut veniam obtineat, paratusque subeundi poenitentiam, quam Sac. Congregatio judictura erit. Morigerus est, idoneus approbatusque in Patriarchali Curia Ysipponensi ad reliquos S. ordines suscipiendos. Eundem commendat Episcopus Caliobrigensis, & Nuncius Apostolicus dignum judicat, qui vestram indulgentiam consequatur.

Dubium proponitur.

An sit consulendum SSmo pro dispensatione, & rehabilitatione in casu &c.

Negative.

*Sess.*24, *cap.*12 *de Reform.*

CAURIEN. JUBILIATIONIS, In Cathedrali Cauriensi obtinuit primum Dignitatem Archidiaconatus, tum Prioratus de Galisteo Sacerdos Ignatius Osorio y Mesia, Juramentum ipse praestitit, prout Statuta Ecclesiae jubent, quo se abstinere promisit a petendis dispensationibus a suo munere. Hujus servitium diligentissime praestitit per annos *sex* supra *quinquaginta*, & modo inclinata aetate ad annum *octo-*

octogesimum postulat indultum jubilationis. Episcopus instantiæ suffragatur = *Audito*, inquit *hac super re Capitulo Cathedralis, quod de more convocatum, suum aperuit consilium, & cum certo constet de veritate precum, Oratoremque minime posse absque gravioribus incomodis, periculis, & anxietatibus valetudini obnoxius interesse choro, capitulo, aliisque ecclesiasticis ministeriis de more, & jure statutis, nullum adest impedimentum, ut eum a residentia absolvatis sine præjudicio quotidianarum distributionum dummodo prius ei relaxetur juramentum abstinendi ab hujusmodi gratiis, & dispensationibus secundum statuta Ecclesiæ de more præstitum.*

Cum ex testimonio Episcopi constet Oratorem per annos quinquaginta sex continuum, & laudabile obiisse servitium, nil certe reliquum esset, quin jubilationis indultum obtineret, nisi ei impedimento esse videretur præstitum juramentum ad formam statutorum Ecclesiæ de non impetraudis indultis, quæ absentiam a choro indulgereut. Etenim cum indulta jubilationis non a jure præscripta sint, sed a consuetudine inducta, & ex gratia concedantur, venire quidem possunt sub illis Statutis Ecclesiarum, quæ, ne hujusmodi indulta impetrentur, omnino defendunt. Quare si Orator in hæc statuta juravit, certe quidem nefas esset indultum exorare, nec petere posset absolutionem a juramento, quod servandum est, nisi constet dolo, aut fraude extortum, vel iniquitatis vinculum continere, vel redire in perniciem salutis æternæ *ex Text. in Cap.* 28. *De jure jurian. Cap.* 2. *De pactis in* 6. *Gonzalez ibid. num.* 15.

Contra vero observandum est ea Statuta esse stricti juris, & interpretationem recipere a jure, & a consuetudine Sedis Apostolicæ authoritate firmata, ut tradit *Rota decis.* 167. *num.* 14. *part.* 1. *decis.* 178. *num.* 1. *part.* 18. *Recent.* Indulta vero jubilationis licet non a jure concessa, inducta tamen sunt ex consuetudine, quam probavit S. Congregatio, & confirmavit S. Pontifex Gregorius XIII. ut tradunt *Garzias de Benef. parte* 3. *Cap.* 2. §. 1. *num.* 334. *Benedict. XIV. de Synod. Diœces. lib.* 13. *Cap.* 9. *num.* 15. Quare statuta intelligi possent de indultis absque justa causa non obtinendis, non autem de iis quæ ob continuum, & laudabile ser-

vitium concedi solent ex consuetudine Sedis Apostolicæ authoritate confirmata. Quare si a censura Statutorum hujusmodi indulta eximuntur, nec juramentum obest, nec absolutio petenda est, ut indultum jubilationis consequatur.

Videant EE. PP. num ad præsentem quæstionem dirimendam conferre possint, quæ alias definita fuere in *Gerunden. Jubilationis* 11. *Februarii* 1772. Obstabant siquidem petitæ jubilationi Statuta Ecclesiæ Gerundensis, quo cautum erat, ut = *omnes Canonici in eorum novo ingressu inter Statuta dictæ Ecclesiæ jurarent, quod numquam impetrassent privilegium a Sede Apostolica de recipiendo fructus in absentia vel si impetrassent illo non uterentur* = *nec impetrabit absolutionem juramenti* = Nihilo minus propositis geminis dubiis =, *I. An obstent Statuta Ecclsiæ Cathedralis Gerundensis annorum* 1536., & 1537., & *respective illorum juramentum ad effectum obtinendi jubilationem, ita ut sit consulendum SSmo pro absolutione ad cauthelam* = *II. An sit concedendum Indultum Jubilationis* rescriptum fuit = *Ad I. Negative, & non indigere, ad II. Affirmative.*

Unum itaque alterumque Dubium proponitur.

I. *An obstent Statuta Ecclesiæ Cathedralis Cauriensis, & respective illorum juramentum ad effectum obtinendi jubilationem ita ut sit consulendum SSmo pro absolutione ad cauthelam in casu &c.*

II. *An sit concedendum Indultum Jubilationis in casu &c.*

Ad I. Negative. & non indegere.
Ad II. Affirmative.

Ses. 23. cap. 3. de Reform.

CAMERINEN. SANATIONIS, ET APPLICATIONIS. Pertinet hæc causa ad Folium diei 30. Junii 1804., in qua proposito Dubio = *An, & quomodo sit concedenda sanatio quoad præteritum, & applicatio quoad futurum*, cum omnia quæ ad causæ definitionem cognoscenda erant, non probe liquerent; EE. PP. rescripserunt = *Dilata, & scribatur Ar-*

Archiepiscopo juxta mentem = Mens autem fuit = *Archiepiscopus referat, an Executores testamentarii clar. mem. Card. Petri Pauli, & Equitis Josephi Conti, etiamsi minime adessent puellæ vocatæ dotem petentes, quotannis reapse scuta* 40. *solverint pro quatuor subsidiis dotalibus ad formam utriusque testamenti, & cui, & quibus, visis receptis. Utrum dotes pro sequutis matrimoniis non solutæ, minimeque in conciatorem distractæ in publicam Communitatis utilitatem erogatæ sint, perquisitis justificationibus, vel potius in commodum privatorum, qui sint solvibiles. Quot matrimonia a puellis ex fundatione Conti dotatis ex libris Parrochialibus pateat quolibet anno celebrata fuisse, ex quo ad* 12. *vel* 14. *adauctæ sunt puellæ, quæ ad dotem consequendam annuatim concurrunt. Dotes conferendæ ubi tuto deponi queant, donec post sequutum matrimonium dies veniat solutionis, & an per Testatores cautum sit de dotibus promissis, & per obitum puellarum non solvendis. Penes quem, seu quos existant dotes præteriti, & currentis anni adhuc non solutæ, & in quo numero sint collatæ.*

Singulis responsionem dàt Archiepiscopus in sua *Informatione*, in qua etiam documenta transmittit. Inquit enim *imediate post obitum Æquitis Josephi de Comitibus sequtum die* 9. *Februarii* 1775. *fuisse a Marchionissa Theresia Grassi vidua relicta, ac hærede universali præfati Josephi, fratris, ac hæredis cl.me. Petri Pauli Cardinalis defuncti die* 15. *Decembris* 1770. *persoluta integra scuta* 40. *pro quatuor subsidiis dotalibus ad formam testamenti tum antedicti Cardinalis, tum Equitis, quorum testamentorum particulæ dantur num.* 1., *&* 2., *& testatur Modernus Prior Castri S. Mauri num.* 3. *etiamsi minime adessent Puellæ vocatæ dotem petentes, subsidia tamen dotalia a prælaudato Card. relicta puellis, semper fuisse Communitati persoluta, & a Communitate puellis vel electis, vel sorte extractis prout plene patet ex libro mihi exhibito pro parte Communitatis, cujus titulus est* = *Deposito delle Doti, che consegna alla Communità l' Erede del Cavalier Giuseppe Conti, ex quo desumpta sunt hujusmodi subsidia dotalia collata Puellis a Communitate usque ad numerum* 31. *in adnexo folio adnotata num.* 4. *minime vero erogata fuisse in utilitatem nec publicam, nec privatam,*

tam, & subsidia, quæ nec Puellis, nec Concionatoribus adhuc sunt persoluta; per Communitatem enim deponuntur penes idoneam Personam d. n. 3. litt. D. E. Marchionissam autem Teresiam Grassi supramemoratam semper consuevisse Dotes a præfato ejus defuncto Viro relictas statim ac Puellis sorte obtigerint eisdem, vel earum Parentibus persolvere, non expectato earumdem Conjugio dicto num. 3. litt. A., quia non est ipsi a Testatore hæc lex imposita d. Num. 2., nec ab ipsis, nec ab earum Parentibus unquam exigisse ullam Receputam; ex adnexis enim Foliis num. 5., & 6. referentibus Partitas Matrimoniorum desumptas ex libro unius, & alterius Parœciæ prædictæ Communitatis Castri S. Mauri patet quot Matrimonia a Puellis ex Fundatione Conti dotatis quolibet anno celebrata fuisse dictis num. 5., & 6., nimirum 51. Matrimonia: refero ulterius haud esse inferendum quotannis in Castro S. Mauri plures, quam binæ, vel tres Puellæ matrimonium contrahere, ex quo ad 12. eædem adauctæ sunt, quæ ad dotem consequendam annuatim concurrunt, attestante moderno Priore num. 7.: in ætate enim nubili concurrunt, in provectiori autem nubunt, de facto enim nunc binæ singulis annis unius, & alterius Parœciæ computatis Matrimoniis, in eo Castro celebrantur; etenim ab anno 1775. ad annum proxime præteritum 1804., spatio scilicet 29. annorum constat nonnisi 51. Matrimonia celebrata fuisse dictis num. 5., & 6. si vero binæ Puellæ singulis annis naptui traditæ fuissent, nequaquam 51., sed 58. Matrimonia celebrata forent; opportuneque adverto quinque duntaxat dotalia subsidia penes Depositarium existere, & 31. Puellis collata, reliqua pro Concionatoribus erogata; quia ut superius innuebam, memorata Marchionissa non expectato Puellarum Conjugio quotannis binis Puellis singulis subsidium Dotale decem scutorum consignat, ulla haud requisita Receputa, nihilque cavisse Testatores de Dotibus promissis, & non solvendis Puellis Matrimonium non contrahentibus, vel innuptis e vita decedentibus.

Desuper omnibus auditis interesse habentibus, nempe prælaudata Marchionissa Teresia Grassi, utriusque Parœciæ Rectore, & Parochianis, & ipsamet Communitate, unaniniter omnes, expostulant sanationem pro præterito & concessionem alterius ex duobus subsidiis

Do-

Dotalibus a præfato Cardinali de Comitibus relictis pro Concionatoris Emolumento erogati, & respective prorogationem ejusdem concessionis pro futuro iisdem tamen legibus, ac conditionibus quibus fuit concessum primum Indultum, & quoad memoratum modernum Priorem majoris Ecclesiæ ejusdem Castri S. Mauri ægre fert, quod pro quinque diebus in Indulto reservatis pro habendis Concionibus tempore Quadragesimæ in Ecclesia inferiori cæteroquin Parochiali alterius Villæ dicti Castri singuli dies Fœsti præfigantur, quemadmodum revera semper servatum est post obtentum indultum pro libito tamen nonnullorum hominum illius Communitatis absque ,eo, quod Ordinarius ad formam Indulti unquam præfatos dies præfixerit.

Præ oculis habeant EE. PP., quod modernus Prior postulat, ut quinque conciones in Ecclesia Tribii omittantur. Ex his reassumpto præcedenti Folio deliberandum erit.

An, & quomodo sit concedenda sanatio quoad preteritum, & applicatio quoad futurum in casu &c.

Affirmative in omnibus juxta modum: nempe prævia absolutione, & sanatione quoad præteritum, & facto in futurum deposito modo ad Archiepiscopo præfiniendo subsidiorum nonnisi in actu celebrationis matrimoniorum solvendorum pro gratia applicationis unius subsidii ad decennium servata in omnibus forma rescripti diei 4. Aprilis 1778., & Archiepiscopus incumbat exequtioni.

FANEN. SUSPENSIONIS MISSARUM. Quam Cappellaniam in Ecclesia Sanctæ Mariæ in *Cartoceto anno* 1699. instituit Mattheus Ugoccioni injuncto onere quinque Missarum hebdomadalium, & reservato patronatu descendentibus Thomæ Abbondi, eam tenuit Canonicus Joseph Abbondi. Cujus Pater Thomas Abbondi, cum male Cappellaniam administrasset, fundosque Cappellaniæ *il Bottaccio*, & *Campicciarello* alienasset, Filio administrationem dimisit *anno* 1771., & ad reintegrandam Cappellaniam cessit proprium Prædium *Saletto*, & censum activum scutorum *quinquaginta*. Canonicus Abbondi, ut Cappellaniam procurare cæpit, domum fatiscentem restauravit, & ob hanc causam unum, & alterum censum Cappellaniæ re- *Sess.25. cap.4. de Reform.*

retrovendidit, & ex fundis nonnullas arbores de licentia Episcopi extirpavit. Quo factum est, ut Antonius Gradari ab Thoma Abbondi per Fœminam descendens in hac Sac. Congregatione insteterit, ut ob commissas alienationesCanonicus Joseph Abbondi caducatus a Cappellania declararetur. Proposito in *Congregatione diei 29. Januarii* 1791. Dubio *An constet de alienatione Capitalium, ita ut sit locus caducitati*, rescriptum fuit = *Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam*.

Defunto Canonico Josepho Abbondi acrior lis exarsit super patronatu hujusce Cappellaniæ, quod vindicabant hinc Maria tamquam postrema Agnata a Gente Abbondi, illinc Antonius aliique Gradari ex Familia Abbondi descendentes Cognati. Quamquam proposita controversia in hac Sac. Congregatione obtinuisset Maria, ut patet ex Folio in *Fanen. Jurispatronatus 20. Januarii* 1798., attamen postea maluit rem transigere cum Aldebrando Gradari, cui ipsa cessit patronatum Cappellaniæ, & in reintegrationem alienationum, quas majores sui commiserunt, dedit domum, & hortulum, sibique stipulavit annua scuta 18., in causam alimentorum, quæ Sac. Canones ex fructibus Beneficii Patrono pauperi concedunt; Hanc transactionem probavit Sac. Congregatio in *Fanen. Beneplaciti proposita die* 8. *Augusti*, & resoluta *die* 12. *Septembris* 1801. Nam disputato Dubio = *An & quomodo sit concedendum Beneplacitum* rescriptum fuit = *Affirmative juxta Votum Episcopi, attenta paupertate Patronæ, salvis juribus Cappellano agendi contra quos de jure pro vindicatione Bonorum Cappellaniæ*.

Post hæc Aldebrandus Gradari Rector Cappellaniæ postulavit reductionem quinque Missarum hebdomadalium. Sed reiectus fuit ex Rescripto diei 21. Novembris 1801 = *Lertum ad instantiam, & utatur jure suo pro vindicatione bonorum ad formam Rescripti 12. Septembris proximi præteriti*. Denuo preces porrexit, ut attentis impensis, quas antea in lites fecerat, quasque in posterum, ut bona vindicaret a tertiis possessoribus, facturus erat, suspensionem saltem Missarum obtineret. Preces hujusmodi remissæ fuerunt Episcopo Administratori ex Rescripto *diei* 20. *Septembris* 1802., ut referret *de actuali annuo reditu Cappellaniæ, de statu litis, & impotentia supplendi eiusdem expensis, & utrum probabilis spes suppetat recuperationis*, & *de*

& de tempore necessario. Cum interea Episcopus in actu Sac. Visitationis comperiisset nedum Aldebrandum compositionem a Rev. Fabrica die 2. *Decembris* 1801. obtinuisse pro Missis in præteritum non celebratis; Sed etiam ab hac die celebrationem prorsus neglexisse; hinc decreto suo diei 19. *Septembris* 1803. eumdem compulit sub pæna scutorum *decem*, ut intra quatuor menses omissam celebrationem præstaret. Obtestatus tum est Alebrandus a Sac. Congregatione absolutionem pro Missis non celebratis, & de hac quoque instantia rogata est Episcopi sententia.

Ad utramque instantiam remisit Episcopus *Informationem*, in qua singula patefacit, quæ ab eo percontata *in Rescriptis* fuere. Quoad Missarum suspensionem in primis ait = *ex libris administrationis, quam peregit Bartholomeus Rector Agostinelli Vicarius Foraneus Carthiceti, tamquam Economus ab ista Sac. Congregatione Deputatus cognovi quinquennio reditus pertingere ad Scuta* 285., *quæ singulis annis partita summam efficiunt Scutorum* 57. *Aldebrando e contra Gradari postremis annis* 1801., *& 1802. in quibus fruges pretio fere duplicato vendebantur, fructum attulit Cappellania scutorum tantum circiter* 50., *reditibus quoque exclusis horti, & domus ab ultima Patrona Maria Abbondi juxta transactionem concessarum valoris scutorum* 600. *Hinc est, quod Vos instructos reddere non possum integri decennii, quod opus fuisset ad Missarum suspensionem determinandam. In hac mea Curia controversia jam est incoata adversus tertios possessores, & pauca sunt hactenus acta, pro quibus parvam egit expensam. Fateri equidem debeo Oratoris impotentiam, sed fateri quoque mihi opus est instantiam Gradari solidis carere rationibus.* (quæ erunt inferius recensendæ) *& ideo incæptam Orator persequens causam credendum quidem est non fore ei feliciter cessuram. Quare mihi videtur EE. PP. annuere non debere, ut Orator celebrationem suspensam reddat ad controversiam, quæ quantum duratura sit nescio, defendendam, eoque magis, quia per mortem dictæ Patronæ Mulieris Clericus ab omni onere solutus est annuatim summam solvendi scutorum* 18. Quo vero pertinet ad petitam absolutionem pro Missis in præteritum non celebratis hæc habet Episcopus. *Clericus Gradari Cappellaniæ reditibus viginti unius mensium spatio gavisus est, nec unam quidam Missam celebrari curans etiamsi quinque in hebdomadis sint celebrandæ. Quid plura? Etiam*

post mutum decretum Beneficii reditus, ut audivi, ipse est consequutus, legati onus non satisfaciens.

De suspensione Missarum agitur in *primo Dubio*. Sive attendatur, deficiente calculo decennali, id quod Episcopus affirmat de annuo reditu Cappellaniæ, ut ad annua scuta 57. pertingat; sive spectetur id, quod Orator affirmat non plus fructuum quotannis redire, quam scuta 50., certe quidem tantum suppetit, ut quinque Missæ hebdomadales, sive annuæ 260. celebrari possint, cum constituta etiam eleemosina manuali in obolis 15., requirantur annua scuta 39. Quare eo redire debet EE. PP. deliberatio, utrum expensæ, quas Orator pro litibus fecit, facturusque sit, idoneam præbeant causam cur suspensio missarum concedatur. Quamquam enim Rector teneatur bona Cappellaniæ recuperare; atta men si graviores sint expensæ pro litibus sustinendis, & Rector impos sit, ut eas subeat, sane hoc satis causæ esse videtur, quamobrem pro conservanda dote Cappellaniæ Missæ suspendantur, quemadmodum non insolens est, ut hæc suspensio concedatur ad conservandam fabricam Ecclesiæ, ut *in Lunen Sarzanen.* 19. *Januarii* 1793. Oratorem vero ex testimonio Episcopi se imparem dicit, ut has impensas faciat; nec temere se has lites suscepisse, sed ex Rescriptis Sac. Congregationis diernm 12. *Septembris*, & 21. *Novembris* 1801. (*salvis Juribus pro recuperatione Bonorum &c.*, & *utatur Jure suo pro recuperatione Bonorum*) injunctum sibi asserit, ut bona a tertiis possessoribus recuperet.

Veruntamen hoc etiam onere admisso videndum erit, cum reditus non solum pro adimplendis sufficiant Missis, sed etiam supersint, utrum Missæ in damnum Fundationis sint suspendendæ, quo in utilitatem tantum Rectoris reditus ipsi augeantur. Deinde lites hujusmodi tales esse debent, quæ respiciant interesse Cappellaniæ, & probabilem saltem spem exhibeant, ut bona vindicari possint. Quæ lis hactenus caluit inter Oratorem, & Mariam Abbondi respiciebat tantum patronatum, nec certe in utilitatem Cappellaniæ cessit. Lites vero, quæ nunc pro vindicatione fundorum Cappellaniæ contra tertios geruntur tales sunt, ut Episcopus valde dubitet, quin prospere succedant. *Nam* ut ipse observat, *quæstio ab Oratore iterum in medium allata ad acquirenda a tertiis possessoribus Prædia Campicciarello, & Bottaccio Cappellaniæ Ugoccioni attinentia die* 19. *Januarii* 1791. *ab ista Sac. Congregatione de-*

definita jam fuit . Et re quidem vera contendens Orator quod alienatio facta a Thoma, ejusque filio Abbondi ultimis Cappellaniæ possessoribus , locum caducitati dedisset , cum isti S. Congregationi expositum fuerit Dubium = An constet de alienatione Capitalium ita ut sit locus caducitati = alienantibus non dolosis probatis, immo instauratione Thomæ in aliam sortem recognita , sanctam fuit = Affirmative ad primam partem negative ad secundam = Post hanc responsionem noviter a Clerico Gradari aliud dubium propositum fuit = An , & a quo sit facienda reintegratio = Hic vero scieudum est instaurationem perfecte integram sequutam non fuisse, sed eam paucis summis carere ex censibus extinctis , & non instauratis derivantibus propter quod ab Episcopo Fanensi Æconomus ad id deputatus fuit, qui summam 60. scutorum Urbini propter hanc deposuerat , & hinc Vestra Congregatio responsum dedit = Affirmative juxta votum Episcopi firma remanente deputatione Æcouimi .

De absolutione ob Missas in ptæteritum non celebratas disputatur in *secundo Dubio* . Deest quidem in Oratore bona fides, cum sciret Missas celebrandas , immo constitutus fuerit in mora ex Decreto S. Visitationis . Nihilominus ipse fructus omnes percepit , unde Missarum celebrationem præstare poterat , & eam omnino neglexit . Quatenus EE. PP. putassent , quod ob expensas litium indulgenda Oratori esset Missarum suspensio , hoc quidem causæ esse poterit , cur a neglecta celebratione Missarum absolvatur . Nam Orator Impotentia laborat , ne præteritam celebrationem præstet .

Gemina proponuntur Dubia .

I. *An , & qnomodo sit locus suspensioni Missarum in casu &c.*

II. *An sit consulendum Sanctissimo pro absolutione quoad præteritum in casu &c.*

Non proposita cum sequenti .

EUGUBINA REDUCTIONIS . Tyberius Fonti in testamentariis tabulis anno 1619. scriptis præcepit hæredi suo ut = *per suffragio dell' anima sua &c. nella* *Sess. 25. cap. 4. de Reform.*

Chiesa, che s'intende fare contigua alla Chiesa di Gubbio faccia in essa una Cappella, o dove più piacerà a detto Sig. Fratello, nella quale si faccia celebrare una Messa quotidiana, la qual Cappella sia di giuspatronato perpetuo della discendenza del Sig. Orazio suo fratello, e che al Cappellano, che sarà pro tempore dall' Erede, o Eredi gli si diano scudi quaranta all' anno di moneta, o altro assegnamento, che arrivi alla sudetta quantità. Hæreditas Tyberii dispertita fuit inter Gentem Biscaccianti, & Zeccadoro, quarum utraque familia alternis sex mensibus legatam celebrationem Missæ quotidianæ præstavit. Sed Zaccadori hisce postremis annis celebrationem neglexerunt, & contra Æques Aloysius Biscancianti diligentissime onus pro sua quota implevit, immo non scuta tantum *viginti*, prout Testator jusserat, sed viginti quinque pro semestre Cappellano rependidit. Nunc vero cum Sacerdotum in Eugubina Civitate exiguus sit numerus, & ægre reperiatur, qui pro scutis *viginti quinque* Sacrum quotidianum per sex Menses perficere velit, supplicat ipse pro reductione ad centum triginta quinque Missas singulis sex mensibus, ita ut Misse *octoginta quinque* diebus fæstis ad eleemosinam obolorum *viginti* celebrentur, reliquæ vero *quinquaginta* diebus ferialibus constituto stipendio in obolis *sexdecim*. Item postulavit, ut quo tempore ipse rusticari solet, Missæ hujusmodi transferri possent ad publicam Cappellam suæ Villæ.

Preces hujusmodi dimissæ fuere ex Rescripto *diei* 24. *Novembris* 1804. = *Quoad translationem Lectum. In reliquis Episcopo pro Informatione, & Voto auditis præsertim hæredibus Zeccadoro, & referat de annuo reditu bonorum gravatorum, eleemosina vere necessaria, & de celebratione quoad præteritum.* Ad hæc Episcopus respondit = *Cum, & bona hæreditaria ad Oratoris gentem perventa onus annuorum scutorum viginti perbelle ferre possint, alia enim scut. viginti eroganda sunt a Zeccadoris, qui modo Oratoris precibus nullum præbent obicem; cum eleemosina aucta jandudum communiter sit, & festis diebus saltem duorum juliorum esse debeat, dies vero quibus præcipue celebrandum erit fere omnes festivi sint, indulgendum profecto esset Oratori, ut facilius ea, qua semper hæc curavit sedulitate imposterum onus implere valeat.*

Tum ob diminutum Sacerdotem numerum, tum etiam

ob

ob auctam , eleemosinam Missarum concedi solet reductio, quemadmodum ex præscripto Tridentini *Sess.* 25. *Cap.* 4. *de Reform.* passim definivit hæc S. Congregatio , & præcipue *in Novarien. Translationis , & Reductionis Missarum* 14. *Decembris* 1793. Cum itaque stipendium Missarum accreverit ad obolos *quindecim*, profecto pro Missa quotidiana per sex Menses , seu pto 183. Missis requiritur summa scutorum 27. 45. Verum ne hæc quidem summa satis est . Nam teste Episcopo vix invenitur , qui diebus præsertim fæstivis divinis operari velit pro stipendio obolorum *viginti* . Ex his postulat Orator , quoniam eleemosina a Testatore relicta idonea non est ad legatum onus Missarum implendum , ut sibi reductio concedatur .

Verum intimius scrutanda est fundatio , ut perspectum sit, num assignatio eleemosinæ sit *taxativa* , atque hæredes reductionem exorare possint , quatenus sit impar oneri ; seu potius *demonstrativa* , ut ab hæredibus supplendum sit , quidquid pro implendo Legato deficit, veluti definivit S. Congregatio in *Bononien.* 6. *Julii* 1782. Certam quidem summam legavit fundator dum voluit = *che al Cappellano , che sarà pro tempore dall'Erede , o Eredi gli si diano scudi quaranta all'anno di moneta , o altro assegnamento , che arrivi alla sudetta quantità* = Quare si legata fuit certa quantitas videntur hæredes immunes a quocumque supplemento . Sed Testator legatum incipit ab onere , & deinde pergit ad emolumentum . Nam primum voluit *che si faccia celebrare una Messa quotidiana* , & deinde statuit eleemosinam Cappellano in scutis *quadraginta* . Quo sane in casu obtinet regula a Benedicto XIV. *de Synod. Diœces. lib.* 13. *cap. ultim. num.* 32. , ut fundatio censenda sit *demonstrativa* cum primum de onere, quam de fundo facta sit mentio . Præcipue cum non fundus legatus sit , sed quantitas , unde censetur demonstrative fuisse relictam , quia tum satis erat ad implendum onus, ut statuit idem *Benedict. XIV. loc. citat. num.* 3. , & S. Congregatio *in Brixien.* 1. *Decembris* 1684.

Nisi hæc reductioni obesse putent EE. PP. tum sane investigandum erit de *modo*, quo hæc ipsa reductio concedi possit . Orator postulat , ut Missæ quarum ab ipso in numero 183. quolibet semestre præstanda est ce-

celebratio, ad 135. reducantur, ita ut 85. celebrentur in omnibus diebus fœstis totius anni ad eleemosinam obolorum *viginti*, & reliquæ 50. diebus feriatis pro stipendio obolorum 16. Pro quibus missis celebrandis requiritur nedum eleemosina scutorum vigiuti quam Testator præscripsit,sed sc utorum viginti quinque, quam Orator dare promittit. Observandum tamen est, quòd Testator Missam quotidianam legavit, & pro comodo duorum hæredum factum est, ut pro semestre celebratio præstaretur a Familia *Z*eccadoro, pro semestre ab Oratore Bisaccianti. Quare si hæc divisio legati servanda est non potest Orator Missarum celébrationem, quæ in uno semestre præstanda est, ad totum annum pro lubitu extendere, nec ad dies festos Missas ex maxima parte transferre, nisi quæ in suo semestre cadunt. Quamquã vero rite facta sit hæc divisio, de qua tamen nullo modo constat; attamen omnia bona hæreditaria Fundatoris obnoxia sunt legato, & pro integra celebratione obligata. Videant igitur EE. PP. num injungendum sit Episcopo, ut curet celebrationem illarum Missarum, quæ ad Familiam *Z*accadoro pertinent, cum hæc celebratio neglecta videatur;
Dubium proponitur.
An, & quomodo sit locus reductioni in casu &c.

Die

Die Sabbathi 27. Aprilis 1805. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

FANEN. SUSPENSIONIS MISSARUM. *Ses. 25. cap. 4. de Reform.*

I. *An, & quomodo sit locus suspensioni Missarum in casu &c.*

II. *An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritum in casu &c.*

Ad I. Negative

Ad II. Affirmative celebratis infra sex menses octogin ta docto.

EUGUBINA REDUCTIONIS. *Ses. 25. cap. 4. de Reform.*

An, & quomodo sit locus reductioni in casu &c.

Negative & Episcopus compellat hæredes ad implementum integri legati.

ROMANA ALIMENTORUM. Proposita hæc causa fuit in postrema Congregatione diei 30. Martii proxime præteriti, & instantibus Lovattis pro dilatione EE. PP. rescripserunt = *Dilata ad primam solutis scutis* *Ses. 22. cap. 6. de Reform.*

tis quindecim infra tres & amplius = Nihil tamen hodie mihi Lovatti exhibuerunt.

Proponitur Dubium.

An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius.

Ses. 23. cap. 9. de Reform.

ÆSINA REINTEGRATIONIS. Pertinet hæc Causa ad *Folium* Congregationis diei 19. *Januarii* 1805. quo die Deputatis Seminarii dilationem postulantibus rescriptum prodiit = *Dilata ad primam post Cineres omnino, & infallanter*. Hujus termini prorogationem Em.is Præfectus Decreto suo concessit usque ad præsentem diem. Nec tamen Deputati Seminarii quidquam mihi exhibuerunt. Et Parochus Marcellini Impressam distribuet EE. VV. allegationem. Quæ in hac afferuntur fere exposita sunt in præcedenti *Folio*, quem Em. PP. reassumere dignabuntur.

Proponitur Dubium.

An, & quomodo sit locus Reintegrationi in casu &c.

Affirmative nempe ex nunc esse locum reintegrationi ad administrationem deleto onere scutorum 250. favore Seminarii, & amplius, & ad mentem.

Ses. 5. cap. 1. Ses. 24. cap. 8. de Reform.

FABRIANEN. PREBENDÆ THEOLOGALIS, ET PÆNITENTIALIS. Defuncto Sacerdote Ugolino Peroli die 20. Martii 1802. vacavit Canonicatum in Ecclesia Collegiata Fabriani D. Nicolao dicata, cujus collatio ad Episcopum pertinebat. Rati Canonici Collegiatæ venisse tempus, quo possent in eorum Ecclesia ex hoc vacanti Canonicatu Theologalem, vel Pænitentialem Præbendam deputare, precibus ægerunt apud Episcopum, ut sineret de suo jure remittere, & collationem suspendere, quo ipsi a Dataria Apostolica id, quod habebant in votis, deprecarentur. Annuit

nuit eisdem Episcopus, & dum opportunas preces Canonici Collegiatæ Emo Pro-Datario dederunt, suboluit hoc Canonicis Cathedralis, qui commoti, ne sua jura lædererentur, ad Sacratissimum Principem reclamarunt, ut vel instantia Canonicorum Collegiatæ reiiceretur, vel saltem ex jure esset definienda. Ablegata res omnis est ad Sac. hanc Congregationem, rogatusque de sua Sententia Episcopus. Hic multa affert in utramque partem, eaque dicit *ad vos referre existimavi, ne muneri deessem meo. Utrum autem erectio Theologalis, vel Penitentiariæ de qua agitur, lædat nec ne jura Cathedralis Ecclesiæ (cui quidem mea mens non est vel minimum detrimentum afferre) Sapientiæ vestræ judicandum relinquo.*

Facta est utrinque potestas, ut constituto vadimonio sua jura in Folio proferrent. Segniores tamen quam par fuerat Canonici Collegiatę non insteterunt, ut causa proponeretur. Interim, ne elaberetur semestre tempus, quod collatoribus Ecclesiasticis jura præscribunt, Episcopus maluit collationem facere, seque id fecisse certiorem reddidit hanc Sac. Congregationem per epistolam datam *Idibus Septembris* 1802. Nihilominus Canonici Collegiatæ postularunt, ut pro futuris vacationibus dirimeretur controversia, num possent Theologalem, & Pœnitentialem Præbendam erigere, consonumque *Dubium* in contradictione partium disputandum mandavi. Obstiterunt Canonici Cathedralis postulantes, ut denuo rogaretur Episcopus, quæ sua Sententia esset super electione utriusque Præbendæ. In nova *Informatione* se refert Episcopus ad præcedentem in qua *rationes*, inquit, *exposui, quæ mihi tum sese offerebant, in eaque sententiam protuli non adversantem quidem Præbendæ Theologalis erectioni, vel Pœnitentiariæ in hac Collegiata S. Nicolai, modo tamen hujusmodi erectio jura Cathedralis ejusdem vel minimum non læsisset, quæ profecto velim inconcussa jugiter maneant. In hac eadem voluntate magis me confirmant rationes, quas ex foliis ab eodem Capitulo nuper exhibitis intelligo, quæque animum inducunt, ut credam erectione quidem Pœnitentiariæ posse prædicta jura vulnerari. Ego novæ hujus causæ, cujus in Thesauro Resolutionum Sac. hujus Congregationis similem non reperi, decisionem vehementer exopto.*

Certant inter se Capitulum Cathedralis, & Collegiatæ per impressas *Allegationes* EE. VV. distribuendas, illud ut prohibeat, hoc ut obtineat in propria Ecclesia deputationem Prębendæ Theologalis, & Pœnitentialis, cum primum contigerit Præbendarum, sive Canonicatuum vacatio. Eo itaque redit controversia omnis, num Capitulum Cathedralis habeat nec ne jus prohibendi, ne Præbenda Theologalis vel Pœnitentialis in Ecclesia Collegiata constituatur. Hoc jus sibi asserit Capitulum Cathedralis. Nam contendit, quod ex Tridentino *Sess.5. cap.1.* permittitur erectio Theologalis in Collegiatis *in aliquo insigni Oppido existentibus*, ut proinde prohibitum videatur in Collegiatis, quæ in una Civitate sunt una cum Cathedrali. In altero vero Decreto ejusdem Tridentini in *Sess. 24. cap.6. de Reform.* præscribitur erectio Præbendæ Pœnitentialis in Cathedralibus tantum, ut tenent *Barbos. Collect. in Concil. Trident. sess.24. cap.8. num.4. Conrad. in Prax. Benefic. lib.2. cap.4. num.102. Garzias de Benef. part. 5. cap.4. num.110.* Hinc concludit, quod si necessario tantum in Cathedralibus fieri debet erectio utriusque Præbendæ hæc nullo modo in Collegiatis sit deputanda. Quin in exemplum traduci possit Collegiata S. Venantii Camerini. Hæc enim gaudet amplissimis privilegiis, & fere tamquam Concathedralis haberi potest.

Multo vero minus deputanda erit in Collegiata S. Nicolai Fabriani, cum Capitulum Cathedralis justas habeat dissentiendi causas. Nam Capitulum Collegiatæ constat ex Canonicatibus, qui de jurepatronatus sunt, & servitium chori habent ex lege fundationis. Si vero ex his Canonicatibus duo unirentur Præbendæ Theologali, & Pœnitentiali commutanda esset voluntas fundatorum, dum Theologus, & Pœnitentiarius pro suo munere habent exemptionem a choro. At commutatio voluntatis fieri non potest nisi urgente necessitate, & utilitate Ecclesiæ. Utraque vero abest in presenti casu. Nam abbundat Fabrianum Ecclesiis, & copia Confessariorum. Ita vero diminutus est Populi numerus, ut vix pauci in Cathedrali Lectionibus S. Scripturæ intersint. Quare inutilis erit erectio Theologalis in Collegiata, quæ non ita procul a Cathedrali abest. Immo damnosa foret erectio utriusque Præbendæ servitio Chori, cum duo ab hoc eximeren-

rentur Canonici, & decem tantum reliqui essent, qui alternativum Chori servitium præstarent. Deficiente vero necessitate, aut utilitate permittendam non esse contendit CapitulumCathedralis deputationem utriusque Præbendæ.

Capitulum vero Collegiatæ contendit nec Capitulum Cathedralis hoc prohibendi jure frui, nec legitime obsistere, quominus utraque Præbenda in Collegiata constituatur. Nam ex Tridentino *Sess. 5. cap. 1. de Reform.* cavetur expresse ut Præbendæ hujusmodi constituantur *etiam in Collegiatis . . . . si ibi clerus numerosus fuerit*, ut proinde etiam Collegiatæ Ecclesiæ jure postulare possunt utriusque Præbendæ erectionem, ut tenent *Fagnan. in Cap. quia nonnullis de Magistris num. 24. Barbos. de Offic., & potest. Episc. Allegat. 56. num. 2. Garzia de Benef. part. 5. cap. 4. num. 154. Piringh. Jus Can. Lib. 5. tit. 5. §. 1. num. 6.* Quamquam vero Tridentina Synodus de Præbenda Penitentiali agens *in Sess. 24. cap. 8. de Reform.* jusserit erectionem Penitentialis in Ecclesiis Cathedralibus tantum; attamen hoc ita interpretandum est, ut in Cathedralibus necessario erigi debeat, numquam vero, ut in Collegiatis omnino non possit hęc Præbenda constitui. Nam Pœnitentiarius est Vicarius Episcopi in confessionibus excipiendis, adeoque potest constitui quocumque Episcopo expedire putaverit ut docet *Zerola in sua Praxi Episcop. part. 1. Verb. Pœnitentiarius num. 1.* Reque vera ex disciplina Ecclesiæ quæ obtinebat ante Tridentinum deputabatur Præsbiter, qui pœnitentiæ præesset, tam in Cathedralibus, quam in Conventualibus Ecclesiis. Ita Sancitum *in Can. 10. Concilii Lateranensis*, quod exscriptum est in *Cap. 15. de Offic. judic. Ordin.*, itaque ex disciplina usuvenisse habetur *ex Socrat. Lib. 5. cap. 19. Thomassin. de nov., & vest. Eccles. Disciplin. part. 1. lib. 2. cap. 7. num. 13. ad 16.*

Quare censendum non est Tridentinum immutare voluisse veterem disciplinam, cum expresse non prohibuerit, ne in Collegiatis Præbenda Penitentialis constitueretur. Non itaque Capitulum Cathedralis jus habet proibendi, ne Penitentialis, & Theologalis præbenda erigatur. Sac. Congregatio in terminis duarum Collegiatarum, quarum altera antiquior erat, & jam

Præbendam Theologalem habebat constitutam, definivit non frui jure prohibendi, ne in alia Collegiata erigeretur *in Theatina Erectionis Theologalis* 10. *Decembris* 1746.. Eo minus vero Capitulum Cathedralis jure repugnat, dum plures sunt ex eodem gremio Canonici, qui in Capitulum vocati non fuere, quique ultro erectioni Penitentialis, & Theologalis assentiuntur. Irritas vero esse resolutiones Capitulares quibus non omnes de Capitulo advocati fuere tradunt *Anton. de Luc. de Apostol.*, *& reg. offens. quæst.* 185. *num.* 3. *Rot. decis.* 296. *num.*206. *part.*6. *Recen.*

Hisce constitutis ostendere satagit Capitulum Collegiatæ multas concurrere causas, cur deputatio Præbendarum concedenda sit: scilicet Collegiatæ antiquitas, quæ a Pii II. temporibus originem repetit: numerosus clerus coalescens ex Priore prima Dignitate, & undecim Canonicis, atque octo Beneficiatis: Parochialitas annexa quæ ad mille, & biscentum capita subjecta habet: populi concursus; confessariorum paucus numerus, quæ omnia uti suadent utilem saltem esse prębendarum erectionem, ita injustum omnino detegunt dissensum Capituli Cathedralis.

Deliberandum proponitur.

An sit locus erectioni Præbendæ Theologalis, & Pœnitentialis in Ecclesia Collegiata S. Nicolai in casu &c.

Negative in omnibus.

Sess. 24. *Decret. de invocat.*, *& venerat. sanct.*

TURRITANA. Cum in Ecclesia PP. Servorum Mariæ Civitatis Sassaris convenisset Sodalitium, quod vocant, *Servorum*, hoc cum illis nonnullas stipulavit conventiones publico rogato Instrumento die 14. *Maii anni* 1614.. Prestat nonnullas exponere, quæ propius controversiam hanc attingunt. Etenim PP. Servitæ Confratribus dederunt *nomine juris patronatus la Cappella della Vergine de Servi col territorio fino alla*

la Colonna ; Confratres vero sponderunt , *fatta che sia detta Cappella a compimento , ventiquattro lire di censo annuale , che noi ci oblighiamo pagare ai Religiosi di detto convento , e loro successori dopo un anno , che sia fatta detta Cappella à compimento* . Rursus conventum fuit , ut quoad perfecta esset fabrica Cappellæ *i Religiosi siano obligati celebrare una Messa ogni Domenica all'ora , che noi detti Fratelli vorremo , qual Messa detta , che sia ci oblighiamo pagar subitamente* . Itidem , *che la funeraria di qualsivoglia defonto , o defonta sia di noi detti Religiosi* : Tandem , *che noi detti Religiosi siamo obligati dar un Religioso per confessare detti Confratelli di detta Confraternita de Servi , e non dandolo , o lasciandolo per negligenza , o colpa nostra in tal caso detti Confratelli possano pigliare altro Confessore per confessarsi eletto dall'Ordinario* .

Post hæc Confratres supplicarunt P. Generali Ordinis Servitarum , ut *voglia confermarli ed ammetterli alla participazione di tutti i benefizi di d. Religione* , & Rescriptum diei 27.*Junii* 1618. impetrarunt= *Attentis narratis conceditur , ut petitur servatis servandis* = Factum deinde est , ut Patres propriam vellent ampliare Ecclesiam , eisque Confratres cesserint partem Oratorii , & cæmenta , quæ reposita servabant . Novæ hinc scriptæ fuerunt conventiones in Instrumento diei 22. *Martii anni* 1700. quarum ea excerpam , quæ præsentem quæstionem respiciunt .

Scilicet PP. Servitæ promiserunt *in contracambio , o rimunerazione , che immediatamente , che sia fabricata detta Chiesa collocheranno nel Presbitero , ed Altar Maggiore il busto della Vergine de' Servi titolare , e Padrona di detta Ven. Confraternita , che oggi stà collocata nell' Altare dell'Oratorio trasportandolo al detto Presbitero o Altar Maggiore di detta Chiesa , che si farà , affinchè vi stia collocato in perpetuo* , nec illud unquam removere , aut obtegere caverunt . Immo PP. consenserunt= *che poi d'aver li Fratelli della Ven. Confraternita recitato l'Uffizio nel loro Oratorio vadano immediatamente all'Altar Maggiore , ove sarà collocato il Busto della S. Vergine , e colà nella forma consueta possano cantar litanie &c. senza che in quel tempo possano detti RR. PP. usar dell'Altar Maggiore per celebrarvi Messe , nè far altri Uffizi per non disturbar la quiete di det-*

detti Fratelli, anzi promettono, e si obligano di anteporre, o posporre (a gusto, ed elezzione di detta V. Confraternita) in detto Altare Maggiore le loro funzioni, celebrazion di Messe, e loro Uffizi, affinchè niuno serva all' altro d'imbrazzo, ed ancora promettono osservar l'antica giurisdizione, e costume di celebrar la Messa di detta V. Archiconfraternita subito, e immediatamente dopo aver recitato l'Uffizio cantato, le Littanie, e altre Divozioni, che fà al presente e volesse far in avvanire.

Nec satis. Hoc præterea PP. Servitæ sodalitio concessere, *che in perpetuum possa far celebrare in detto Altar Maggiore tutte le feste, che finora accostumò celebrare nel suo Oratorio, e l'altre più e che in avvenire far volesse colle loro Ottave, che accostuma, ed accostumerà, e la stessa concessione s'intenda, e debba intendersi non solo per le feste, che detta Ven. Confraternita fà di suo instituto, ed obligo; ma ancora per quelle feste, che di consentimento di detta Ven. Confraternita li Fratelli in particolare, e qualsivoglia di loro volesse fare, in tutte le quali feste, ed Ottave tanto di commune, come di particolare sia la detta V. Confraternita per quel giorno con i suoi Vesperi, giorni, ed ottave che duri la celebrazione di qualsivoglia di dette feste Padrona dell'Altare Maggiore senza impedimento, ed ostacolo alcuno.*

Hisce conventionibus nititur *agregatio*, ut vocant Sodalitii in Ecclesia PP. Servorum. Perdiu stetit inter eos concordia, sed postea dissociati sunt animi, & plura erumperunt controversiarum capita. Inde omnis lis orta videtur, quod Confratres retinent in propria Cappella Iconem B. M. Virginis, *Septem Dolorum* quæ vulgo dicitur *delle sette Spade*, quæ Capella manet e regione alterius aræ, in qua Religiosi similem Iconem venerationi expositam jamdiu retinent. Nam Confratres volunt septendiale Sacrum ante diem festum celebrare, processionem erecta Icone peragere præcipue in Feria VI. Majoris Hebdomadæ, & cogere Religiosos, ut processioni intersint. Isti contra remotionem Iconis prætendere, prohibere processionem, immunes se dicere a coactivo interventu. Lites præterea ex lite erumpere cæperunt quoad Correctorem, qui functionibus Sodalitii interesset, quoad præstationem utensilium, eleemosinam Missarum, emo-

emolumenta funerum. Ventum porro est ad Vicarium Generalem Sassarensem, ut has controversias dirimeret. Qui ut eas ex bono, & æquo componeret hæc jussit ædito arbitrio *die* 22. *Martii* 1803.

Richiamiamo all' osatta osservanza li predetti concordati, mentre essi formano la base principale per ambedue le parti della reciprocità de' loro obblighi respettivi sull'adempimento de' quali eccitiamo la vigilanza dei Capi di chi presiede tanto alla Ven. Confraternita, quanto alla Communità Religiosa, ed ingiungiamo inoltre, che in caso di nuovo dubio non si venga mai ad opera di fatto, ma si ricorra al Superiore Ecclesiastico, a cui spetta la decisione, ed a cui a norma delli stessi concordati sonosi ambe le parti particolarmente, ed espressamente sottomessi. II. *Siccome per uno degl' Articoli de' prefati concordati la Cera de' funerali deve cedere al Convento, o Sacrestia de' Religiosi; così tutta la Cera, che portasi in Chiesa associando il Cadavere, o s'espone intorno al medesimo, o in qualunque Cappella, o Altare per celebrarne l'essequie spetta a detto Convento non potendosi esporre da' Confratelli ragione, o pretesto alcuno in pregiudizio di questo dritto.* III. *Ingiungiamo al Priore pro tempore, o a chi spetta de' Confratelli, che non venga ritardato lo stipendio delle Messe, che s'applicano da Religiosi nei giorni consueti, e vogliamo, che siano le medesime pagate colla più possibile prontezza.* IV. *Non potrà la Confraternita far processione alcuna in cui si porti l'effigie della B. Vergine Addolorata, che è come titolare della Religione de' Servi di Maria senza accordo, ed assistenza della Communità Religiosa.* V. *Consequentemente nel farsi la consueta processione solenne del Venerdì Santo coll' anzidetto Simulacro, dovranno, secondo il solito intervenire alla medesima i RR. Padri previo il solito invito, ed osservandosi intorno ad essa processione, ed al regolamento della medesima ciò, che si è praticato negl' anni già trascorsi.* VI. *Affine di promovere viè maggiormente la divozione verso li dolori della SSma Vergine non mancheranno li detti Religiosi d' assistere al Settenario, che si fà dalla Confraternita, e serve di più divoto apparecchio alla celebrazione della festa, la quale è già nel nostro Regno di rigoroso precetto.* VII. *Essendo chiaramente espresso nelle prelodate convenzioni,*

e con-

o concordati, che davanti alla nicchia principale dell' Altar maggiore ove è situato il Simulacro della Vergine de' Servi di Maria, che è la Titolare della Confraternita non vi sia in occasione alcuna ingombro di velo, o di cortina, o di altra effigie, che impedisca la vista di questo Simulacro, sarà ciò assolutamente vietato a Religiosi qualora vogliano celebrare alcuna festa. Sarà però lecito ai medesimi d'adornar l'Altare in tali occorrenze come per esempio si è fatto negl'anni passati per la festa di S. Filippo Benizio.

Reclamavit ad hanc Sac. Congregationem Procurator Generalis PP. Servorum a singulis, præterquam ab ultimo, hujus sententiæ capitibus, & ita reclamavit, ut etiam præ suo munere postulaverit moderationem earum conventionum, quibus Confratribus usus aræ maximæ a Patribus concessus fuit. Commissum est Archiepiscopo, ut Confratres moneret, quo sua jura deducerent, simulque ejus sententia rogata est. Remisit hic Folium, in quo Confratres suum jus probare studeant, & addit quod ad controversias omnes compescendas = *il mezzo più soave, ed insieme efficace non men, che analogho alle circostanze del luogo, e del tempo consisterebbe nell'osservanza dell'indicati concordati come più volte l'una, e l'altra parte si è protestata di voler esattamente osservare senza indurre innovazioni, le quali sono sempre pericolose, e potrebbero produrre maggiori incovenienti, e disturbi non senza scandalo del publico, e pregiudizio delle sacre divote funzioni. Questo è stato il principal fine del prelodato Signor Vicario Generale nelle sue decisioni, le quali hanno incontrato le mie, e le communi approvazioni, attenendosi il medesimo a detti concordati decidendo quelle cose, che avevano cagionato le dispute, e controversie. E sebene nell' anzidette decisioni vi sia qualchè articolo, che non trovisi ne' prelodati concordati, come per esempio di dover intervenire li religiosi alla processione solita farsi nel Venerdì Santo, questo si è fissato in tal modo e per il rapporto, che ha all' articolo precedente, e perchè dopo lunghissimo tempo, che così si era praticato, esiggeva la prudenza, che così si proseguisse per sedare la commozione, che la ricusata assistenza aveva eccitato non solo nella prefata Confraternita, mà eziandio in tutta quella popolazione. La pretensione poi per*

parte

parte de' RR. PP. di non doversi tener esposta l'effigie della Vergine addolorata è stata omessa, e perchè non aveva dato luogo ad alcuna disputa anteriore, e perchè trovandosi già esposta detta effigie in quell' Altare d'assai lungo tempo con accordo de' prefati Religiosi non doveva dar adito a nuove contese, ed innovazioni, e produrre così nuovi inconvenienti.

Dum hæc agebantur nova suborta est controversia. Nam Confratres ab Archiepiscopo obtinuerunt, ut in Ecclesia, & in ipso pulpito Patruum liceret sibi uti extraneo concionatore. Reclamarunt itaque Procurator Generalis per novas preces. Dubia infrascripta omnes complectuntur controversias, quæ judicio EE. VV. subjiciuntur. Procurator Generalis distribuet *Memoriale* una cum utroque Instrumento Conventionum, quas integras exscribere in hoc Folio non potui, ne in molem succresceret.

I. Dubio quæritur num sit removenda Icon B. M. Virginis *Septem Dolorum*, quam Confratres in propria Cappella expositam retinent. Prænoscendum est, quod Confratres tamquam Patronam venerantur *la Vergine de' Servi*, quæ representatur gloria circumdata, & brachiis sufferens puerum JESUM. Icon hujusmodi sita erat in Cappella Sodalitii, eamque Confratres transtulerunt ad aram maximam Ecclesiæ ex conventione cum Patribus inita *anno* 1700. Archiepiscopus quidem affirmat in propria Cappella retinuisse Confratres *già esposta da assai lungo tempo* aliam Iconem B. M. Virginis septemplici ense transfixæ, vulgo ut vocant, *delle Sette Spade*. Hinc concludunt Confratres quod si ipsis prudentibus Religiosis a diuturno tempore Iconem hanc retinuerint, profecto nullum jus habeant PP. Servitæ, ut illius remotionem nunc postulent. At Religiosi hoc primum statuunt, quod B. *Virgo Septem Dolorum* Titularis sit, & Patrona universi Ordinis Servitarum, ut probant ex Decreto *S. Congregationis Rituum* confirmato *a S. M. Innocentio XII. die* 9. *Augusti* 1692. ac propterea sibi jus esse *privative* retinendi hanc Iconem; in conventionibus vero hoc unum Confratribus concessum fuisse, ut diversam Iconem Virginis Servorum ad aram maximam transferrent. Ex hoc vero numquam sequitur, ut

in propria Cappella Confratres sub.ogare posse.t Iconem Virginis *Septem Dolorum*, immo absonum esse ut duo similes Icones in eadem Ecclesia e regione expositæ sint, ne Fidelium cultus quadam veluti æmulatione distrahatur. Cæterum PP. negant a tanto tempore Confratres hanc retinuisse Iconem, semperque se, licet frustra reclamasse, ut proinde ex hoc temporis lapsu nullum jus aut titulum quærere potuerint Confratres, quo nunc invitis licet Religiosis Iconem retinere possint.

Sequitur *Dubium II.* quod est de celebratione septendialium ante Festum B. Virginis Septem Dolorum, qui Confratres in propria Cappella celebrare volunt, & de processionibus, quas intra annum, & præcipue in Feria VI. Majoris Hebdomadæ facere solent. Ex antiqua observantia hoc sibi liberum esse Confratres defendunt, quam observantiam tollere periculosum esse admonent, ne ad populi offensionem, & scandalum rediret. Contra Religiosi hoc tantum precipue quærunt non ut Confratribus vetitum sit supplicationes facere sed nè deferatur Icon B. M. Virginis *Septem Dolorum* Nam hoc jus privativū sibi asserunt, cum Virgo *Septem Dolorum* Patrona sit, & Titularis universi Servitarum Ordinis. Reiiciunt vero contrariam oppositam observantiam, quæ coalescit ex actibus facultativis, ut nullum jus, aut titulum dare Confratribus potuerint ad ea, quæ tradit Rota in *Tuden. Servitiorum super bono jure* 29. *Martii* 1757. §. 12. *cor. Francisone*, & *in Valentina Transactionis* 12. *Junii* 1757. §. 9 *cor. Canilliac.* Vicarius vero Generalis hanc controversiam diremit *in Cap. IV.* Sententiæ. Prohibet enim Confratribus, ne processiones facere possint nisi volentibus, & intere ssentibus Religiosis.

III. Dubium respicit interventum PP. Servitarum tum in septendialibus, qui præcedunt Festum B. M. Virginis Septem Dolorum, tum in solemni supplicatione, quam deferentes S. Iconem Virginis *Septem Dolorum* faciunt Confratres in Feria VI. Majoris Hebdomadæ. Nam Vicarius Generalis *in Capite V.* Sententiæ compulit Religiosos, ut omnino interessent. Archiepiscopus in sua Informatione fatetur Religiosos nulla teneri obligatione, ut Processioni intersint, sed prudentiæ existimat esse, ne a Processione absint, cum ex hoc Po-

Populos commoveri posset. Religiosi vero contendunt quod Vicarius Generalis sibi contradicat, dum in Capite IV. vetuit Confratribus ne supplicationes facerent, nisi consentientibus, Religiosis, in Capite VI. vero eosdem Religiosos coegit, ut omnino processioni interessent. Idcirco vero Religiosi se ab ea eximere volunt, ne distrahantur a Sacris Misteriis, quæ Feria VI. celebrantur.

Sub IV. Dubio contendunt Religiosi quod Confratres exclusive ab alio quocumque Cappellano habere debeant Religiosum Ordinis Servorum, qui in omnibus S. Functionibus Correctoris munus exerceat. Id enim præscribunt Regulæ, quas pro tertio Ordine Servorum probavit *S. M. Martinus V. in Constitutione edita die* 16. *Martii* 1424., cujus initum *Sedis Apostolicæ Providentia Bull. Rom. tom.* 3. *part.* 2. *pag.* 443., & confirmavit *S. M. Clemens* XII. *in Litteris in forma Brevis datis die* 17. *Februarii* 1734., quæ incipiunt = *Injuncto nobis cœlitus Bull. Rom. tom.* 13. *pag.* 406. Quare si sodalitium *aggregationem* obtinuit *Servatis servandis*, ut ex Rescripto Generalis Ordinis Servorum *diei* 27. *Junii* 1618., profecto hoc onus subterfugere non potest. Potissimum, cum in conventionibus *anni* 1614. statutum fuit, ut Religiosus Ordinis confessiones Confratruum exciperet.

Deliberandum erit *in V. Dubio* num utensilia pro S. functionibus a Confratribus peragenda præstanda ab ipsis sint, vel potius a Religiosis. Illi ita hactenus factum esse dicunt, ut Religiosi utensilia prestarent, cum has functiones semper Religiosi ipsi exerceant. Isti vero negant cogi posse ad prestanda utensilia, si in præteritum ultro non coacte ea utenda dederint, neque æquum esse, ut pro functionibus Confratruum vestes Sacras consumant.

VI. Dubium agit de emolumentis funerum. Hæc propria PP. Servitis addicunt conventiones *anni* 1614., hæc quoque Patribus deberi definivit Vicarius Generalis in *Cap. II.* Sententiæ, hæc tandem Confratres ipsi *in suo Folio* ultro concedunt. Hoc unum postulant Religiosi, ut eisdem restituantur ea, quæ post ortum jurgium Confratres injuria perceperunt.

Itidem *in VII. Dubio* præcipue quæritur quomodo solvenda Patribus sit eleemosina earum Missarum, quæ

pro Confratribus celebrantur, cum debitam esse non impugnetur. In Capite III. Sententiæ Vicarii Generalis præscribitur, *che non venga ritardato lo stipendio delle Messe, e vogliamo, che le medesime siano pagate colla più possibile prontezza.* Religiosi enim se conqueruntur Confratres producere solutionem usque ad annum, quando ipsi in conventionibus *anni* 1614. sponderunt *la Messa detta, che sia ci obblighiamo pagar subitamente*.

In VIII. Dubio disceptatur, num Confratres possint in Ecclesia, & in ipso pulpito Patrum conciones facere etiam per extraneum concionatorem, quin veniam a Religiosis obtineant. Id eisdem Confratribus concessit Archiepiscopus ratus, quod si Religiosi in conventionibus *anni* 1700. concesserint usum Aræ Maximæ, hoc ipso veniat etiam usus pulpiti. Sed Religiosi negant in conventionibus nec mentionem quidem excidisse de pulpiti usu. Interest vero multum inter usum Aræ maximæ, & jus habendi S. Conciones etiam per extraneum, quod omnino Disciplinæ Regularium repugnat.

In IX. Dubio postulat pro suo munere Procurator Generalis Servitarum moderationem Conventionum anni 1700. quibus a PP. conceditur usus Aræ Maximæ, ut omnes quas mallent functiones facerent. Certe quidem conventiones hujusmodi redolent alienationem saltem, juris, & gravissimæ PP. deteguntur, ut mirum sit quod nulla accedente venia Apostolica iniri potuerint. Attamen cum a centenaria observantia tueantur, Vicarius Generalis *in Cap. I.* suæ Sententiæ easdem exequendas jussit, & Archiepiscopus in sua *Informatione* servandas esse declarat, ut inter PP., & Sodales concordia maneat. Nec Procurator Generalis modo easdem in discrimen revocat, sed subvereris, ne Religiosi a propriis functionibus distrahi possint, moderationem postulat, ut usus Aræ Maximæ promiscuus quidem sit, sed ita, ut neque Religiosi, neque Confratres impediantur, quominus quisque Sacras functiones exerceat suas. Videant EE. PP. num arbitrio Archiepiscopi permittendum sit ut certam prescribat normam, pro S. Functionibus peragendis.

Dubia de quibus hactenus disserui, hujusmodi sunt.

I. An

I. *An ex Cappella Sodalitii removenda sit Icon B. M. Virginis Septem Dolorum in casu &c.*

I. *An, & quomodo Sodales possint celebrare Septennarium ante Festum B. M. Virginis Septem Dolorum, & peragere Processiones cum Icone præcipue in Feria VI. Majoris Hebdomadæ in casu &c.*

II. *An cogi possint Patres Servitæ ad interventum in Septennario, & in Processionibus in casu &c.*

V. *An Religiosus Servita esse debeat corrector Sodalitii exclusive a quocumque alio Cappellano in casu &c.*

I. *An pro S. Functionibus a Sodalitio peragendis Sodales, seu potius Patres Servitæ præstare debeant S. Utensilia in casu &c.*

II. *An emolumenta funerum percipi debeant a Patribus Servitis, ita ut sit locus restitutioni quoad emolumenta a Sodalibus percepta in casu &c.*

III. *An, & quomodo præstanda sit Patribus Servitis eleemosina Missarum, quas pro Sodalitio celebrant in casu &c.*

III. *An liceat Confratribus in Ecclesia, & pulpito Servitarum habere etiam per extraneum Sacras Conciones non accedente Patruum consensu in casu &c.*

X. *An, & quomodo moderandæ sint conventiones inter Patres Servitas, & Sodales circa usum Altaris Majoris in casu &c.*

Ad I. Negative. Ad II. Affirmative juxta solitum. Ad III. Non esse cogendos, sed hortandos. Ad IV. Affirmative. Ad V. Affirmative ad primam partem negative ad secundam. Ad VI. Affirmative, & quoad præteritum Archiepiscopus curet Concordiam. Ad VII. Affirmative juxta concordiam anni 1604. Ad VIII. Negative Ad IX. Negative.

Cl.

Sess.21. cap.7. de Reform.

CIVITATIS CASTELLI REDUCTIONIS. Canonicus Ugolinus Gualterotti possidet in Cathedrali Tiphernate præbendam illam, quam in testamento *anni* 1703. ex universo suo asse erigendam jussit Lancislaus Lignani. Jussit scilicet, *che il Canonico pro tempore debba esser fatto partecipe di tutti gli onori, prerogative, ed esenzioni, che partecipano gl' altri Sig. Canonici della Cathedrale, e che sia tenuto, ed obligato ogni settimana per fin, che vive la Sig. Claudia madre di esso Testatore celebrare Messe tre la settimana, e dopo la morte di detta Sig. Claudia Messe cinque la settimana in perpetuo*, jusque patronatus activum, & passivum agnatis primum suis, deinde cognatis addixit. Ex censualibus tabulis *anni* 1711., quæ attingunt cominus tempus fundationis, constat bona pro Canonicatu descripta, æstimata fuisse *scuta* 1440. 50. sed ex posteriori æstimo diminuta fuisse apparet ad *scuta* 1222 Nam interea Creditores hæreditatis Lignani super bonis Canonicatus irruerunt, & possessor ne subhastationem ferret, nonnulla bona, interveniente ut asseritur Apostolica venia, alienavit, quo Creditoribus satisfaceret. Nunc vero Canonicus Gualterotti conqueritur diminutos esse fructus, quia aucta sunt vectigalia, & eleemosina Missarum ab obolis *septem cum dimidio*, quæ olim in ea Diæcesi usuveniebat, ad obolos *quindecim* in diebus feriatis, & *viginti* in festis diebus excrevit, atque idcirco postulat reductionem quinque Missarum hebdomadalium, sive annuarum 260. quas celebrare ex fundatione tenetur, ad *centum* in singulos annos. Preces ad Episcopum ablegatæ fuere, ut præcipue ad liquidum perduceret annuum reditum ex calculo decennali.

Calculum hunc remittit Episcopus non ex *decem* annis efformatum, sed ex *sex* tantum, nec quidem continuis, sed intercisis nimirum annis 1783., 1784., 1785., 1787., 1801., & 1803., unde constat annuum reditum pertingere ad *scuta* 111. 40. Ex hac tamen annua summa subtrauntur annua scuta 81. 40. nempe *scutu* 69. pro pretio *triginta* starorum frumenti, quæ penes Capitulum deponuntur pro massa distributionum quotidianarum, & scuta 10. 40. pro vectigalibus. Hinc sequeretur, ut libera Canonico superessent annua scuta *triginta*, unde 260. Missæ annuę ed eleemosinam obulorum *quindicim* celebrari non possent. Episcopus affir-

affirmat quod = *annuit Patronus reductioni, annuit Capitulum, annuit demum, & æquitas. Enim vero nostrorum temporum calamitate, qua urgemur factum est, ut manualis ipsa Missæ elæmosina Concilii Romani taxam prætergrediatur. Quod ergo distributionibus demptis Oratori superest emolumentum, nec manualem præsefert eleemsinam. Nec ulla augumenti spes inest. Testator enim Præbendam Canonicalem ex asse hæredem vocavit, & quæ modo sunt sarcta, tectaque bona nullam ulterius meliorationem admittunt.* Cum parum arriserit exhibitus calculus, rescriptum fuit *die 2. Juni* 1804. = *Exhibeatur status activus, & passivus ultimi decennii juramento munitus* = Hinc novas porrexit preces Canonicus Gualterotti, in quibus affirmat se statum decennalem exhibere non potuisse, quia fructuum quantitatem in suis adversariis non adnotavit. Profert nunc duos Peritos *anno* 1768. ab antecessore Canonico deputatos, qui constituunt annuum fructuum bonorum in scutis *quadragintaduo*. Alter vero peritus, qui præterito anno rogatus est affirmat = *che volendosi dall' attuale Sig. Canonico Gualterotti affittare li riferiti terreni non potrebbe ritrarne di annua corrisposta più di scudi 60.*

Ex his deliberanda erit præsens de reductione controversia. Si reditus oneri impares evadant, si aucta vectigalia, & major eleemosina reditus diminuant, tum sane reductio indulgetur Missarum, ne Beneficiatus plus, quam possit, oneris ferat, ut passim S. Congregatio definivit, & præcipue *in Romana Reductionis* 21. *Julii* 1802. Hoc igitur quærendum erit num præsentes Canonicatus fructus respondeant oneri quinque Missarum hebdomadalium. Hactenus Canonicus Orator onera, quæ ipse, dum Canonicatum est consequutus, acceptavit, omnino implevit; quod satis argumenti est reditus oneribus fuisse pares. Nunc vero ait fructus esse diminutos ob aucta vectigalia, & eleemosinam, quæ duplo major requiritur. Sed non sibi constat dum statum *activum, & passivum* Canonicatus exhibet.

Nam dum sexennale calculum obtulit fassus est ex Canonicatu redire annua scuta 111. 40. unde detractis scutis 12. 40. pro vectigalibus libera superessent *scuta* 99. Verum ex his detrahenda contendit *scuta* 69. pro pretio *triginta* starorum tritici, quæ apud Capitulum de-

po-

ponuntur pro Massa quotidianarum distributionum. Reipsa tamen hæc detrahenda scuta 69. fructus Canonicatus non minuunt. Nam dispertiuntur in distributiones, quod si diligens choro adsit, lucratur, & sibi tribuere debet, si eas amittit. Aut itaque ex *statu passivo* delenda est hæc partita, aut calculandæ in *statu activo*, quas ipse lucratur, distributiones. Quare ex calculo ab ipso exhibito probatum videtur, quod ipse percipiat annua *scuta* 99., adeoque pro Missis 260. annuis, cum requirantur scuta 39. aucta eleæmosina ad obolos *quindecim*, certe quidem habet unde onus implere possit.

At ex Peritis probare conatur, quod bona Canonicatus non plus locari possint, quam *scuta* annua 40. vel 60. In hoc tamen eo minus sibi constat Canonicus Gualterotti, quo magis ex Calculo *sexennali* apparet portionem dominicalem ad minus æstimatam fuisse in scutis 70. anno 1787., & ad summum scuta 160. anno 1802. in reliquis vero annis ultra, citraque has summas portio dominicalis numquam consistit. Non itaque deferendum est Peritis anni 1768. ob maxime ingravatam ex eo tempore annonam, unde uberiores percipit Canonicus Præbendæ fructus; non item Perito præterito anno rogato, quem ex ipso Calculo ab Oratore exhibito minus accuratum fuisse constat.

Videant igitur EE. PP. quid statuendum sit de petita reductione, & de *modo* quo concedenda esset, id quod respicit quantitatem Missarum, quas Orator ad *centum* annuas reducendas postulat.

Dubium proponitur.

An, & quomodo sit concedenda reductio in casu &c.

Negative.

TU-

TUDERTINA REDUCTIONIS, ET ABSOLUTIONIS. Ab Anno 1649. Laurentius Paulonj suas conscripsit tabulas testamentarias in quibus ampliandam jussit Cappellam positam in Collegiata Ecclesia Oppidi *Aquasparta*, in eaque Cappella duas erigi Cappellanias inter quas, seu inter Cappellanos possessores dividerentur as hæreditarium. Quibus Cappellanis hæc onera injunxit = *siano obligati per se medesimi a celebrare quattro Messe de' Morti per ciascuno ogni settimana per l'anime &c. con tener tra di loro modo, che ogni giorno si dica in detta Cappella da uno di loro una Messa, e siano obligati ad assistere, ed intervenire a tutte quelle funzioni, confessionari, processioni, e coro, che son tenuti, ed obligati il Priore, e Canonici di S. Cecilia*, qui festis, nonnullisque aliis intra annum diebus chori servitium obeunt. Post hæc voluit, ut annuum stipendium scutorum quinque solverent Clerico ab ipsis eligendo. Præterea mandavit = *che li Cappellani siano tenuti alla commemorazione, che ogni anno si farà di S. Lazzero nella Chiesa di S. Cecilia, fare anche loro in una mattina seguente un esequie per l' anima mia con quella maggior quantità di Messe, che si potranno avere da Preti, Frati, e Cappellani*. Tandem voluit, ut stipendium in annuis scutis quinque concionatori tempore Adventus solverent. *Ses. 21. cap. 7. de Reform.*

S. Visitatione, quam modernus Episcopus explevit *anno* 1801. constitit usuvenisse ab *anno* 1726., ut Cappellani missas celebrarent alternis hebdomadis non vero quater in singulis, ut testator jusserat. Exemplo antecessorum ducti ita facere perstiterunt qui tum erant Cappellani Præsbiteri Philibertus Cocci, & Archangelus Salvatori, quorum ille ab anno 1798. omnino celebrationem neglexit, hic vero a Mense Aprilis 1795. ad Mensem Maii *anni* 1796., quo tempore compositionem a R.v. Fabrica exoraverat. Uterque vero omisit anniversarium annuum ab *anno* 1797. Ratus Episcopus omissam onerum præstationem ex eo evenire, quod impares essent reditus, monuit Cappellanos, ut absolutionem quoad præteritum, & reductionem in

futurum impetrarent. Vacavit Cappellania a Philiberto Còcci possessa, eaque deinceps administrata fuit a Capitulo, qui Presbiterum elegit ut Missas celebraret. Capitulum una cum altero Cappellano Archangelo Salvatori postulant reductionem Missarum hebdomadalium ad medietatem, & suspensionem anniversarii, tum etiam absolutionem pro neglecto in præteritum Anniversario, & pro missis sive prorsus omissis, sive celebratis alteruis hebdomadis contra ac Testator præscripserat.

Referens Episcopus quantitatem fructuum ad utramque Cappellaniam spectantium negat haberi se potuisse calculum decennalem cum Cappellani adnotatam non retinuerint quantitatem fructuum quotannis perceptorum. Ex Peritorum vero relatione habetur quod Cappellania possessa a Cappellano Salvatori non uberiores dat fructus, quam scut. 32. 40. onera vero attingere scuta 37. 38. sive pro implenda testatoris voluntate, sive pro vectigalibus, adeoque Cappellanus de proprio impendere debet quotannis scuta 4. 48. Cappellania vero a Capitulo administrata dat annuos fructus scutorum 21. 63. ex quibus si deducantur onera in sc. 35. 95., deficiunt annua scuta 14. & oboli 32. ne Cappellanus sit in damno. Ex his putat Episcopus, quod omnino necessaria sit reductio, cum aliter nemo sit, qui Cappellanias hujusmodi consequi velit. *Porro*, sic prosequitur, *hujusmodi redituum paucitas & Rectoribus sustentandis eorumque, sustinendis expensis, & oneribus incongrua, plusquam bona eorum fides præcipua extitit causa, cur ipsi quoad præteritum pluries ab integro obligationum præsertim quoad Missarum celebrationem & annuas solemnes exequias adimplemento defecerint. Quod enim bonam fidem attinet ea quidem quoad aliquem Missarum numerum, qui scilicet interest inter quatuor hebdomadales Missas, quæ singulis Cappellanis a Fundatore demandatas, & quotidianam alternis tantum hebdomadis ab iis celebratam admitti posse videtur non tamen hæc ipse post pastoralis meæ Visitationis Decretum, quo expressa fundationis dispositio revocatur, quoque præ-*

præterea iidem admonentur, ut ad Sedem Apostolicam, & pro absolutione quoad præteritum, & pro reductione in posterum recurrant.

Hoc præcipue obesse poterit petitæ a Rectoribus reductioni, quod ignoratur præcisa quantitas fructuum, qui ex calculo decennali redire possunt ex fundis utriusque Cappellaniæ. Semper enim Sac. Congregatio, ut reductionem ex defectu reddituum concederet, calculum hujusmodi requisivit, eoque deficiente reductionem denegavit, ut *in Spoletana Reductionis* 16. *Maii* 1789., *& in Reatina Reductionis Onerum* 17. *Decembris* 1792.. Verum Calculus hujusmodi cum haberi nullo modo possit, suppletur ex relatione Peritorum. Ex hac constat, quod omnino reditus sint oneribus impares. Nam Missæ quatuor a singulis celebrandæ sunt, seù Missæ 416. quolibet anno, quæ si ad præsentem manualem obolorum *quindecim* calculentur, requirunt annua scuta 62. 40. quæ integros absumunt fructus utriusque Cappellaniæ, quæ non superant annua scuta 54. 53.. Præterea gravantur Cappellani Anniversario pro quo impendere deberent annua scuta 12., & stipendio Concionatoris, & Clerici in annuis scutis 10.. Adeoque nullum eis emolumentum restat pro servitio chori obeundo, pro excipiendis confessionibus, & coadiuvando Parocho.

Quandoquidem EE. PP. reductionem indulgendam censeant, inquirendum erit *de modo*, seù de quibus oneribus facienda reductio sit. Postulant Rectores, ut Missæ hebdomadales reducantur ad medietatem, & suspendatur anniversarium. *Sed* investigandum erit, quæ onera præcipua habuit Fundator, cum certum sit, quod prius alia, quam Missarum onera sint reducenda, ut definivit Sac. Congregatio in *Romana Reductionis* 6. *Maii* 1803.. Si ex ordine scripturæ aliqua conjectura voluntatis fieri potest, certe quidem Testator prius de Missis hebdomadalibus meminit, tum de servitio chori, & onere coadiuvandi parochum, mox de stipendio Clerici, tandem de anniversario, & stipendio concionatoris. Quare Missæ hebdomadales, quas cæteris oneribus præhabuit Testa-

tor servandæ sunt quoad fieri possit. cætera vero onera facilius suspendenda, vel reducenda erunt. Præ oculis habeant EE. PP., quod agitur de onere missarum perpetuo, & quatenus reductio fieret ad taxam perpetuæ, poterit per Cappellanos aliquod ex impositis oneribus sustineri.

Postulant porro Rectores absolutionem quoad præteritum tum pro missis, & anniversario omissis (ignoratur tamen a quo tempore) tum pro missis non celebratis eo modo, quo Testator præscripsit, scilicet ab unoquoque Cappellano quater in hebdomada, dum ipsi alternis tantum celebrarunt hebdomadis. Cum reditus oneribus sit impares, certe quidem hoc satis causæ esse videtur, cur a Missis non celebratis absolvantur. Cum vero ex antiqua observantia inductum sit, ut Cappellani alternis hebdomadis celebrationem præstarent, & Testator eisdem Cappellanis injunxerit *di tener tra loro modo, che ogni giorno si dica da uno di loro in detta Cappella una messa*; profecto excusandi videntur si celebrationem neglexerint eo modo, quo Testator præscripsit.

Gemina proponuntur Dubia.

I. An, & quomodo sit locus reductioni onerum in casu &c.

II. An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritum in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

Ses. 21. cap. 7. de Reform.

CIVITATIS CASTELLANÆ APPLICATIONIS Communitas, & Populus Carboneani, quibus onus spectat reparationis Ecclesiæ Parochialis, jamdiu ab *anno* 1780. instaurare cæperunt fatiscentem Parochialem

lem Ecclesiam S. Petri sed perficere illam non potuerunt primum calamitate temporum, mox impotentia distracti. Nunc ut fastigium imponant, requiritur adhuc ex Periti relatione impensa scutorum quinque millium. Qua ex re Deputati Fabricæ, ut suppetias undique quærant, postulant, ut in hanc fabricæ causam applicentur duo subsidia, quæ duobus puellis indigenis, sorte ductis quotannis in scutis decem, & octo singulis distribui debet ex fundatione Principissæ Laviniæ della Rovere, quæque in præteritum non collata deposita manent in scutis 298. Episcopus in sua Informatione inquit: *Super hujusmodi petitionem auditis interesse habentibus, ac præsertim Excmo loci Barone, cui onus, & jus dicta subsidia dotalia non solum conferendi, sed etiam de proprio numerandi competit, hic ultro libenterque enunciatæ applicationi assentitur. Minime autem huc usque datum est dotium prædictarum distribuendarum fundationem reperire. Extra tamen dubitationis est aleam, quod nemo ex puellis in matrimonium collocandis ad enunciata subsidia obtinenda passive vocata censeri rationabiliter potest, cum semper per modum eleemosinæ per sortes fuerint prædicta subsidia distributa. In sensu essem petitam dotium applicationem Fabricæ novæ parrochialis Ecclesiæ saltem per decennium posse concedi, cum necessitas hoc suadeat, ac Populi comodum urgenter expostulet.*

Cum populus ad reparationem Ecclesiæ teneatur non esset sane recurrendum ad media extraordinaria, quæ aliquando Sac. Congregatio probavit, ut Ecclesiæ parrochiales reficerentur. Maxime in re præsenti, quia agitur de applicatione, quæ commutationem voluntatis secumfert, & licet nulla sit passiva vocata, semper tamen præjudicium generatim infertur iis puellis, quæ sorte ducendæ sunt. Nihilominus observandum est, quod fabrica a viginti, & ultra annis incæpta nondum adhuc perfici potuit. Nam Populus impos est, ut solus impendat fere scuta quinque millia, quæ pro fabrica requiruntur. Utrum necessitas reparandæ Ecclesiæ, & populi impotentia urgens sit causa, cur voluntas commutetur, subsidia applicentur nedum ea, quæ in præ-

præteritum in scutis 298. distributa non sunt, sed quæ per decennium proximum in annuis scutis 36. distribuenda quotannis erunt, hoc erit ab EE. VV. deliberandum.

Dubium proponitur.

An, & quomodo sit locus applicationi Subsidiorum dotalium in Fabricam Ecclesiæ in casu &c.

Dei

Die Sabbathi 25. Maij 1805. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

TUDERTINA REDUCTIONIS, ET ABSOLUTIONIS. *Sess.21.Cap.7. de Reform.*

I. *An, & quomodo sit locus reductioni onerum in casu &c.*

II. *An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritum in casu &c.*

Dilata, & scribatur Episcopo juxta mentem: Mens est, quod referat adito Capitulo S. Cæciliæ, & Patronis, quatenus adsint, utrum reditus Cappellaniarum augeri possint, transmissa notula omnium, bonorum, & particula ultimi Catastri, quantitatis & valoris eorumdem, nec non de vera inopia, & impotentia supplendi, tam quoad Cappellanum, quam quoad hæreditatem defuncti.

CIVITATIS CASTELLANÆ APPLICATIONIS. *Sess.21.Cap.7. de Reform.*

An, & quomodo sit locus applicationi subsidiorum dotalium in fabricam Ecclesiæ in casu &c.

Dilata, & ad mentem. Mens est, quod Episcopus audito Capitulo, & Publicis Representantibus referat de mediis certis, & opportunis pro explenda Fabrica.

ROMANA LEGATI MISSARUM. Pluries, multumque actum est in hac S. Congregatione de legato Missarum, quo in suis testamentariis tabulis *anni* 1794. Anna Mazzei gravavit consobrinos, & hæ- *Sess.22.Cap.8. de Reform.*

des

des suos *Joannem Baptistam*, *Franciscum Mariam*, & *Carminem Mazzei*. Jussit enim = *che dal fruttato dei Luoghi di Monte cantanti in mio nome in Roma faccino celebrare due Messe quotidiane perpetue nella Ven. Cappella dell' Immacolata Concezzione della SSma Vergine Maria nella Chiesa di S. Francesco di Paola &c. per le quali due Messe io assegno annui Scudi Romani settantadue coll' espresso divieto, che non possa mai alienarsi quella porzione de' LL. di Monte dal di cui fruttato si devono pagare li sudetti annui scudi 72. in adempimento delle prescritte due Messe quotidiane perpetue a norma di questa mia disposizione*. Quamquam vero hæredibus facultatem dedisset, ut possent = *alienare, e vendere i Luoghi di Monte di Roma*, dummodo pretium investirent in fundos frugiferos; attamen expresse cavit = *ben inteso però, che inalienabili siano que' Luoghi di Monte del di cui fruttato pagar si debbano gl' accennati Scudi settantadue per l' elemosina delle due Messe quotidiane sopradette perpetue*. Rati hæredes ex omnibus hæreditariis LL. Montium, ea tantum legato Missarum esse obnoxia, quæ annuum fructum dabant scutorum 72., assignarunt LL. 24. $\frac{46}{100}$, in quorum Litteris patentalibus in criptum fuit = *Legato pio Mazzei in Ven. Cappella Immaculatæ Conceptionis B. M. Virginis in Ecclesia S. Francisci de Paula ad Montes*.

Hinc primum orta controversia est de hoc legato Missarum. Nam Patres recusabant celebrationem pro tenui eleemosina obolorum *decem*, & hæredes ad supplementum teneri contendebant. Contra hæredes vel sibi liberum esse per quoscumque Sacerdotes celebrationem præstare, vel reductionem obtinere, vel ad aliam Ecclesiam S. Mariæ in Trivio Missas transferre posse putabant. Reclamantibus utrinque ad S. hanc Congregationem, delegata est causa *in Folio citata parte*, *NON RETARDATA interim*, *salvo tamen jure*, & *sine præjudicio jurium partium celebratione Missarum eum eleemosina manuali prælative per Patres Conventus S. Francisci de Paula ad Altare designatum, sin minus in casu dissensus in Ecclesia S. Mariæ de Trivio*. Provisionalem hanc celebrationem Missarum Religiosi acceptarunt, & controversia omnis tribus complexa est *Dubiis* propositis in Congne *diei 20. Augusti* 1795. scilicet I. *An, & a quibus celebrari debeant Missæ in Ecclesia S. Francis-*

cisci de Paula ad Montes II. *An, & quomodo sit locus illarum reductioni, seu potius supplemento eleemosinæ*; & quatenus negative in omnibus III. *An, & quomodo sit locus earumdem Missarum translationi*. Prodiitque omnibus Responsum in sequenti Congregatione *diei* 26. *Septembris* 1797. nimirum = *Ad I. Affirmative per Sacerdotes ab hæredibus deputandos & amplius. Ad II. negative ad primam partem, affirmative ad secundam quatenus opus sit ad onus Missarum implendum & amplius. Ad III. Negative in omnibus, & amplius.*

Pro adimpleta a Religiosis celebratione provisionali usque ad integrum mensem *Septembris* 1795. solverunt hæredes manualem eleemosinam in scutis 51. 66. comprehensis utensilibus. Ab hinc neglexerunt Sacerdotes deputare ita ut Religiosi, qui celebrationem interea facere non destiterant, judicio ægerunt cor. A. C. Riganti contra hæredes, ut in exequtionem Rescripti hujus S. Congregationis *ad II. Dubium* cogerentur supplemento eleemosinæ *obolorum vigiati ad taxam perpetuæ*. Detrectantibus hæredibus jurisdictionem A.C. iterum apud hanc S. Congregationem facta controversia est instantibus Religiosis duobus oblatis Dubiis in Congregatione diei 20. *Januarii* 1798. *I. An, & in qua summa & a quo tempore debeantur eleemosina Missarum in casu &c. II. An & quomodo sit providendum pro futura celebratione*. Sed temporum perturbatio distulit cogaitionem hujus causæ usque ad Congregationem *diei* 13. *Septembris* 1800., quæ prima fuit post restitutam veterem disciplinam. Tum vero EE. PP. rescribere censuerunt *Ad I. Affirmative in obolis quindecim a die prima Octobris* 1795. *Ad II. præfigendum esse hæredibus Annæ Mazzei terminum unius mensis ad deputandos Sacerdotes, eoque elapso explendam esse celebrationem per Religiosos S. Francisci de Paula ad taxam Concilii Romani comprehensis utensilibus.*

Post hæc Religiosi celebrarunt Missas ad taxam quidem Concilii Romani, sed proportione habita ad fructus, qui nunc ex Locis Montium *in duplici quinta parte* exiguntur. Subverentes hæredes *Mazzei*, ne Religiosi iterum pro supplemento agerent, ipsi preces porrigunt, ut declaretur non esse locum supplemento. Mandante Eminentissimo Præfecto hujus Sacræ Congregationis instantia hæc ad *Votum* remissa, de sua Sententia rogatus Ejus Urbis Vicarius auditis Religiosis, qui ex rationibus inferius recensendis censet,

quod *satis esse debeat hæredibus eorum bona non teneri, nec alia Testatricis. At Loca Montium tenentur omnia, ut saltem ex eorum redditu solvantur scuta 72. pro celebratione Missarum, quippe quia Testatrix onus imposuit ai sudetti Eredi, che dal fruttato de' Luoghi di Monte facciano celebrare due Messe quotidiane perpetue.*

Supplendum esse ab hæredibus quidquid deficit celebrationi utriusque Missæ quotidianæ jam definivit S. Congregatio *die* 26. *Septembris* 1795. Tum enim disputato II. Dubio *An, & quomodo sit locus illarum reductioni, seu potius supplemento* rescriptum fuit = *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, quatenus opus sit ad onus Missarum implendum, & amplius*. Quare deliberandum erit ab EE. VV. num sit persistendum in priori Sententia, seu potius ab ea recedendum. Ex Folio *diei* 22. *Augusti* 1795., in quo causa primum descripta fuit, patet rationem decidendi, & cogendi hæredes ad supplementum in eo stetisse, quod scuta septuaginta duo non *taxative*, sed *demonstrative* relicta fuerint pro celebratione Missarum. Nam Testatrix omnes fructus suorum LL. Montium obnoxios fecit celebrationi duplicis Missæ quotidianæ = *dal fruttato de' LL. di Monte cantanti in mio nome in Roma facciano* (hæredes) *celebrare due Messe quotidiane*. Quare si postea pro eleemosina assignavit annua scuta *septuaginta duo* non hoc fecisse videtur ad cohibendum onus super universis fructibus LL. Montium impositum, sed ad demonstrandam eleemosinam, quam congruam opinabatur. Si hæc interpretatio tenenda foret, tum sane hæredes ad supplendum tenentur, ut alias definivit S. Congregatio *in Narnien.* 15. *Januarii* 1721. Nec quidquam hæredes juvaret adsignatio 24. $\frac{46}{100}$ ex Locis Montium, unde scuta annua 72. percipi poterant, ut præstare non debeant, quod deest ob casus qui postea evenerunt, unde fructus sunt diminuti. Eatenus enim tradito fundo liberatur hæres a supplemento, quatenus vel certus fundus legatus sit, vel commissum hæredibus ut certum fundum præstarent, ut ex doctrina Benedicti XIV. *de Synod. Diœces. Lib.* 13. *Cap. ultim.* §. 33.

Hisce in Folio deductis addit Emus Vicarius alia rationum momenta ut superius dictum est. *Non quæritur nunc*, inquit, *utrum sit augenda summa scutorum 72. a Testa-*

statrice designata. Quæritur utrum saltem hæc summa præstanda sit, quam designavit Testatrix. In hac autem quæstione tria certa sunt. Certum quod Testatrix designaverit scuta 72. = per le quali due Messe assegno annui Scudi Romani 72. Certum hæc persolvenda esse ex fructibus LL. MM. = Che dal fruttato de' Luoghi di Monte si facciano celebrare due Messe quotidiane. Certum denique tot adhuc adesse LL. MM. quot saltem annuis scut. 72. satis esse valeant. Si deficientibus LL. MM. contenderetur eam summam suppleri ex bonis hæredum, vel ex aliis Testatricis bonis ritè fortasse reponerent supplendum non esse, quia non aliunde, quam ex reditu LL. MM. juxta Testatricis voluntatem ea esse persolvenda. Veruntamen id contenditur unum, an quæ summa scutorum 72. ex viginti quatuor Locorum Montium non amplius haberi potest, ea suppleatur ex aliis LL. MM., quæ supersunt, quæque Testatrix ipsa, nullis usa taxativis clausolis generatim designavit.

Contra hæc hæredes Mazzei contendunt, quod omnis hæc de *taxativo*, sive *demonstrativo* legato controversia pendeat a voluntate Testatricis. Si vero investigandum sit quid a Testatrice volitum, hęc duo pateant evidentissime, quod ipsa gravare voluerit hæredes pro annuis scutis 72. tantum, quodque pro hac celebratione obnoxia voluit non omnia, sed illa Loca Montium, unde annua *scuta* 72. perciperentur. Quamquam enim jussisset, ut *dal fruttato de' LL. di Monte cantanti in mio nome* gemina missa quotidiana impleretur; attamen postea eleemosinam cohibuit ad *scuta 72. per le quali due Messe io assegno annui scudi Romani 72.* Quare si adjecta species cohibet, & coangustat genus antea expressum *ex Text. in leg. 2. ff. de Legat. 1.* videtur, quod hæredes non graventur, nisi pro scutis 72. ita ut si hæc non sufficiant ad implementum utriusque Missæ, nihil hæredes ultra supplere teneantur.

Alterum æque compertum esse existimant, quod scilicet Testatrix pro eleemosina utriusque Missæ obnoxiam tantum voluerit eam LL. Montium portionem, unde annua scuta 72. percipi possent. Vetuit enim *che non possa mai alienarsi quella porzione di LL. di Monte dal cui fruttato si devono pagare li annui scudi 72.*. Immo vero expresse concessit hæredibus, ut possent *alienare, e vendere i LL. di Monte di Roma*, ea tamen conditione

ben inteso però, che inalienabili siano quæ Luoghi di Monte dal cui fruttato si debbono gl' accennati Scudi 72. per elemosina delle due Messe quotidiane. Quare si ita permittente testatrice omnia loca Montium vendi poterant præter illa *dal cui fruttato si devono pagare gl' annui scudi 72.*, contendunt hæredes quod hæc tantum, non item universa sint pro legato obnoxia. Hinc deducunt, quod Testratrix certum destinaverit legati fundum *in quella porzione di LL. di Monte, dal cui fruttato si devono pagare li annui scudi 72.*. Quare si hanc portionem hæredes segregarunt, eique nexum legati injecerunt; Si fundum a Testatrice designatum tradiderunt, omnino non teneantur si fundus qui idoneus erat, nunc impar evaserit.

Ex hisce alternatim propositis & ex præcedenti Causæ *Folio diei 22. Augusti* 1795. EE. PP. deliberare poterunt.

An & quomodo sit standum, vel recedendum a Decisis sub die 26. Septembris 1795. quoad II. Dubium in casu &c.

In Decisis ex fructibus Locorum Montium tantum usque ad annuam summam Scutorum 72.

Sess. 21. Cap. 7. de Reform.

FERENTINA REÆDIFICATIONIS ECCLESIÆ. Sæpe ab anno 1801. implorata, numquam tamen perfecta fuit restauratio Ecclesiæ Parrochialis S. Valentini in Civitate Ferentina, quæ tecto ruinosa erat, parietibus fatiscens, ornatu squallens, humiditate soli, & fætore sordida, & pro frequenti parrochianorum numero ad capita supra bismilia omnino angusta. Nam Parrochiani metu ruinæ commoti preces porrexerunt *a mense Augusti dicti anni* 1801. tum ut suspensionem Ecclesiæ, translationemque Paræciæ ad aliam filialem impetrarent, tum, ut restaurationi quoquo modo consuleretur. Audita Sententia Episcopi constitit omnino necessariam esse suspensionem, translationem, & restaurationem. Hæc vero fieri posse per contributum tum ex reditibus Pareciæ, *tum* in annuis scutis 70., tum ex taxa scutorum *quatuor* pro singulis Beneficiis, quo-

quorum *Septemdecim* sunt, scilicet *novem* in ipsa Ecclesia S. Valentini erecti, *octo* vero in Ecclesiis Filialibus *S. Agatæ*, *S. Andreæ*, & *S. Pancratii* Rursus compelli posse ad contributum putabat Episcopus quatuor ex *novem* Cappellanias de jure patronatu laicali erectas in Ecclesiis sitis intra ambitum Paræciæ: nimirum illam S. Jo. Baptistæ in annuis sc. *sex* alterã S. Barnabæ, in scut. *quatuor*; tertiam S. Michaelis Arcangeli in scut. *tribus*; & quartam S. Antonii Abbatis in scutis *tribus*. Tandem pro hisce sumptibus annua scuta 20. obtulit per decennium Sodalitium SS. Rosarii in Altare Majori dictæ Ecclesiæ erectum, & pro annuis scutis *centum* taxari poterat alterum Sodalitium S. Antonii Patavini quod est in Ecclesia PP. Minorum Conventualium, quippe habet annuos reditus detractis oneribus in scutis 164. Ex his quæ tum retulit Episcopus rescriptum fuit *die* 10. *Aprilis* 1802. = *Scribatur Episcopo, qui constito de necessitate reædificationis procedat ad formam SS. Concilii Tridentini Sess.* 21. *Cap.* 7. *de Reformat.*

Hisce facultatibus auctus Episcopus suspensionem Ecclesiæ S. Valentini edixit, & SS. Eucharistiæ Sacramentum una cum animarum cura transtulit ad filialem Ecclesiam S. Andreæ, quæ tamen angusta, & incomoda est pro sacris functionibus exercendis. Quamdiu vixit Parochus S. Valentini Andreas Bernola infecta omnino fuit restauratio Ecclesiæ sive ejus secordia, sive eorum, qui ad contributum tenebantur. Quo nunc defuncto, & vacante Parrochiali, iterum præces porrectæ sunt, ut collatio Pareciæ suspendatur, & super extantes reditus detractis oneribus, & stipendio Æconomi interim deputandi, per decennium in fabricam Ecclesiæ erogentur. Nova exquisita est Episcopi *Informatio*, unde plura excerpam, quæ ad cognitionem hujus causæ maximi faciunt.

Necessitatem siquidem frabricæ confirmat Episcopus, impotentiamque Parrochianorum ad aliquid contribuendum, utpote qui præteritis adhuc calamitatibus afflictantur. Ex Periti relatione ad Ecclesiæ constructionem necessaria esse scuta 3080., Fabricam Ecclesiæ habere reditus annuos in scutis 18., qui satis ne quidem sunt ad ordinariam manutentionem, ut parochus de proprio annua *Scuta* 12. supplere consueverit ac proinde reditus fabricæ Ecclesiæ constituuntur in an-

annuis *Scutis* 30. extraordinarias vero expensas pro Ecclesia Beneficiatos & Parochum, illos in simplum, hunc in duplum hactenus fecisse. Paræciam vero habere reditus certos ex fundis in annuis scutis 368. 12 ½, incertos vero ex stola *in Scutis* 80. in totum scuta 448. 12. ½. Hisce præmissis suam Sententiam patefacit Episcopus. *Arbitrarer* inquit *utilitati, & servitio Ecclesiæ, & frequentissimæ Paræciæ ultra 2200. animarum consultius providendum fore mediante destinatione novi Rectoris prævio concursu ad formam Tridentini, & cum congrua in folio notata, & hujusmodi per decennium cum onere retinendi duos Coadiutores Cappellanos, quibus competens assignatur merces in eodem folio.*

Preterea Episcopus putat in fabricam conferendas esse *nedum oblationes annuas præstandas per Confratres Sodalitiorum SSmi Rosarii, & D. Antonii Patavini in ambitu Pareciæ positorum, sed etiam considerandæ sunt pensiones quibus obnoxi evadunt Beneficiati, nec non Rectores Cappellaniarum in dicta Ecclesia existentium, & una simul oneranda forent æquali licet pensione sex ex octo beneficiis in Ecclesiis Filiabus S. Agathę S. Andreæ, & S. Pancratii, etiamsi Beneficia ista in casu vacationis aggregata fuerint, & obvenire debeant Collegiatæ, & Parochiali Ecclesiæ S. Mariæ Majoris.* Ex hoc vero contributo *scuta annua* 117. & *obuli* 60. conficiuntur, ut ex notula, quam *Informationi* annexam descripsit Episcopus; scilicet = *Dalla compagnia di S. Antonio scu.* 25. = *Dalla compagnia del Rosario scu.* 20. = *Dalli nove Beneficiati di S. Valentino a ragione di scudi cinque per caduno scu.* 43. = *Da' due Beneficiati della Chiesa di S. Agata in ragione di scudi tre per cadauno scu.* 6. = *Dalli Beneficiati di S. Andrea Apostolo scu.* 6. = *Dalli Beneficiati di S. Pancratio scudi* 6. *Dalle otto Cappellanie in ragione di paoli dodici per ciascuna scu.* 9. 60.

Ex his Episcopus folium *introitus & exitus* conficit. In *introitu* ponit reditus certos, & incertos Paræciæ in annuis scutis 448. 12. ½, reditus fabricæ Ecclesiæ in annuis scutis 30. & pecuniæ ex contributo a Beneficiatis, Sodalitiis, & Cappellaniis quærendæ in annuis scutis 117. 60., ut proinde introitus pertingit in totum ad annua scuta 595. 72. ½. *Exitus* vero conflatur ex hisce partitis: pro pecunia, quam quotannis parochi con-

consueverunt conferre in manutentionem Ecclesiæ *scuta* 12: pro vectigalibus scuta 19: pro congrua Parochi scuta 116: pro stipendio coadjutorum *scuta* 72. pro stipendio exactoris scuta 18. quæ omnia attingunt annua scuta 237.. Ex *introitu* itaque scutorum 595. 72.½ subducto *exitu* in scutis 237. supersunt annua scuta 358. 72. ½ eroganda in fabricam, quæ per annos decem multiplicata producet summam scutorum 3587. 25.. Hæc superat pro scutis 507. 25. impensam, quam Peritus liquidat in scutis 3080., sed Episcopus monet hunc excessum erogari posse in expensas inopinatas, & fructus æris alieni contrahendi.

Cum omnino necessaria sit restauratio Ecclesiæ; tum ab EE. VV. inquirendum erit quomodo eidem consulendum sit. Media ordinaria, quæ præscribit Tridentinum *Sess.* 21. *cap.* 7. *de Reform.* idonea non sunt ad restaurationem faciendam. Nam Ecclesia habet exiguos reditus in annuis scutis decem, & octo. Parochus quidem habet superextantes reditus detractis oneribus ad annua scuta 229., sed idonei non sunt ad impensam, quæ ultra scuta 3000. requiritur. Beneficiati vero in Ecclesia erecti paululum contribuere possunt. Nulli sunt patroni, & parrochiani inopia premuntur. Quare sequenda videntur extraordinaria media, quæ deficientibus ordinariis, aliquando S. hæc Congregatio probavit ut *in Lisbonen. Applicationis* 18. *Decembris* 1790.

Postulant Parrochiani, ut suspendatur collatio vacantis Paræciæ, quo reditus super extantes in fabricam erogentur. Sed Episcopus consultius fore putat curæ animarum, si Parœcia conferatur ad præscriptum Tridentini, & assignatis scutis 188., scilicet scut. 116. pro congrua Parochi, & scutis 72. pro stipendio Coadiutorum, reliqua scuta 229., quæ supersunt ex reditibus Paræciæ detractis reliquis oneribus, applicentur *per decennium* fabricæ Ecclesiæ.

Porro *novem* Beneficiatos, qui in Ecclesia restaurandâ erecti sunt, teneri ad expensas Fabricæ præscripsit Tridentinum in allegato *Cap.* 7. *sess.* 21. *de Reform.* Putat Episcopus singulos gravandos esse in annuis scutis *quinque*, cum Beneficiatis salva esse debeant alimenta ut statuit *Amostaz de Causis Piis lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 31. *tom.* 2., & S. Congregatio *in Cumerin. Suspensionis* 20. *Novembris* 1802.. Congruum quoque vi-

videtur, ut Sodalitium SSmi Rosarii in Ecclesia reparanda erectum aliquid in fabricam conferant, & ipsum ultro offert annua scuta 25.

Aliqua dubitatio subesse poterit quoad Sodalitium S. Antonii Patavini, & sex Beneficiatos, & Cappellanias laicales, quæ sunt non in ipsa Ecclesia Parrochiali erectæ, sed in Ecclesiis aut filialibus, aut in ambitu Pareciæ existentibus. Nec enim de jure tenentur, nec contributo assenserunt, & præcipue observandum quod Beneficia in Ecclesia S. Agatæ, S. Pancratii, & S. Andreæ unita jam fuere a SSmo Dño Nostro Collegiatæ S. Mariæ Majoris, quando vacatio contigerit. Videant EE. PP. deficientibus aliis mediis, quid expediat.

Dubium proponitur.

An, & quomodo providendum sit fabricæ Ecclesiæ S. Valentini in casu &c.

Affirmative juxta Votum Episcopi, exceptis a contributo Sodalitio S. Antonii Patavini, & Beneficiis, & Cappellanis extra Ecclesiam erectis, & Episcopus curet, ut reliqui reditus Pareciæ, & contribuentium integre omnino impendantur in reædificationem Ecclesiæ exacta singulis annis redditione rationis.

Sess.22.Cap.6. de Reform.

ROMANA REDUCTIONIS. Pertinet hæc causa ad folium *Congreg.diei* 24.*Novembris* 1804., in qua Augustinus Simonetti possessor Cappellaniæ institutæ a defuncto Francisco Devorsan in Ecclesia S. Josephi *a Capo le case* reiectus fuit a petita reductione Missarum. Quæ fuerit *Resolutionis* ratio patet ex ipso *Folio*. Nam defunctus Devorsan censum emit die 29. Maii 1800. a Monialibus *S. Silvestri in Capite* numerato pretio scutorum 1700. in pecunia ærosa, ex quo censu redibant annui fructus scutorum 85. Jussit vero in Codicillis, ut *sull' annua rendita, e fruttato dell' enunciato censo di scudi* 85., *e sul capitale del medesimo erigeretur una Cappellania laicale, o sia legato pio di una Messa quotidiana in ragione di bajocchi* 16 ½, *che fanno la somma di annui scudi* 60. Magdalena vidua, & hæres Fundatoris assignavit pro fundo Cappellaniæ portionem census scutorum 1700., unde percipiebantur annua scuta 60. Sed hæc ad scu-

scuta 48. diminuta fuere post latam Edictalem legem Emi Pro-Camerarii de reducendis nominibus in pecunia ærosa contractis. Hac attenta diminutione fundi, & fructuum postulavit reductionem Missarum Cappellanus, sed reiectus fuit, quia constitit pro legato Missarum obnoxium fuisse integrum censum, ex quo reducta licet pecunia, cum perciperentur annua *scuta* 68., poterat Cappellanus supplementum postulare.

Ita quidem fecit Cappellanus Simonetti dum requisivit Advocatum Lazzarum Ceccoperium (qui impigre munus exequtoris testamentarii Francisci, & Magdalenæ Devorsan præstat) ut ex reliqua portione Census tantum snppleret, quantum necessariæ celebrationi deficeret. Hic vero censuit Emis VV. nonnulla exponere, ut re melius comperta decernatis quidquid expediens videbitur.

Narrat itaque, quod Magdalena hæres Francisci Devorsan, imminente sibi morte, tradidit exequtori testamentario brevi manu scuta 170. argentea, ut ea erogaret in celebrationem Missarum. Scriptis deinde tabulis testatamenti, filium suum Josephum (quem defunctus Devorsan in legitima tantum instituerat) hæredem ex asse fecit, jussitque ut scuta quingentum argentea deposita penes quemdam *Comminanzino*, quæque proveniebant ex restitutione cujusdam Cambii hæreditarii ejus viri, impenderentur in expiationem animæ ipsius testatricis arbitratu Exequtoris Testamentarii. Vix defuncta Magdalena, Joseph filius hæc pertendere cæpit credita, scilicet; legitimam ex utraque hæreditate paterna, & materna, & quidem in semisse, cum quatuor haberet sorores nuptas, quæ vocatæ ad faciendum numerum legitimam a triente ad semissem augebant: fructus utriusque legitimæ: lucrum dotale, quod ex Statuto Urbis matri competebat ex hæreditate viri, cujus lucri proprietas filiis reservare tenebatur, & tandem Falcidiam ex hæreditate materna. Hæc credita si tenuissent, Joseph integram fere occupabat paternam, maternamque hæreditatem, ita ut omnino everti poterat Cappellania a defuncto Devorsan instituta.

Contra vero Exequtor testamentarius in summa rerum ignoratione, nec quid opponeret sciebat, nec si sciret, habebat modum, ut implexam defenderet litem,

pro qua dirimenda necessaria quidem erat gravis impensa *Peritiæ Curialis*. Quare satius duxit Exequtor testamentarius rem cum Josepho transigere, ita ut hic acciperet scuta illa *quingentum* argentea, quæ pro expiatione animæ suæ sibi reservaverat Magdalena, & vicissim cederet scuta illa *quingentum*, quæ remanebant ex Censu in sorte *scutorum* 1700. cum Monialibus S. Sylvestri in Capite, detracta rata scutor. 1200. quæ pro fundo Cappellaniæ erat constituta. Hæc transactio probata fuit ex Rescripto SSmi *diei* 24. *Julii* 1803. = *SSmus attentis expositis, ac relatione, & voto D. Advocati Ceccopieri Exequtoris testamentarii defunctæ Magdalenæ Devorsan benigne mandavit, ut facta per Oratorem cessione favore dicti Exequtoris testamentarii ratæ scutorum quingentorum introscripti census hæreditarii quondam Francisci Devorsan pro fundo, & dote pii relicti celebrationis Missarum juxta numerum, modum, ac leges ab eodem exequtore testamentario præscribendas, introscripta scuta quingenta provenien. ex Cambio de quo in præcibus, seu verior summa, quæ supererit, dempta funeris impensa memoratæ Magdalenæ, libere consignetur eidem Oratori juxta petita non obstante in parte, & partibus huic Indulto adversantibus præfatæ Magdalenæ dispositione, cæterisque contrariis quibuscumque.*

Ex hisce vobis EE. PP. observandum proponit Exequtor testamentarius, quod defunctus Franciscus Devorsan legare voluit annua scuta *sexaginta*, quæ tum erant in commercio, adeoque si hæc pecunia decrevit, hæredes non tenentur præstare illam ipsam quantitatem, sed ejus æstimationem, sive scuta 48. pecuniæ currentis. Verum hæc longe absunt a dispositione ipsius Testatoris. Non enim ipse legavit annua scuta *sexaginta*, seu fundum, unde annua scuta sexaginta perciperentur, sed voluit *che sulla rendita, e fruttato dell'enunciato censo di scudi* 83., *e sul Capitale del medesimo* erigeretur Cappellania missæ quotidianæ, constituta eleemosina obolorum 16 $\frac{2}{3}$, *che fanno la somma di scudi* 60. Quare si pro fundo Cappellaniæ integrum censum constituit Testator, si annua scuta *sexaginta* solvenda erant *sull'annua rendita, e fruttato del enunciato censo di scudi* 85., jam nihil attinet quærere num Testator respexerit ad illam pecuniam, qua tum utebamur. Quoad enim ex censu redibunt

an-

annua scuta *sexaginta* semper pro clemosina Missarum erunt præstanda. Neque ad rem nostram transferri possunt, quæ constituta fuere in *Romana Supplementi*, & *Reductionis* 23. *Januarii* 1802. . Nam ibi testator certum fundum tradendum jusserat, quo diminuto hæredes ad supplementum non tenebatur. Quod secus est in re nostra cum ex fundo relicto suppetant scuta *sexaginta*, quæ pro celebratione Missarum præstanda voluit Testator.

Hæc tamen ex summo jure obtinerent, & re integra. Sed animadvertant EE. PP., quæ præterea ex facto ipso observanda proponit Exequtor testamentarius. Etenim si denegata reductione Cappellanus supplementum vindicet ex reliqua rata census; tum Exequtor testamentarius convertere se debet contra Josephum Devorsan, ut transactionem rescindat. Rescissa vero transactione Joseph iterum sua credita proponet & erumpet lis, quæ si bene succedat, gravissimas impensas requiret, & periclitanda erit ipsa Cappellania; sin male, Cappellania omnino evertetur. Contra, concessa reductione, non multum detrimenti capient suffragia. Nam ex reliqua rata census erigenda erit Cappellania pro anima Francisci, & Magdalenæ Devorsan. Hæc secum reputent EE. PP., & deliberare dignabuntur.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis,

ASCULANA PARÆCIÆ Rogati EE. Patres in Congregatione diei 15. *Decembris* 1804. = *An, & quomodo providendum sit curæ animarum in Oppido S. Mariæ* = censuerunt definitionem ad aliam prorogare diem, ut interea scriberetur Eminentissimo Episcopo Administratori *juxtam mentem*. Mens autem fuit = *Quod Eminentissimus Episcopus transmittat fundationem Beneficii Jurispatronatus, curet Patronorum consensum pro cessione eiusdem Beneficii in congruam Parochi, reservato favore eorumdem Patronatu, & interim provideat, ne cura animarum detrimentum patiatur*. *Sess. 21. Cap. 4. & 5. de Reform*

Frustra se a Patronis consensum hujusmodi requisivisse rescribit Emus Administrator. *Omnes enim Patroni absolute recusant, & satis sibi videntur cessisse, cum tandiu exorati cesserunt Decimas favore Parochi, si is in dicto Pago instituatur, sub qua una conditione annue-*

runt, & donec aliunde provideatur. Loco vero fundationis, quæ non reperitur esse potest Decis S. Rotæ Romanæ 539. part. 19. tom. 2. Recent in qua dicitur constare de fundatione, & dotatione Beneficii, de quo agitur. Quod vero quærebatur de numero Missarum, quæ celebrandæ sunt in quatuor legatis Vittelli, Ruggeri, Massi, & Sciampagna, hoc unum addam missas tantum priorum reductas esse ad normam Concilii Romani sub Benedicto XIII. Legati vero Sciampagna adhuc Missarum eleemosinam esse unius julii. Hinc cum Missæ omnes sint ratione fructuum ex notula eorumdem reddituum, quæ annexa est priori Informationi, colligi potest numerus Missarum in singulis legatis celebrandarum: Scilicet ex legato Vitelli celebrandæ sunt annuæ Missæ *Sexaginta quinque*. Ex legato Ruggieri Misse *Sex*. Ex legato Massi Missæ *novem*. Ex quadrantibus vero superextantibus alia Missa *una* celebrari poterit, ut pro tribus hisce legatis annuæ Misse octoginta una erunt celebrandæ. Ex legato tandem Scampagna Missæ *Septuaginta sex*, ut in totum pro quatuor legatis Missæ *centum quinquaginta septem* celebrari debeant.

Addit porro Emus Administrator *quod habitatores Pagi Sanctæ Mariæ, ut gratiæ, quam enixe precantur faciliorem sternant viam, seseparatos declarant ad constituendum quot annis aliquem ex ipsis, qui exigat & tribuat Parocho, quo maximopere indigent, id quod Communitas ipsa tribuere debebit ad Congruæ Supplementum, quin Parochus ullum subeat incomodum.*

Reassumpto itaque priori hujus Causæ *Folio* dirimendum erit Dubium.

An, & quomodo providendum sit curæ animarum in Oppido S. Mariæ in casu &c.

Affirmative juxta votum Emi Episcopi Administratoris per deputationem Vicarii Curati perpetui reducis Legatorum Missis ad unam annuam per quolibet, & celebratis pro unica vice decem pro Missis inadimpletis applicatis cumulative pro quatuor Fundatoribus, proviso per eumdem Emum, quoad perpetuam manutentionem lampadis ante SSmum Sacramentum, & quoad utensilia, & supellectilia, & ad D. Secretarium cum Sanctissimo.

CIN-

CINGULANA. Ex fundatione Canonici Crescioni octo sunt in Collegiata Ecclesia S. Exuperantii Cinguli Mansionarii, quorum primi quatuor habent singuli stipendium annuum *scutorum* 45., alii duo *scutorum* 35, reliqui tandem *scutorum* 25. Omnibus commune est onus servitii chori, celebrationis Missarum conventualium, & ministerii in sacris functionibus. Sed priores quatuor Mansionarii, & duo alii habent sibi præcipua onera. Illi enim, quibus grandior est stipendium scutorum 45., esse debent *attualmente approvati per sentire le Confessioni dell'uno, e l'altro sesso, e non potranno prender possesso di tali benefici, e offizi senza una tal precedente approvazione. Il principale loro obligo sarà di assister tutti in Confessionario in tutti li giorni festivi, e di concorso, ed alternativamente ne' giorni feriali, ed essendo adetti attualmente ad un tal impiego sieno esenti dal coro, e dalle puntature, alle quali soggiaceranno, quando non saranno in Confessionario a confessare volendo che, non essendovi persone da confessare, vadano in coro come tutti gl' altri.* Istis vero, qui stipendium habent scutorum 35. injunctum est = *che debbano esser Sagrestani e sia a loro peso di tenere un chierico subalterno a loro spese per i giorni festivi, il quale assista in Sacrestia per i giorni festivi quando essi saranno parati per il Coro.* *Sess. 22. Cap. 7. de Reform.*

Ex quatuor primis Mansionariis modo unus vacat, quem per tres vices hisce postremis duobus annis Capitulum (cui ex fundatione adictum est jus nominandi) elegit, semperque vacuus per renunciationem nominati factus est. Itidem illi duo Mansionarii, quibus Sacrarii cura commissa est, nolunt hoc munus exercere, quia in diebus festis utrumque simul præstare non possunt, & choro interesse, & Sacrario adesse, ita ut alteram personam, quæ æditimum pro eis gereret usque adhuc deputarint, cui quatuor aurea singuli de proprio rependerunt. Quibus ita se habentibus Capitulum unanime postulat, ut liceat sibi ad unam ex quatuor primis Mansionariis deputare aliquem simplicem Sacerdotem, quin habilis sit confessionibus excipiendis, simulque ex stipendio scutorum 35., quod duo habent mansionarii, qui sacrario deberent adesse, detrahere singulis scuta decem, & unum deputare possint cum majori stipendio, qui æditimi munus gerat.

In-

Injunctum est Emo Episcopo, ut edicta in locis etiam finitimis publicaret, quo ad vacantem Mansionaratum concurrentes accerserentur. Sed frustra id factum esse refert idem Emus Episcopus in sua Informatione cum eo minus alienigenæ prostam parva pensione hoc munus suscipere velint, quo indigenæ recusant. Cæterum putat *indulgeri posse Oratorum precibus tum quoad petitam derogationem (pro hac vice tantum) Legi fundationis quæ Sacerdotis actu Confessarii qualitatem requirit, quam quoad subtractionem scutorum* 10. *faciendam etiam in presentiarum a primis duobus Clericis Mansionariis qui mihi ad hoc consensum præstiterunt, ut ea assignari possint illi Mansionario Sacerdoti, qui prævia electione Capituli æditimi munus gerat, ea tamen leges, ut a chori servitio sit tantumodo exemptus omnibus primis Dominicis cujusque mensis, solemnioribus anni festis, scilicet Nativitatis D. N. JESU CHRISTI, Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, Corporis Christi, & S. Exuperantii Principalis Patroni Civitatis, iisque diebus, in quibus eamdem Ecclesiam convenit major Populi frequentia, quod quidem arbitrio Prefecti chori relinqui potest, ut omnis in posterum inter Collegas excludatur differentia.*

Derogationem legibus fundationis postulat Capitulum, dum postulat, ut alter ex quatuor primi Mansionariis eligatur abrogato onere excipiendi Confessiones, utque duobus aliis Mansionariis cura Sacrarii & scuta decem ex stipendio subtrahantur. Id sane commutationem secumfert voluntatis, quæ cum omnimode servanda sit *Can. ultim. Voluntas. quæst.* 13., ita eidem derogari nequit, nisi concurrente necessaria causa, ut passim definivit S. Congregatio, & præcipue in *Vercellen. Commutationis* 16. *Aprilis* 1756. Hanc ad derogationem obtinendam affert causam Capitulum, ut nemo sit, qui velit retinere Mansionaratum cum onere excipiendi confessiones. Nam a tribus annis semper nominati se ab illo sponte abdicarunt, & modo vacat, nec est, affixis licet edictis, qui illum consequi velit. Impossibile vero esse, ut duo alii Mansionarii simul choro, simul sacrario adsint, ut propterea sacrarii curam negligere debeant.

Si hæc causa vobis arridet EE. PP. tum Emus hunc *modum* gratiæ imponendum putat, ut Mansionarius pro hac vice tantum ab onere excipiendi confessiones dispen-

pensetur, & alter Mansionarius deputandus ad Sacrarium dispensetur a choro certis diebus arbitrio Prefecti chori.

Dubium proponitur.

An & quomodo sit providendum in casu &c.

Affirmative juxta votum Emi Episcopi, quoad provisionem Mansionariatus pro hac vice tantum, in reliquis serventur Fundationes, & ad Secretarium cum SSmo.

AVEIRENSIS IRREGULARITATIS Rogati EE. PP. in Congregatione *diei* 30. *Junii* 1804. *An, & quomodo sit consulendum SSmo pro dispensatione, & rehabilitatione in casu &c.* responderunt *Negative, & audiatur Episcopus Civitatensis Provinciæ Compostellanæ* = Transmissis ex officio Epistolis Antistes ille respondit = *Joannem Soarez de Roque Diocesis Aveirensis in Regno Lusitaniæ quatuor minorum ordinum gradus (absque prima clericali tonsura) a nobis suscepisse die prima Novembris festivitati omnium Sanctorum dicata anni* 1802. (*non* 1801. *ut per errorem expositum fuit*) *subdiaconatum die* 18. *Decembris ejusdem anni Sabbato quatuor temporum Adventus: Diaconatum die* 21. *Decembris ejusdem anni: sacrumque denique Præsbiteratum die* 27. *præfati mensis, & anni S. Joannis Apostoli, & Evangelistæ festo consacrata. De veritate dimissoriarū nullus ambigendi locus, nulla rimula, suspicioque nulla, nec tunc nobis suborta est, nec serio, & accurate inspicientibus nunc nobis adparet. Siquidem in ipsis dimissoriis omnia in caracteribus, in apicibus, in subscriptianibus, in sigillo demum Archiepiscopi Bracharensis, quæ cum aliis ejusdem Archiepiscopi dimissoriis contulimus, quas præ oculis habemus, prorsus conformia, & similia conspiciuntur. In his non solum intestitiorum, sed etiam ad recipiendos S. Ordines extra tempora dispensatio amplissima continetur. Unde omnibus adamussim, ut adsolemus, inspectis, quatuor minores, tresque majores Ordines absque ulla hæsitatione diebus præfatis illi contulimus. Sed quod attinet ad hoc, ut animi nostri sensum aperiamus, Episcopi Diœ-*

Sess. 23. *Cap.* 4. *Sess.* 11. *Cap.* 14. *de Reform.*

Diœcesani, & præcipue S. Congregationis judicio libenter omnia submittimus.

Ex his deliberandum erit.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Non proposita cum Sequenti.

Sess.22.Cap.6. de Reform.

SABINEN. SUSPENSIONIS NOMINATIONIS: Postulante Septimio Paluzzi in Congregatione *diei* 25. *Junii* 1803. suspensionem trium, quarum ipse fruitur jure patronatus, Cappellaniarum ut impletis oneribus, sibi haberet superextantes fructus ad inopiam sublevandam rescriptum fuit in sequenti Congregatione *diei* 23. *Julii* = *Dilata, & Emus Episcopus referat, utrum adsit in familia idoneus ad Cappellanias, sin minus de etate filiorum Septimii, & de eorum dispositiones ad statum Ecclesiasticum.* Nunc Emus Episcopus vos certiores reddit = *Oratorem Septimium Paluzzi nullius ætatis habere filios, neque spem esse habiturum, unde alicui ex illis conferre possint Cappellaniæ, de quibus agitur, quin immo nullam curam habuit Septimius, nec habet, ut Missæ celebrentur, & dispositiones piorum fundatorum adimpleantur quotannis.*

Dignentur EE. PP. reassumere Folia Congregationum dierum 25. *Junii*, & 23. *Julii* 1803. & deliberare primævum Dubium.

An, & quomodo sit locus suspensioni nominationis Cappellaniarum &c.

Die

Die Sabbathi 22. Junij 1805. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

AVERIENSIS IRREGULARITATIS. *Sess.23.Cap.4. de Reform.*

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Iñ Decisis, & præces amplius non recipiantur, nisi docto de suscepto Sacramento confirmationis, de constitutione Patrimonii Sacri. de adepta idoneitate quoad scientiam. & mores, & commandato ab Episcopo.

SABINEN. SUSPENSIONIS NOMINATIONIS. *Sess.22.Cap.6. de Reform.*

An, & quomodo sit locus suspensioni nominationis Cappellaniarum in casu &c.

Affirmative ad Septennium a die vacationis deputato per Eñum Episcopum Ecclesiastico Administratore, qui impletis omnibus oneribus etiam quoad præteritum superextantes reditus Oratori consignat facto verbo cum SSmo, & notificetur Ministris Datariæ.

CORNETANA TRANSLATIONIS, ET UNIONIS. *Sess.21.Cap.7. de Reform.*

Ecclesia S. Mariæ *de Mare*, in qua erectum est Sodalitium, quod vulgo appellant *dei Sacconi*, sita est in deviolio Civitatis Cornetanæ eum prope locum, quo

pluviales aquæ erumpunt. Ex quibus jamdiu ruinosa esse cæpit Ecclesia, ut ab anno 1771. testamentum scribens Canonicus Claudius Donati legavit *per una sol volta alla V. Chiesa della Madonna SSma di Mare scudi trecento da investirsi in tanti censi attivi con il peso però, che li Signori Officiali di detta Venerabil Chiesa, e Compagnia debbano con il frutto di essi censi decorsi per anni due creare novo censo attivo, e così pratticarsi in ogni biennio nella creazione di detti censi attivi con detti frutti, sin tanto che si sia moltiplicato, ed accumulato un capitale sufficiente per incominciare, e proseguire la nuova fabrica della suddetta Chiesa ad onore di detta Bma Vergine di Mare, per il qual unico fine intende fare questo legato*. Quamquam ex hac fructuum census erogatione redacta sit summa scutorum 337; attamen ut conficiatur summa necessaria pro reparanda Ecclesia, multum adhuc temporis requireretur, nec sodalitium aliunde habet unde expensas faciat adeo graves, quas Peritus liquidat ad scuta *duo millia*. Contra Ecclesiæ Fabricæ in dies deterior evadit, ut Emus Episcopus eam suspendendam censuerit, & transferendam decreverit Iconem B. M. Virginis ad aram maximam proximæ Parrochialis Ecclesiæ S. Antonii. Tum inter Parrochum, & Sodales actum est de Translatione, & Unione Sodalitii ad Parochialem Ecclesiam S. Antonii, nonnullasque reservata venia Apostolica iniverunt conventiones, quæ hujusmodi sunt.

„ I. Dovrà il Signor Curato accordare alla Confraterni-
„ ta il dritto di compadronanza nella sua Chiesa, Sa-
„ grestia, Campanile, Campane, ed altro, affin di usarne liberamente per tutte le sue fun-
„ zioni colla facoltà di collocare sopra l' Altar Maggiore la S. Immagine di Maria SSma del Mare, e di
„ costruire avanti lo stesso principal Altare un coro in
„ servizio dei di lei ascritti, e ciò in perpetuo, in modo di non essere in alcun tempo, e sotto qualsivoglia
„ ragione, o pretesto mai permesso nè al Signor Parroco attuale, nè ai di lui Successori di ritrattare simil concessione.

„ II. A rimover qualunque differenza nascer potesse per
„ la medesima si stabilirà, che il Signor Curato in ogni
„ tempo abbia a godere della precedenza per le funzioni, e Messe Parrochiali: occorrendo peraltro il ca-

„ caso di due Morti, uno della Parrocchia, l' altro
„ della Confraternita, si faranno allora i funerali colla
„ celebrazione della Messa in preferenza al Defonto,
„ che sarà prima portato in Chiesa.

„ III. Colla perpetuità sopra espressa dovrà il Signor Cu-
„ rato cedere alla Confraternita la stanza contigua al-
„ la Sagrestia, la stanza dall' altro lato verso Ricci,
„ come pure la Casa coll' Orto, e siti tutti annessi al-
„ la Chiesa di S. Antonio, affinchè possa formarcisi tut-
„ ti quei commodi, dei quali abbisogna per Vestiario,
„ ed altro.

„ IV. La limosina della bussola si dentro la Chiesa, che
„ fuori, anche in tempo delle Messe, e Funzioni Par-
„ rocchiali, sarà tutta della Confraternita.

„ V. Per porre le banche in Chiesa dovrà da chiunque
„ chiedersi il permesso al Signor Curato pro tempore,
„ e al Fratello Presidente della Confraternita, li quali
„ non potranno accordarle, se non a condizione di
„ uniformità colle altre concesse prima, e col dovuto
„ riguardo alle Famiglie dei Signori Confratri.

„ VI. In compenso dell' anzidetto ceduto dritto la Con-
„ fraternita assumerà il peso di fare dentro il termine
„ di cinque anni la volta di Mattoni all'a Navata di det-
„ ta Chiesa, che ne manca, l'Altare di S. Antonio si-
„ mile all' altro *in Cornu Evangelii*, quanto alla mate-
„ ria, di cui è formato, non però per l' Architettura,
„ che si procurerà far costruire di miglior disegno, e la
„ Porta grande con bussola in fondo della Chiesa.

„ VII. Finchè la Confraternita godrà di detta Compatro-
„ nanza, somministrerà ancora annualmente num. 12.
„ Boccali d' Olio per la Lampada, che dovrà il Signor
„ Curato far ardere sempre avanti l' Altar Maggiore,
„ e pagherà li piccoli acconcimi occorrenti nel fa-
„ bricato della Chiesa, ed annessi, purchè annual-
„ mente non si sorpassi la spesa di scudi dieci; men-
„ tre per quelli anni, ne' quali l' importo di tali picco-
„ li acconcimi sarà maggiore dell' espressa somma di
„ scudi dieci, il di più dovrà pagarsi metà dalla Con-
„ fraternita stessa, e metà dal Signor Curato, come
„ dovrà seguire in ogni tempo per i Muri, Tetti,
„ Travi, Volte, Mattonati, Campane, e tutt' altro
„ bisognasse far di novo.

„ VIII. Similmente finchè sarà compadrona si caricherà
„ la Confraternita di fornire, e mantenere tutti i Sa-

„ gri Arredi con altro occorrente alla Chiesa tanto
„ in servizio della Parrocchia, che suo a seconda della
„ nota da inserirsi firmata dal Signor Curato, e dalli
„ Fratelli Presidente, e Proveditor di Chiesa; sarà
„ bensì tenuto il Signor Curato di ceder per il surrife-
„ rito oggetto alla Confraternita nel momento dell'
„ unione tutti quelli Arredi, che al presente si ritrova
„ in essere per la sua Chiesa.

„ IX. Commune al Signor Curato, ed alla Confraternita
„ dovrà in ogni tempo rimanere l' uso dei suddetti ar-
„ redi descritti nella nota da inserirsi. Quante volte
„ poi tanto dal Signor Curato, che dalla Confrater-
„ nita si acquistassero per qualunque titolo altri arre-
„ di sagri oltre alli scritti nella detta nota da inserirsi,
„ di questi ne rimarranno privativi all' acquirente sì
„ il dominio, che l' uso.

„ X. Le Vestizioni degli Aggregandi alla Confraternita
„ surriferita saran sempre fatte dal Fratello Presidente,
„ a cui in caso d' impedimento spetterà similmente il
„ dritto di destinare altro Sacerdote Confratello, che
„ supplirà per lui: L'istesso si osserverà per le Funzioni,
„ Benedizioni, e Visite delle Stazioni &c. nei tempi
„ degli Oratori.

„ XI. Il Signor Curato si addosserà di fare tutte le altre
„ Funzioni, in Chiesa soltanto, sì ordinarie, che
„ straordinarie della Confraternita, e soddisferà tutte
„ le Messe di obbligo presente, e futuro cogli emolu-
„ menti infrascritti, e colla condizione di supplire con
„ deputare altro idoneo Sacerdote essendo impedito.
„ Per le Messe lette d' obligo della Confraternita ave-
„ rà uno scudo collo stess' obbligo della detta assolu-
„ zione, e li Sacri Ministri assistenti saran pagati dalla
„ Confraternita. Per le S. Novene, e settenarj rice-
„ verà il Signor Curato per il suo incommodo sei pao-
„ li, e nelle altre funzioni di tre, o meno giorni baj.
„ trenta, e la Confraternita dovrà anche pagare l'emo-
„ lumento ad altro Sacerdote, il quale esponga, e ri-
„ ponga il Santissimo tutte le volte, che la stessa Con-
„ fraternita crederà opportuno di chiamarlo.

„ XII. Inoltre lo stesso Signor Curato amministrerà i
„ Santissimi Sagramenti della Confessione, e Commu-
„ nione anche ai Confratri specialmente nei giorni
„ delle Communioni generali, e Feste della Confra-
„ ternita, la quale in tali giorni per il più pronto dis-

bri-

„ brigo farà a sue spese assistere altro Sacerdote Con-
„ fessore.
„ XIII. In ogni sabato il Signor Curato dopo la di lui
„ Messa, che sarà votiva di Maria Santissima Addolo-
„ rata, quando non venga impedito dalle S. Rubri-
„ che, reciterà secondo il solito le Littanie Laureta-
„ ne di Maria Santissima colle Orazioni assegnate.
„ XIV. Il Signor Curato penserà alla spesa della Cera,
„ ed altro occorrente tanto per tutte le sue Funzioni,
„ quanto per le Messe degl' obblighi attuali della
„ Confraternita, da cui in compenso, e di detta Cera,
e del Vino, Ostie &c. per le Messe dei proprj obblighi,
„ e per le Messe soltanto avventizie, e non d' invito,
„ darà annualmente al Signor Curato libre sette cera.
„ Qual compenso dovrà essere aumentato in propor-
„ zione degli accrescimenti degli obblighi.
„ XV. La Confraternita per le sue Feste, e Funzioni
„ penserà da se alla Cera, ed altro occorrente.
„ XVI. Il Signor Curato pagherà il Sagrestano per il suo
„ Servizio, e la Confraternita lo pagherà per il suo,
„ con libertà reciproca di valersi anche di due soggetti
„ diversi.
„ XVII. Lo spurgo delle Sepolture rimarrà a carico del
„ Signor Curato, e la Confraternita finchè non siasi
„ fatta la sepoltura propria nella ridetta Chiesa di S.
„ Antonio, contribuirà in tale spesa a proporzione dei
„ Morti suoi, che saran stati tumulati nei Sepolcri
„ Parrocchiali. Allorquando poi la Confraternita ave-
„ rà fatta la sepoltura, nulla dovrà corrispondere per
„ lo spurgo delle sepolture Parrocchiali, ma sarà te-
„ nuta spendere nell' intiero per la politura di quella
„ a se appartenente.
„ XVIII. Il Signor Curato in vista di simile unione, non
„ acquisterà mai dritto, o alcuna benchè minima pa-
„ dronanza sulla Confraternita, sopra la di lei Imma-
„ gine di Maria Santissima del Mare, e beni ad essa
„ Confraternita in qualunque modo, e tempo appar-
„ tenenti, e per ciò non solo il Signor Curato, ben-
„ chè aggregato alla medesima non avrà mai la Ca-
„ rica di Presidente, di Camerlengo, e di Provveditore;
ma neppur potrà mai impedire, che la Confra-
„ ternita passi in altra Chiesa colla sopradetta S. Im-
„ magine di Maria Santissima.
„ XIX. Ciò succedendo perderà la Confraternita immedia-

„ diatamente ogni dritto sopra tutte le cose accorda-
„ tele, e cedutele dal Signor Curato, nulla potrà pre-
„ tendere di bonifico per li miglioramenti fatti nella
„ Chiesa di S. Antonio, ed annessi, e sarà tenuta di
„ rilasciare al Signor Curato in piena padronanza, ed
„ in buono stato tutti li sacri Arredi in conformità
„ della nota da inserirsi, benchè fatti in molto a
proprie spese.

Nunc igitur sodales a S. Congregatione deprecantur, ut probetur translatio hujusmodi, & unio una cum conventionibus superius exscriptis. Rogatus Eminentissimus Episcopus de sua sententia respondit = *Frequentior insuper erit ad Parochialem Ecclesiam Fidelium concursus, cultus splendidior, expensæ non adeo graves. Jura vero Parochi sarta tectaque erunt, ipsique ex hoc non parum decoris, & emolumenti accedet. Quibus rite perpensis Parochi, & Sodalium Oratorum precibus benigne annuendum censeo, ita tamen ut ejsdem Confratribus libera sit facultas fructus omnes tam hactenus non perceptos, quam fluxu temporis percipiendos ex censu Donati, in Ecclesiæ Parochialis S. Antonii restaurationem, & ornamentum, nec non in sodalitii utilitatem, ac decorem erogandi* = Ut pro rei gravitate tutius deliberandum esset quid expediret, res omnis delegata est *Eminentissimo Castilioneo qui dignaretur rem perpendere, & votum suum aperire*. Elucubratissimum ipsius votum EE. VV. oculis subiicio.

„ Jussa Eminentiarum V. V., quæ ad postulationem a
„ Sodalibus vulgo *dè Sacconi* nuncupatis Cornetanæ
„ Civitatis delatam referuntur, perficere instituenti,
„ mihi nihil prius esse debuit, quam ut illud memoria
„ recolerem, ac veluti fundamentum ponerem, quod a
„ Tridentinis Patribus declaratum jam ad rem propo-
„ sitam fuit *in Sessione XXI.*, *Decretum autem Capite* „ *VII. de Reformatione* „ *Cum illud valde curandum* „ *sit, ne ea, quæ sacris ministeriis dicata sunt, tem-* „ *porum iniuria obsolescant, & ex hominum memoria* „ *excidant, Episcopi, etiam tamquam Apostolicæ Se-* „ *dis Delegati, transferre possint Beneficia simplicia,* „ *etiam Jurispatronatus, ex Ecclesiis, quæ vetustate,* „ *vel alias collapsæ sint, & ob eorum inopiam nequeant* „ *instaurari, vocatis iis, quorum interest, in Matrices,* „ *aut alias Ecclesias locorum eorumdem, seu vicinio-* „ *rum arbitrio suo; atque in ejusdem Ecclesiis erigant*

Al-

„ *Altaria, vel Cappellas sub iisdem Invocationibus,*
„ *vel in jam erecta Altaria, vel Cappellas transferant*
„ *cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus Ec-*
„ *clesiis impositis ..... Quod si nimia egestate omnes*
„ *laborent, ad Matrices, seu viciniores Ecclesias trans-*
„ *ferantur cum facultate tam Parochiales, quam alias*
„ *Ecclesias dirutas in profanos usus, non sordidos,*
„ *erecta tamen ibi Cruce, convertendi* = Totidem hæc
„ sunt, ut probe nostis, Emi, & Rmi Patres, ipsius
„ sacri Concilii verba; quibus positis manifestum est,
„ & Postulantes rite Ecclesiæ, in qua eorum societas
„ instituta est, unionem cum parochiali Ecclesia S.
„ Antonii exoptasse, & jure Eminentissimum Epis-
„ copum illorum obsecundasse votis, cum ex allatis
„ documentis reapse constet Ecclesiam, de qua agitur,
„ adeo collapsam esse, ruinosamque, ut eisdem refi-
„ ciendæ, vel instaurandæ sat loci haud reliquum sit,
„ & quæsitam unionem divinæ Matris cultui servando,
„ Fideliumque pietati fovendæ opportunam maxime
„ futuram. Quapropter petitam postulationi adpro-
„ bationem jam initio, nullaque interposita mora ad-
„ jungendam existimarem, nisi in conditionibus inter
„ Sodales, Parochumque initis (quas ceteroquin Pa-
„ rochi ipsius charactere, quod prætermissum video,
„ obsignatas vellem) duo occurrerent, quæ animad-
„ versione digna, ac fortasse non æque probanda mi-
„ hi videntur; quorum alterum est de Deiparę Ima-
„ gine ad Parochialis Ecclesiæ Aram maximam trans-
„ ferenda, deque sedilibus in Sodalium usum ad sa-
„ cras canendas preces ibidem circumducendis; alte-
„ rum de Dominio, quod par cum Parrocho in eadem
„ Ecclesia adscribi sibi, concediquæ sodales petunt.
„ Ex una enim parte Invocationem, ac Titulum, sub
„ quo Parochialis Ecclesia antiquitus erecta, dicatàque
„ fuit, æquum est, nulla mutatione in Ara presertim
„ principali, conservari; ex altera vero Anima-
„ rum Curatorem pleno jure in sua Ecclesia frui, &
„ rationi, rectoque Ordini consentaneum est, & ejus-
„ dem muneris dignitas postulare ipsa per se videtur;
„ quin ullum intervenire de vindicanda jurisdictione
„ certamen possit, impedimentumque ullum parro-
„ chialibus officiis, quæ tanti momenti sunt, interpo-
„ ni: Sed est, mea quidem sententia, quo commo-
„ de res comparari, componique valeat; si nimi-

rum

„ rum quam voluntatem Postulantes jam præseferunt
„ Altaris in uno Ecclesiæ latere Sodalitii sumptibus
„ excitandi, eam ad Sacellum ita ibidem efficiendum
„ convertant, ut Sacram Imaginem in eo collocare,
„ qua decet, celebritate possint, & illuc ipsi conve-
„ nire ad religionis, & pietatis officia, quæ Instituti
„ propria ac peculiaria sunt, exercenda. Hoc pacto,
„ & servata Concilii Tridentini mens, & cum Soda-
„ lium, tum Parochi commoditati consultum erit,
„ atque omnis remota dissidii causa, quod suboriri
„ solere, cum res in promiscuo usu, dominaque
„ sint, non raro intelligimus;

Ex his derimendum erit Dubium

An, & quomodo sit locus translationi, & unioni in casu &c.

Dilata, & ad Emum Relatorem pro reformatione capitulorum juxta mentem.

Sess. 21. Cap. 2. de Reform.

URBINATEN. Dignitates & Canonici Metropolitanæ Urbinatensis congregato Capitulo *die* 3. *Decembris* 1803. plenis Suffragiis decrevere, ut tempore hyemali ad Matutinum chori ingressus, qui fieri solebat hora *decimaquinta cum dimidio*, non protraheretur ultra horam *decimamquintam*. Reclamarunt ab hoc Capitulari Decreto Beneficiati, qui in eadem Ecclesia erecti fuerunt munificentia S. M. Clementis XI. ex Bulla *pridie Nonas Julii anni* 1714., cujus initium *Super Universas*. Nihilominus, quod Archiepiscopus Urbini facultatem dedisset Canonicis, ut capitularem Resolutionem exequtioni committerent, ipsi Beneficiati preces porrexerunt huic S. Congregationi, ut Decreti exèqutionem impedirent. Quamquam a die 17. *Decembris* 1803. preces hujusmodi ablegatæ fuerint Archiepiscopo pro Informatione, suspensa interim executione Resolutionis Capitularis, attamen Beneficiati nonnisi sero, & adventante Novembre *anni* 1804. Litteras S. Congregationis presentarunt. Obsequentes Canonici solitam servarunt horam, & Archiepiscopus

pus multa referens in sua *Informatione*, quæ ad rem faciunt, & erunt inferius recensenda, arbitratur *Beneficiatorum preces audiendas non esse tamquam æmulationis potius, quam propria tuendi jura spiritum præseferentes*.

Hinc causam *in Folio* describendum jussi, ut in contradictione partium dècideretur. Vix in vadimonio esse cœpit, cum Beneficiati alias obtulerunt præces, ut dirimerentur aliæ controversiæ, quas quinque dubiis complexi sunt, de missis conventualibus, de loco retinendi archivium, de electione Clericorum, de numero necessario choralium, ut divina Psalmodia incipi posset. Has controversias una cum altera super Decreto horarii conjungendas censui, ut Vestrum judicium subirent.

De quibus rogatus Archiepiscopus opportuna significat unde singulæ quæstiones dirimi possint. Semel iterumque dicta est dies propositionis causæ, semperque Beneficiati dilationem impetrarunt. Parum tamen hoc profuit. Nihil enim hodie mihi exhibuerunt, & Canonici geminam distribuent *Allegationem*, quarum una est super Decreto Capitulari quoad *horarium*; Altera complectitur alia quinque Dubia à Beneficiatis oblata.

I. Dubio quæritur num servanda sit Resolutio Capitularis *diei* 3. *Decembris* 1803,, qua prescribitur, ut hyemali tempore matutinum incohetur hora decima quinta. Hanc facultatem sibi esse Canonici contendunt, ut statuere possint ea, quæ respiciunt chori servitium, dummodo juris dispositionem non abrogent,ut tradunt *Francesan. de Eccles. Cathedr. Cap.*14. *num.*172. *Scarfanton. Lucubrat. Canon. lib.*4. *tit.*12. *num.*10. *Rot. in Recen. part.*14. *decis.*37. *num.*11. *Cor. Caprara Decis.*675. *num.*8. Obligatio vero Ecclesiasticorum ut divinum officium recitent non a jure divino, sed positivo oritur *in Cap. Dolentes de Celebrat. Miss.*, neque in hoc, aut alio juris Ecclesiastici loco præscribitur hora, ut protrahi, vel properari possit, dumodo intra viginti quatuor horas integrum celebretur, ceu docet *Tamburrin* de *jur.Abbat.Disput.*10.*quæst.*6.*nu.*1. *in fin.& Gavantus in Thesaur.S.Rit.To.*1.*part.*1.*Sect.*1. *Cap.*1.QuinBeneficiati succenseant,quodResolutio hæc Capitularis omnino evertat contrariã consuetudinem,

& jus Beneficiatorum, qui nec auditi, nec ad deliberandum, suffragandumque acciti sint. Nam, ut Archiepiscopus affirmat, ex statutis Metropolitanæ Ecclesiæ Urbini præscriptum erat, ut lucente sole pulsaretur æs campanum per horæ dimidium. Hoc absoluto sonitu celebrabatur Missa inde dicta *Missa Campana*. Ubi vero Sacerdos ad elevationem pervenerat, matutinum incipiebatur. Ita observatum fuit usque ad *annum* 1766. quo statutum fuit ut chori initium assignaretur *mezz' ora dopo la Campana*. Deinde dimidium horæ a solis ortu cæpta est divina Psalmodia, tandem ex novissima Resolutione Capitulari assignata est hora *quinta decima*. Quare nihil obesse putant Canonici antiquam consuetudinem à qua non ex ultima Resolutione Capitulari, sed ab anno 1766. recessum fuit.

Tandem contendunt Canonici, quod frustra Beneficiati sibi arrogant jus, ut audiri, vel suffragium ferre deberent. Nam Capitulum constituitur ex solis Canonicis cum Episcopo ut ex *Tex. in leg.* 2. *De Instit.* docet *Scarfant. Lucubrat. lib.*1. *tit.*1. *num.*1. *Petra ad Constit. S. Leonis M. tom.*1. *sect.*2. *num.*9. Quare si jurisdictio condendi Leges circa chorum est pænes Capitulum, sequitur ut nec audiri, nec ad suffragandum vocari deberent Beneficiati, qui non sunt de Capitulo, ut docet *Rota decis.*76. *part.*7. *Recen. num.*8. *& seq. cor. Crispo Decis.*51. *num.*29. Neque secus est ex Bulla *S. M. Clementis XI.* in qua erecti fuerunt Beneficiati Urbinatensis Metropolitanæ. Quamquam enim Collegium efforment, & iisdem privilegiis utantur, ac Canonici, excipitur tam expresse ne quidquam juris habeant *quoad vocem, & locum in Capitulo*.

II. Dubium respicit Missas conventuales, de quibus controversia est num Beneficiati, seu potius Mansionarii celebrare easdem teneantur. Archiepiscopus putat Beneficiatos teneri tum ex Bulla erectionis, in qua præscribitur, quod *Beneficiati deserviant collegialiter in dictis horas canonicas, & alia divina officia cum capitulo, & canonicis psallendo, & respective celebrando*; tum ex statutis ipsius collegii Beneficiatorum, quibus jubetur *che li sette nuovi Beneficiati siano tenuti cantare la Messa conventuale a riserva de' giorni festivi, nelli quali canta un Canonico*, tum ex observantia cum Be-

Beneficiati ad præscriptum statutorum tabellam conficiunt, in qua alternativa celebrandi missas conventuales observatur. Quare si hæc à Bulla, & à Statutis præscripta sunt, perperam contendent Beneficiati voluntate potius, quam necessitate coacti missas conventuales celebrasse, aut iisdem inservisse. Nec eis prodesset opponere, quod sæpe sæpius ab hoc onere reclamarunt. Non enim, ut notat Archiepiscopus reclamarunt quominus celebrationem, vel servitium præstarent, sed ut eis stipendium augeretur, quo facto obligationem celebrandi, & ministrandi fassi sunt.

In III. Dubio petunt Beneficiati, ut Capitulum assignare debeat conclave idoneum tum ut ipsi commode congregari possint, tum in usum Archivii. Unde hæc obligatio Canonicis imposita sit, latet omnino. Nihil enim de his præscriptum legitur in Bulla erectionis, nilque in jure cautum immo certum est, quod ubique Capitulum haberi potest ad *Tex. in Cap. Quod sicut de elect.* Quare si Beneficiati semper locum hujusmodi habuere non privativum, sed commune aliis usibus, non idcirco nunc petere possunt à Canonicis, ut liberum conclave assignetur.

IV. Dubium præsefert controversia de electione Clericorum, quorum stipendium solvitur à Beneficiatis, & personæ nominantur a Canonicis. Sane Beneficiati hoc onus habent ex Bulla erectionis, in qua præscribitur, ut ex assignatis reditibus Beneficiati *non ultra ratam sc. quadraginta monetæ Urbinatensis singuli percipere valeant, & residuis ratu viginti scutorum monetæ hujusmodi, quotannis pro æquali portione inter duos Clericos supernumerarios, qui servitio Metropolitanæ adscribi debeant dividatur.* Cujus vero sit electio non præscribitur in Bulla. Sed cū constet Clericos servitio Ecclesiæ fuisse adscriptos, primum Antistites Urbinatenses, ut Archiepiscopus affirmat, electionem fecerunt, & deinde Capitulum jure cesso ab Archiepiscopis. Quare ex hac observantia hæc quæstio confecta videtur.

V. Dubium agit *de paraturis* ut ajunt, seu de Ministerio quod Beneficiati in S. Functionibus præstare debent *parati*, nempe S. Vestibus induti. Ex his, quæ

dicta sunt in *II. Dubio* perspectum est, quod Beneficiati una cum Mansionariis ex Bulla Erectionis ad ministerium tenentur, acceditque teste Archiepiscopo observantia, quæ in controversiis hujusmodi omne tulit punctum ut *in Andrien. Adsistentiæ* 12. *Martii* 1754. §. 16. *cor. Ratta*. Quin negocium facessit, quod Canonico celebranti non alii adesse debeant Ministri, quam Canonici. Id enim obtinet in Cathedralibus in quibus divisæ sunt Præbendæ Præsbiterales, Diaconales, & Subdiaconales. Secus vero ubi omnes sunt Præsbiteri, quo casu etiam Beneficiati ministrare possunt ut habetur ex *Gavant in Thesaur. S. Rituum part.* 2. *pag.* 886. §. *Hæc autem*.

VI. Dubium in controversiam adducit, num in choro divina Psalmodia inchoari possit nisi præsentes sint tres Canonici. Archiepiscopus ita censet, quia ex Bulla erectionis Beneficiati *una cum* capitulo choro interesse debent, nec Capitulum esse potest, nisi tres sint Canonici, ut post *Gloss. in Clementino. Quo circa docent Navarra Consil.* 6. *num.* 1. *Monacell. in formul. tit.* 13. *Adnot.* 7. *pag.* 99. *Rota cor. Molines decis.* 563. *num.* 2. Videant tamen EE.PP num hæc intelligi debeant in casu quo Capitulum aliquid deliberare debeat, ut proinde neccescaria sit præsentia trium Canonicorum, ut rite deliberatio suscipiatur. Aliter, si hæc obtineant quoad chorum incoandum, fieri poterit; ut veniat casus ne umquam in choetur, si casu eveniat, ut tres Canonici simul non convenerint.

Sequuntur sex Dubia dirimenda.

I. *An Resolutio Capituluris diei* 3. *Decembris* 1803. *sit servanda in casu &c.*

II. *An Beneficiati, sive potius Mansionarii Ecclesiæ Metropolitanæ Urbini teneantur celebrare Missas conventuales, aut illis inservire in casu &c.*

III. *An Capitulum teneatur assignare Beneficiatis Mansionem, in qua commode congregari possint, & locum idoneum ad usum Archivii in casu &c.*

IV. *An electio duorum Clericorum pro servitio Ecclesiæ spectet ad Canonicos, seu Beneficiatos in casu &c.*

V. *An Beneficiati teneantur ad Paraturas Chorales in casu &c.*

IV. An

VI. An ad inchoandam in Choro S. Psalmodiam necessaria sit presentia trium Canonicorum, seu potius inchoari possit cum minori numero in casu &c.

Ad I. Affirmativè. Ad II. Servetur solitum. Ad III. Ad mentem: Mens est, quod deficiente alia meliori mansione Archiepiscopus ptovideat minori, qui fieri poterit, Beneficiatorum incomodo. Ad IV. Affirmative ad primam partem durante consensu Ardhiepiscopi Negotive ad Secundam. Ad V. Servetur solitum ad VI. Negativè ad primam partem Affirmativè ad secundem.

TERRACINEN:, ET SETINA TRANSACTIONIS. Defuncto Canonico Antonio Attili, qui administrationem exercuit Montis frumentarii Setiæ, expunctæ fuerunt rationes gestæ administrationis, unde constitit eumdem in hanc causam debere *Rubra* 407. frumenti, & *quartas duas*, & præterea scuta *quatuordecim* in pecunia. Ita sane definivit Sententia Vicarii Generalis Setini Judicis a S. Congregatione Episcoporum, & Regularium deputati, cujus executionem decrevit A.C. Gavotti, ut patet ex sententia lata *anno* 1785. citatis Alexandra, & Anna Attili defuncti Canonici Sororibus, & Canonico Ricci fidejussore, in qua Sententia opportuna mandata relaxata fuere contra bona hæreditaria *prædefuncti Canonici Attili*. Abhinc silentium consequtum est usque ad *ann.* 1803. neque umquam Mons Frumentarius molestus fuit Sororibus Alexandræ, & Annæ Attili, quæ semper possessionem domus in Civitate Setina, & prædii in agro retinuerunt. Sed anno 1803. defuncta jam Alexandra, & senescente Anna, hæc præces Santissimo porrexit, ut impetraret, posse se dotem suam, & defunctæ Sororis consequi super bonis ab ipsa possessis, quæ obnoxia putabat credito, quod Mons frumentarius habebat contra bona hæreditaria prædefuncti fratris sui Canonici Atsili. Præces hujusmodi excepit Rescriptum ex Audientia SSmi *die* 6. *Maii* 1803. proditum = *SSmus audita relatione, & voto R.P.D. Episcopi Setini, eidem præces benigne remisit, ut controversias omnes de quibus agitur de bono, & æquo inter partes conciliare curet, atque componere ita ut meliori modo consultum sit, & indigentiis Oratricis*; *Sess.* 23. *Cap.* 11. *de Reform.*

et

& Juribus creditoris, contrariis quibuscumque non obstantibus.

Post hæc actum est de ineunda transactione super hisce bonis. Credita, quę prætendebat, Anna deduxit, scilicet dotis in scutis mille, & medietatis integræ dotis, quæ prædefunctæ Sorori deberi contendebat, & tandem portionis hæreditatis maternæ. Quę credita si tenuissent bona omnia assorbuissent, cum non pluris æstimata sint, quam scuta nongenta. Itaque res omnis ita composita est, ut Anna retineret bona omnia, & rependeret *piu tosto a titolo di elemosina in favore de' poveri a pro de' quali era instituito esso Monte, che a titolo di giustizia scudi trecento, quanto appunto porta la terza parte del valore degl'indicati beni, e questi in tanto grano tantochè in ogni anno sia obligata, o detta donna, o gli suoi eredi consegnare la quantità di rubbia tre grano in tempo della raccolta sino alla totale, ed intera sodisfazzione.* Quinquam ex stipulato transactionis instrumento *die* 1. *Junii* 1803. constet Deputatos Montis Pietatis has conditiones acceptasse; attamen postea nonnulli transactioni repugnantes SSmo supplicarunt, ut possent de validitate transactionis disputare.

Quibus precibus primum rejectis per Rescriptum R.P.D. Auditoris SSmi = *Relatum* = deinde renovatis Santissimus dignatus est mihi hujus rei cognitionem delegare = *A Monsignor Segretario del Concilio, che sentito primo il nostro Uditore riferisca.* Obsequens mandatis, quæ ad rem erant, omnia ad Sacratissimum Principem retuli, qui ex Rescripto referente me *die* 4. *Julii* 1804. edito = *prævia aperitione oris remisit preces ad S. Congregationem Concilii, & mandavit proponi causam sub Dubio = An sit servanda transactio, seu potius sit locus restitutioni in integrum cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis.* Interea occubuit Anna Attili, ejusque hæres Canonicus Franciscus Cima monitus, ut sua jura deduceret, nunc judicio adest. Causa proponitur in contradictione partium, quæ utrinque impressis distribuent EE. VV. *Allegationes.*

Irritam dicunt Deputati Montis frumentarii Transactionem primum initam authorante Principe, seu quod falsis expositis, aliisque exponendis reticitis subreptum

fuit

fuit Rescriptum *diei* 6. *Martii* 1803. , quo injungebebatur Episcopo , ut ex *bono* , & *æquo* rem componeret , seu quod servata non sit norma ad ineundam transactionem in ipso Rescripto præfinitam,ut *meliori modo consultum sit & indigentiis Oratricis* , & *juribus creditoris* . Nam narratum est Pontifici bona ab Anna possessa licet a paterna hæreditate provenientia; attamen propria esse ipsius mulieris quippe , quæ ad hastam posita fuerunt a Creditoribus , & ipsa Anna una cum sorore Alexandra reluit . Rursus expositum fuit Annam super hisce bonis consequi debere dotem suam , & medietatem dotis prędefunctæ Sororis , & portionem hæreditatis maternæ . Hæc vero omnia a vero prorsus remota contendunt Deputati . Non enim probatum fuisse dicunt , quod Sorores Attili ære proprio bona hæreditaria Patris a Creditoribus redemerit . Nullum vero jus habuisse ad dotem vel hæreditatem maternam defunctis ab intestato Parentibus , & filio Masculo earum Fratre superstite . Etenim Statutum Urbis *Cap.*149. (cui Setia subiicitur) excludit fœminas propter masculos *Constantin. ad Statut. Urb. annot.*39. *num.*249. *Card. de Luc. de Dot. disc.*4. *num.*10. , ac proinde fœminæ , nisi matrimonium sequatur nullum jus habent , quod in hæredes transmittere possint ad dotem consequendam *Gratian. Discept. Forens.* 64. *n.* 6.

Neglectam porro fuisse arguunt Deputati normam , quæ in Rescripto præfinita fuit ad transactionem componendam.Voluit enim Pontifex, ut meliori modo *indigentiis Oratricis* , & *juribus Creditoris* consuleretur.Sed hæc transactio omnino Creditori læsiva fuit . Nam ex Rejudicata *anni* 1785.certum erat Canonici Attili Debitum,& ad illud dissolvendum tenebatur Anna soror , quippe quæ fuit hæres simplex Fratris , quin beneficio Inventarii usa sit . Quamquam igitur ex Rescripto Pontificio ejusdem indigentiis esset providendum , attamen in transactione læsa omnino fuerunt jura Creditoris . Nam data fuit tertia bonorum pars , scilicet scuta 300. Creditori ; quando aderat emptor , qui ea pro pretio scutorum 1250. comparare offerebat . Nulla præterea facta fuit æstimatio bonorum,& tandem hæc ipsa scuta 300. rependenda erant in annuis rubris tribus frumenti , quæ Anna ex fructibus scutorum 300. comparare poterat,ut nihil omnino solveret ex ipsis bonis

nis pro credito Montis obnoxiis. Ex his concludunt quod Transactio tamquam læsiva,& inita ex falsa causa rescindenda omnino sit ex *Tex in l. 1. ff. De transact. & l. 65. ff. de condit indebit.*

Contra vero Canonicus Cima servandam omnino esse transactionem contendit, cum ab ea procul sit omnis læsionis suspicio, & justa causa nitatur. Nam cum res transacta sit, & præsertim Principis Oraculo, eo res redit, ut rescindi non possit, nisi læsio intervenerit enormissima,ut defenivit Rota *in Ariminen. seu Feretrana Transactionis 7. Aprilis* 1794. §. 4. *cor. R.P.D. Guardoqui* Hæc vero læsio porsus excluditur cum bona estimata sint in transactione scuta *nongenta*) licet minoris valere sustineat)& Creditori data fuerint scuta *trecentum*,ut ultra bessem læsus nullo modo sit. Eoque minus si spectetur dubius litis eventus. Nam Mons Pietatis creditor quidem erat Canonici Antoni Attilii, & mandatum contra bona illius hæreditaria obtinuerat ex Rejudicata *anni* 1785., Sed bona, quæ possidebat Anna non erant hæreditaria Antonii, cum constet, ex allatis actis,quod proveniebant ab hereditate paterna eaque Anna una cum sorore a Creditoribus reluit, ut probant Decisiones *in Setina Census* 13. *Februarii* 1776 *& 7. Martii* 1777. *cor. Riminaldo.*Ipsa vero Anna numquam adivit,immo expresse repudiavit Fratris hæreditatem, Quare hisce titulis defendere poterat bona a Creditoribus,& jam inde ab Anno 1776. ab A. C. Gavotti manutentionem obtinuerat. Quare si dubius esse poterat litis eventus transactio omnino æqua dici debet. Quod si ex hisce constat vera fuisse Pontifici exposita, si justa fuit causa cur transactio iniretur; jam nullo modo lesiva fuit,& omnino nunc servanda erit.

Ex hisce in utramque partem disputatis deliberandum erit.

An sit servanda Transactio,seu potius sit locus restitutioni in integrum in casu &c.

Affirmative ad primam partem, Negative ad secundam.

MA-

MATHILICEN. BENEPLACITI SUPER DECLARATIONE RESCRIPTI. Omnia bona, quæ in agro,& Civitate Mathilicensi possidebat Joannes Bezzi cum vendidisset Philippo de Sanctis, quęsitum est num in emptorem venditor transferre posset juspatronatus Cappellæ,& Sepulchri in Cathedrali sitam, & materialem locum Cappellæ venumdare. Hinc Bezzio postulanti Beneplacitum rescriptum fuit = *Affirmative cesso cum universitate bonorum Iurepatronatus Cappellæ, & Sepulchri, & soluto pretio cæmentorum eorumdem tantum a Peritis liquidando :ut in Mathilicen Beneplaciti* 12, *Maij* 1804. In æstimatione a Peritis ab emptore *de Sanctis* deputatis facta quoad duas tabulas pictas, quæ sunt in eadem Cappella habita ratio est de tela, & coloribus tantum ita ut valor ei datus non excedat scuta *tria*, & obolos *quinquaginta*. Ita fieri oportere contendit Emptor de Sanctis, quia prætium tantum cæmentorum solvendum est ex Rescripto S.Congregationis. Contra venditor Bezzius putat, quod æstimandum quoque sit in tabulis pictis opus artificis, & in pretio haberi debeat operis præstantia. Vos igitur EE. Patres consulit Bezzius quid sit agendum. InterrogatusEpiscopus Mathilicensis affert in utramque partem rationes, & a Vobis expectat judicium *utrum sub cæmentorum nomine veniat materia duntaxat ex qua picturæ confectæ sunt, vel etiam habenda sit ratio operis pictoris*. Proposita hæc causa fuit per Summaria Precum in proxime preterita Congregatione *diei* 25. *Maij* 1805. eamque vos maturiori examini reservastis, ideoque nunc *in Folio* definiendam reproponitur. *Sess.* 23. *Cap.* 11. *De Reform*

Emptor de Sanctis insistit litterali significationi vocabuli *cæmentorum* pro quibus pretium solvendum permisit S. Congregatio. Nam cæmenta significant materiam unde opus aliquod conficitur, adeoque tabulas pictas æstimari vult pro valore telæ, & colorum, ex quibus hoc opus perficitur. Venditor contra dnm S. Congregatio jussit,ut solveretur pretium *cæmentorum* tantum. hoc vocabulum ea significatione adhibitum contendit; ne pretio æstimaretur quicquid spirituale annexum est Cappellæ, quod S. Canones in comercio esse prohibent. Putat itaque cæmenta non esse cohibenda ad solam materiam itaut quatenus in Cappella ex Apostolica venia cum universitate bonorum vendenda,

porphireticæ existerent columnæ cum epystiliis excellentis Sculptoris manu elaboratis, non essent hæc pro pretio tantum marmoris æstimanda, atque ita nec tabulæ pictæ, de quibus agitur, pro valore tantum telæ & colorum. Etenim si materia ex forma perfectionem, præstantiamque aquirit; tum sane forma ipsa æstimanda est, cum forma ipsam materiam superet.

Dubitari tamen posset num tabulæ pictæ, quatenus in Cappella venerationi expositæ sint, aliquam spiritualitatem aquirant, ut in commercio esse nequeat. Sed si ad *materialia* cappellæ non pertinet Tabula picta; certe quidem inter Sacra Suppellectilia erit recensenda. Hæc autem vendi posse interveniente venia Apostolica definivit S. Congregatio in *Dubio alienationis rerum Ecclesiæ 7. Augusti* 1683., ut reperii definitum in *Lib.* 33. *Decret. pag.* 243.

Ex his deliberandum erit.

An, & quomodo sint vendendæ tabulæ pictæ, de quibus agitur in casu &c.

Affirmativè habita ratione operis artificis.

Sess. 21. Cap. 3. De Reform.

SENOGALLIEN DISTRIBUTIONUM. *Anno* 1795. erecta est Collegiata Civitatis Montis Bodii tribus conconstans Dignitatibus, quindecim Canonicis, ac septem Mansionariis. Hæc autem in Bulla erectionis dicta est lex, = *quod quarta fructuum redituum, & proventuum pars Massæ Capitulari annuatim obventura in usum distributionum quotidianarum inter pro tempore existentes Archipresbiterum, Archidiaconum, ac Canonicos & Mansionarios &c. præsentes, ac divinis officiis interessentes dividatur . . . . . ita ut quarta pars pro usu præfatarum distributionum quotidianarum semper stare debeat in modum, ut distributionum hujusmodi non interessentium portiones, infirmitatis, aut alio cessante impedimento presentibus, & personaliter interessentibus accrescant, & ipso jure auctæ censeantur.*

Evenit anno 1800. ut alter ex Mansionariis Sacerdos Petrus

trus Coacci ex *provistone Apostolica* Canonicatum consequutus sit & possesionem die 28. *Septemb.* 1800. nactus sit. Sed in judicium vocatus statim fuit a Sacerdote Nicolao Rossetti, qui uti ex fundatione qualificatus prælationem in Canonicatu sibi debitam contendebat. Perdiu stetit judicium, a quo tamen post fere quadriennium Rossettus recessit. Coaccius, interea dum lis calebat, semper choro interfuit tamquam Canonicus, non tamquam Mansionarius, neque pendente lite Mansionaratum dimisit: Hinc oritur controversia inter Mansionarios, & reliquos Canonicos. Illi enim sibi propria esse contendunt distributiones, quas Coaccius lucrare non potuit, vel saltem fallentias, quæ ab ipso solvendæ erant quo tempore choro adfuit non tamquam Mansionarius. Contra Canonici communi Massæ eas distributiones accrescere putant. Hęc controversia judicium EE. VV. expectat. Eminentissimus Episcopus vero ex rationibus inferius recensendis favet Canonicis. Oblato utrinque vadimonio causa proponenda erat. Sed Canonici nihil mihi exhibnerunt, Mansionarii vero, ut expensis parcant, in scriptis protulerunt rationes, quas vobis exponerem.

Putat Eminentissimus Episcopus nullum jus habere Mansionarii, ut has distributiones vindicent, *quia hujusmodi Mansionariatum tamquam vacatum a die adeptæ per Coaccium possessionis Canonicatus considerari reputabam, neque Mansionarii Massam habeant sed Capitulum, nullo modo Mansionariis competere jus percipiendi fallentias a choro a Mansionario non existente opinabar.* Sed Mansionarii negant Mansionariatum neque ex *jure*, neque ex *facto* pro vacuo haberi debere. Non ex *jure*: quia per assecutionem alterius Benificii incompatibilis vacuum non fit primum, nisi alterum per duos menses pacifice possideatur, ut tradit *Rota in Asten. Canonicatus* 3. *Junii* 1745. §. 6. *coram Vicecomite & in Compostellana Parochialium* 27. *Junii* 1748. §. 3. *coram Canilliac.* Si igitur Coaccius statim post adeptam possessionem ei oblatum est vadimonium; profecto pacifica non fuit possessio alteriusBenificii, ut primum per assecutionem secundi vacuum ex jure factum sit. Deinde Coaccius nunquam Mansionariatum *facto* dimisit, ut ex litis pendentia verosi-

mile sit animo retinuisse Mansionariatus possessionem, ne illum amitteret, si in lite super Canonicatu offendisset.

Deinde Mansionarii demostrare satagunt, quod distributiones etiam ex vacanti beneficio debitæ accrescant aliis inservientibus. Quamquam Tridentinum *Sess.* 21. *Cap.* 3. *de Reform.* decernat divisionem distributionum inter inservientes actu, ita ut de beneficiis plenis intellexisse appareat; attamen cum ratio, cur presentibus aquirantur distributiones, quas absentes lucrare non possunt ea sit, ut presentes habeant præmium laboris *Passerin. lib.* 3. *de Cleric. non residen. num.* 4. *Monet. de Distribut. quotidian. part.* 1. *pag.* 6. *num.* 11. hęc ratio quoque convenit si beneficium vacuum sit, cum ex hac vacatione cæteris inservientibus labor accrescat. Id quod definivit S. Congreg. in *Burgi S. Donnini* 24. *Maii* 1642. Quæsitum enim *fuit An Vacante Præpositura Collegiatæ Ecclesiæ Buxeti per obitum debantur Capitularibus inservientibus distributiones quotidianæ constitutæ ex fructibus pro tertia parte separatæ portioni Proposito assignatæ.* S. Congregatio respondit = *Deberi* = *Lib.* 17. *Decret. pag.* 50. Ex Bulla vero erectionis Collegiatæ constat, quod Massa Capitularis communis est etiam Mansionariis, eosque distributionum participes fieri. Atque hinc concludunt, quod sive vacans, sive plenus sit Mansionariatus distributiones debentur, easque accrescere non integræ Massæ, sed aliis Mansionariis, qui præcipue ferunt laborem, si alter ex eis servitium non præstet, ut definivit S. Congregatio in *Asculana* 5. *Junii* 1706. *ad V. Dubium* in quo disputabatur = *An distributiones non inservientium possint exponi in Massa communi, & dividi æqualiter, seu potius ad ratam servitii in casu &c.* S. Congregatio rescripsit = *Ad V. negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam lib.* 56. *Decret. pag.* 170.

Quatenus EE. VV. debitas putent Mansionariis distributiones tum, quoad tempus respicit, observandum est Canonicum a die 28. *Septembris* 1800. in possessionem Canonicatus ivisse, & ab eo tempore destitisse servitium prestare tamquam Mansionarium. Quare si cæteris Mansionariis distributiones debentur, videtur

quod

quo d ab eo tempore debeantur usque dum novus Mansionarius provisus fuit.

Ex his dirimendum proponitur Dubium.

An, quibus, & a quo tempore debeantur distributiones quotidianæ in casu &c.

Dilata, & scribatur Emo Archiepiscopo juxta Mentem: Mens est, ut referat utrum Canonici participent ex fallentiis Mansionariorum, & Mansionarii ex fallentiis Canonicorum.

FANEN. IRREGULARITATIS. Sacerdos Vincentius Verzellini Fanen. Diæcesis pravam fovens cum muliere consuetudinem in Urbinatensi Archidiæcesi, atque ægre ferens vigilantis Antistitis monita ad Castrum Piobicum, quod Calliensi subest Jurisdictioni, se contulit, ubi eamdem tenens inhonestæ vitæ rationem, monitus fuit a Vicario Apostolico, ut sub pœna suspensionis a Calliensi abiret Diæcesi. Antequam vero hisce obtemperasset mandatis, ratus hanc suspensionem esse comminatoriam, nec ipso facto incurrendam, eodem in loco ante discessum celebravit. Hæc Vicarius Apostolicus Calliensis per epistolam significavit Episcopo Fanensi, in cujus Diæcesi Sacerdos Verzellinius remeavit. Quamquam vero Antistites Fanensis eumdem Verzellinium adstantibus duobus testibus a divinis suspenderit; attamen ipse sive inopia ductus, sive non celebrandi pudore semel iterumque in Oppido Carthyceti, & in Civitate Fani post suspensionem celebravit. Ad exercitia spiritualia imperio Episcopi compulsus, diu in religiosa domo non stetit, cum alimenta solvere non posset. Nunc in eum constituta inquisitio est tum contra ejus vivendi rationem; tum ob violatam suspensionem. Nihilominus postulat absolutionem ab irregularitate, & Episcopus administrator eam concedi oportere putat. *Cum enim inquit, Orator alimentis indigeat, ad eam Sententiam devenire non possum, qua ipse in quodam strictioris observantia* *Sess. 14. Cap. 7 de Reform.*

riæ Cœnobio pro suis sceleribus pœnam persolvat, hinc est, ut ego quoque putem necessario absolutionem impartiendam esse Sacerdoti ab omni irregularitate, in qua ipse hac occasione incurrerit, ut deinde remoto ægestatis impedimento possit salubriter procedi ad ejus morum emendationem procurandam.

Certe quidem Verzellinius irregularitatem contraxit, cum celebraverit suspensione irretitus, ex *Text. in Cap.* 3. *de poenis* sæpius definivit S. Congregatio, & præcipue *in Asculana Irregularitatis* 17. *Decemb.* 1781. Quamquam enim suspensio a Vicario Apostolico Calliensi interminata esset comminatoria, nisi ab illa jurisdictione discessisset; attamen quandiu in ea stabat Verzellinius omnino celebrare non poterat, Deinde iterum in irregularitatem incidit, postquam rite suspensus ab Episcopo Fanensi, nihilominus iterum, iterumque celebrare ausit. Nulla vero est causa, cur absolutionem consequatur, nisi summa paupertas. Nam ipse sub processu manet, & dum Episcopus censet procedendum esse ad ejus emendationem postquam absolutionem obtinuerit, hoc ipso patet, quod hactenus emendatus non sit. Quibus ita se habentibus videant EE.PP. num attenta paupertate absolvi possit ab irregularitate, quatenus Episcopo constiterit omnino dereliquisse pravam consuetudinem, & sub pœna reincidentiæ, si ad eam reverterit.

Dubium proponitur.

An & quomodo sit consulendum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

RO-

ROMANA TRANSLATIONIS Defunctus nuper Joannes Angelini scripto testamento *die* 24. *Decembris anni* 1804. legavit *alla chiesa Parrocchiale di S. Marcello di Roma luoghi due del Monte Abbondanza Comunità,affinchè col fruttato di questi si celebri nell' altare della Madonna Santissima addolorata ogni prima Domenica del Mese in perpetuo una messa letta in suffragio dell' anima mia,ed ogni anno mi si faccia celebrare nel medesimo altare una messa cantata di requie,purchè cresca il fruttato de' luoghi di Monti sudetti*. Cum Ecclesia S. Marcelli nimis gravata sit missarum oneribus; hinc Prior Patruum Servitarum antequam legatum hujusmodi acceptet, postulat, ut hoc legatum ad Ecclesiam S. Nicolai in Arcione transferatur. Exquisitum est Votum Procuratoris Generalis Ordinis, qui ex rationibus inferius exponendis censet translationem fieri posse. Addit præterea, quod *adest consensus Patruum Discretorum S. Marcelli ad quos unice pertinet hoc negotium, cum Patres degentes in Conventu S. Nicolai non possint quidquam ex seipsis agere pro acceptando hoc onere. Hæredes vero Joannis Angelini sunt duo filii ab ipso relicti. Ex his major natu a me interrogatus assensum translationi libenter dedit. At natu minor quem per alium interrogare feci, nescio qua de causa, renuit assensum dare*. *Sess.22. cap.6. De Reform.*

Testator quidem non Ordini, Servitarum, aut Conventui S. Marcelli legatum reliquit,sed *alla Chiesa Parrocchiale di S. Marcello,*atque in ea certum destinavit altare *della Beata Vergine Addolorata*. Quare ut translatio fiat commutanda est ejus voluntas contra præscriptum S. Canonum *in Can. Ultima Voluntas quæst.* 13. Nulla causa publicæ necessitatis adest,ut translatio fiat, & voluntas testatoris abrogetur, præcipue cum alter ex hæredibus translationi omnino repugnet. Quibus concurrentibus S. Congregatio translationes reiecit, ut *in Ferentina Translationis* 24. *Junii* 1753.

Sed quoniam PP. S. Marcelli adhuc legatum non acceptarunt; illudque parati sunt recusare, idcirco Procurator Generalis putat legatum transferri posse ad Ecclesiam S. Nicolai, quo minus, quam fieri potest, voluntati Testatoris derogetur. Nam ut ipse observat *unus idemque est Conventus S. Marcelli cum illo S. Nicolai cum pro victu, vestitu, cæterisque rebus necessa-*

sariis Conventus S. Nicolai a Conventu S. Marcelli provideatur, & Fratres, qui S. Nicolai Conventum incolunt, habeantur tamquam pars Familiæ Conventus S. Marcelli; uno verbo hi duo Conventus haberi possint tamquam unus in duos divisus, ut proinde, quod uni accrescit alteri etiam accrescere censeatur, & legatum uni relictum etiam alteri relictum existimetur. In omnibus Ecclesiis ordinis mei adest altare perpetuo privilegiatum B. M. Virginis Dolorosæ ex concessione San. Mem. Benedicti Papæ XIII. In Ecclesia S. Nicolai, quam Ordo meus repetiit anno 1727. cum jam omnia altaria suum peculiarem titulum haberent, altare majus, quod S. Nicolao intitulatum est, declaratum simul fuit Altare Septem Dolorum apposita B.M. Virginis Dolorosæ Immagine. Ad illud Altare omnia peraguntur, quæ ad Altarem Septem Dolorum peragi solent, quod puto sufficere, ut Altare Septem Dolorum vere dicatur, & sit, atque ut tale privilegio Benedicti XIII. gaudeat.

Quandoquidem hæc arrideant EE.PP. sane cum alter hæres translationi assentiatur, injustus videri potest alterius hæeedis dissensus.

Dubium proponitur,

An sit locus translationi legati Missarum in casu &c.

Die

Die Sabbathi 20. Julij 1805. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

FANEN. IRREGULARITATIS. *Sess. 14. Cap. 7. de Reform.*

An, & quomodo sit consulendum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu &c.

Negativè.

ROMANA TRANSLATIONIS. *Sess. 22. Cap. 6. de Reform.*

An sit locus translationi Legati Missarum in casu &c.

Ex hactenus deductis Negative.

ROMANA TRANSACTIONIS. Canonici Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Reginæ Cæli erectæ in Parrochiali Ecclesa S. Luciæ *della Tinta* pro obeundo servitio chori diebus festis, & omnibus Sabbathis percipiebant sin- *Sess. 21. Cap. 2. de Reform.*

guli annua scuta *sexaginta*, quæ inclita gens Burghesia, ut semper antea, ita nunc scuta quindecim singulo trimestri rependit, quæ proinde a Canonicis appellantur *Terzierie*. Prætexentibus Canonicis tenuitatem præbendarum anno 1632. R. P. D. Monaldeschi Primicerius statuit, ut Canonici distributiones perciperent, ex fructibus cujusdam *multiplici* scutorum 2000. relicti ab Equite Horatio Ricci fundatore ejusdem Collegiatæ, quod *multiplicum* post decretum R. P. D. Monaldeschi suspensum fuit. Abhinc Canonici perceperunt ex fructibus hujus multiplici distributiones, quas appellarunt *Doppie*, sub quo nomine etiam nunc veniunt fructus illos, quos ex multiplico quisque Canonicus percipit.

Sed anno 1696. cum cl. me. Cardinalis Petrucci Visitator dictæ Collegiatæ noverit irritum fuisse Decretum R. P. D. Monaldeschi, quippe carebat facultatibus Apostolicis relata re in S. Congregatione S. Visitationis Apostolicæ Emi PP. decreverunt reintegrationem multiplici. Quare postulantes Canonici sanationem *in S. Congregatione Visitationis* impetrarunt Rescriptum sub die 2. *Augusti* 1686. = *Ad Emum Ponentem una cum SSmo pro sanatione, & applicatione cum aumento Servitii*. Impetrata a S. M. Innocentii XII. approbatione, Emus Visitator in Decreto Visitationis applicationem fructuum multiplici in causam distributionum faciendam jussit, simulque *che l' Arciprete, e Canonici in avvenire sieno tenuti oltre li giorni soliti, nei quali presentemente servano la Chiesa di offiziare, servire, e recitare il divino Offizio in Coro, e celebrare le Messe solenni, e conventuali anche tutti li giorni dell' Avvento, di Quaresima, dell' Ottava del Corpus Domini, e di celebrare ogni mese un' anniversario per l' anima del fondatore oltre le messe conventuali, che devono applicarsi per il medesimo.*

Hos igitur fructus multiplici percepernnt Canonici, & ex Decreto Capitulari 1. *Januarii* 1708. statuerunt, *che se ne debba fare ripartimento in mesate pro rata di scudi tre al mese per ciascun Canonico con questo però, che non essendosi talvolta esatto si resti addietro di quella mesata in modo, che la medesima mesata decorsa spetti sempre al Canonico, che in quello stesso mese ha officiato, e succedendo nuovi Canonici, debbano questi come giusto è aspettare, che siano sodisfatti li pri-*

primi. Sed temporis tractu factum est, ut fructus *multiplici* pares non essent, ut singulis Canonicis scuta tria in singulos menses darent. Nam percipiebantur præcipue ex pensionibus domorum, quæ certæ esse non solent. Expensæ enim pro manutentione, dislocationes, nova vectigalia eosdem fructus diminuerunt, ita ut *a mense Maij anni* 1793. *ad Mensem Decembris* 1803. defecerint scuta 2489. 32. quæ creditum constituebant Canonicorum, qui Servitium hoc interea temporis præstiterunt, quique illa scuta *tria*, ex Decreto Capitulari anni 1708. singuli ex fructibus multiplici percipere debebant.

Qua quidem ex re maximum capiebant detrimentum Canonici juniores. Nihil enim isti percipere poterant ex fructibus multiplici, nisi solidatæ essent rationes Seniorum Canonicorum. Hoc vero non ita facile fieri poterat, cum restituenda esset summa scutor. 2489. 32. & interea de die in diem augebatur debitum integrum capitale excedens. Itaque Canonici Juniores reclamarunt ab illo Decreto *anni* 1708. tamquam minus æquo, cum certas Canonicis daret distributiones, quando fructus multiplici erant omnino incerti. Hæc cum novissent ipsi Canonici Seniores non recusarunt de ineunda transactione agere cum Canonicis Junioribus, accitisque etiam iis, qui defunctorum Canonicorum jura repræsentabant, tandem transactionem perfecerunt hisce conditionibus.

„ Resta fissato che dal primo Gennaro 1804. in poi
„ ciascun Canonico dovrà contentarsi di ricevere dal-
„ le rendite del soppresso moltiplico non già la fissata
„ somma di scudi 36. per ciascun anno, che usual-
„ mente venivano chiamate *Doppie*, o sian scudi tre per
„ ciascun mese; ma soltanto quel tutto, e non altro,
„ che il Capitolo ricaverà netto da tutti li pesi rispet-
„ tivi facendone un eguale distribuzione a tutti li nove
„ Capitolari detratta prima l' annuale somma di scu-
„ di 800. fino all'estinzione *di scudi* 800. come si dirà in
„ appresso.

„ II. Resta annullato, estinto, cassato, rimesso, sal-
„ dato ogni debito del Capitolo anteriore al *dì primo*
„ *Maggio* 1793. nascente dalla distribuzione delle men-
„ suali *Doppie*, o siano scudi 3. mensuali.

„ III. L' intiero credito arretrato dall' anno 1793. in poi
„ derivante dalle mensuali *Doppie*, o siano mensuali

„ scudi 3. sebbene ascende a scudi 2489. 32., che ri-
„ dotto primieramente al vero annuo suo fruttato, e
„ poscia il detto vero annuo fruttato di nuovo ridotto
„ a forma delle Leggi, e tariffe si restringerebbe a scu-
„ di 1500. nulla di meno per modo di transazzione re-
„ sta diminuito *a scudi* 800. dichiarandosi estinta,
„ saldata, e rimessa, e condonata ogni maggior som-
„ ma eccedente in *scudi* 800., tanto che al di sopra di
„ questa somma si dichiara estinta, e cassata ogni az-
„ zione, dritto, e gius a favore di qualunque credi-
„ tore per saldo speciale.

„ IV. Si detrarrà dalla netta rendita di detti Capitali la
„ somma fissa di *scudi* 80. annui in estinzione dell' an-
„ tico debito ridotto *a scudi* 800. cominciando dal dì
„ primo Gennajo 1804. in poi, ed il restante delle ren-
„ dite si divida annualmente *pro æquali rata* agl'attua-
„ li novi canonici nelle distribuzioni delle *terzierie*.
„ Estinto poi il debito di scudi 800. si cessera affatto
„ dalla sudetta detrazzione annua di scudi 80., e l'in-
„ tiero prodotto anderà in aumento *pro æquali* delle
„ respettive rate.

„ V. Li sudetti annui scudi 80. detratti dalla massa com-
„ mune in estinzione del debito antico si distribuiran-
„ no in proporzione del rispettivo credito come so-
„ pra ridotto, e residuato di ciascun Canonico Senio-
„ re, Erede de Canonici Defonti, e Canonico renun-
„ ciatario, e Creditori.

„ VI. In compenso poi dei *scudi* 80. che dai presenti Ca-
„ nonici si rilasceranno per più anni in sodisfazzione
„ del credito arretrato, il Capitolo resta obligato di
„ pagare ai nove attuali Canonici il mortorio *in scu-*
„ *di* 40. purchè abbiano oltrepassati anni quattro da
„ cominciare dal primo Gennaro 1804., altrimenti il
„ Capitolo sia tenuto di passare agl' Eredi del Canoni-
„ co Defonto la rata parte in proporzione di *scudi* 10.
„ in ogni anno di suo servizio divisibile in mesi e giorni
„ dal dì primo Gennaro 1804.

„ VII. La somma, che s' impiegherà per il mortorio si
„ toglierà dalla Massa, che si divide in quell'anno del-
„ la morte del Canonico agl' attuali Capitolari non pe-
„ rò dalla somma di *scudi* 80. che sono fissati in estin-
„ zione del debito antico *in scudi* 800.

„ VIII. I Successori Canonici da queste rendite rilascie-
„ ranno al Capitolo per lo spazio di anni quattro *scu-*

di

„ *di* 10. per anno da incominciare dal giorno del loro
„ possesso, quali si restituiranno dal medesimo Capi-
„ tolo nel dì della loro morte, (e nel caso, che la
„ morte del nuovo Canonico accada prima del qua-
„ driennio di suo servizio il Capitolo dovrà far lo
„ sborso alla ragione di *scudi* 10. per anno di prestato
„ servizio divisibile in mesi, e giorni) ai loro eredi
„ per i funerali da desumersi come sopra, quali scu-
„ di 10. per anno si distribuiranno agl' attuali nove
„ Capitolari in compenso del mortorio, che debbano
„ pagare nella morte di ciascun Canonico. Questa di-
„ sposizione averà luogho anche per i Canonici, che
„ avranno rinunciato in tutto come sopra.

„ IX. La presente concordia avrà forza, allorchè ne sarà
„ stata ottenuta la grazia del Beneplacito Apostolico,
„ e sarà in luogo di legge inalterabile non meno per li
„ Canonici Seniori, e Giuniori, Eredi de' Canonici
„ rinunciatarj, chè avranno aderito, e sottoscritto il
„ presente trattato di Concordia, che per li Canonici
„ futuri, che dovranno osservarla come Statuto Ca-
„ pitolare la di cui osservanza s' intenderà da essi pro-
„ messa, e giurata nell' atto del loro possesso rimos-
„ sa affatto ogni eccezione inclusivamente all' igno-
„ ranza del fatto inducente difetto, o mancanza di vo-
„ lontà, giacchè s' intende esser co ne un peso intrin-
„ secamente inseparabile dalla qualità di Canonico
„ della nostra Colleggiata, e ciò per sempre, ed in in-
„ finito rimossa ogni eccezione di fatto, e di ragio-
„ ne, alla quale s' intenda renunciato nell' atto del
„ possesso della prebenda Canonicale.

„ X. La presente transazzione non pregiudicherà alle
„ ragioni dell'una, e dell'altra parte sopra tutte, e
„ singole cose, che non sono espressamente nomina-
„ te nella medesima, le quali rimarranno illese, ed in-
„ tatte nel suo vigore rinunciando a tale effetto il C.
„ pitolo, come i singoli Canonici, ed interessenti a tut-
„ te, e singole liti mosse, e da moversi".

Nedum vero conspiratis suffragiis omnes Canonici & qui ad has distributiones consequendas jura habebant, has conventiones probarunt, sed etiam ab hac S. Congregatione Beneplacitum Apostolicum deprecati sunt. Quæsitus de sua Sententia Primicerius = *Unus* inquit *tantummodo renuit assentiri huic transactioni, qui recenter ex hoc Capitulo ad illud Basilicæ S. Petri in Vati-*

ticano gradum fecit, quique sibi blanditur posse se contra fundos Capituli S. Mariæ creditum protueri, quod nullo satis solido fundamento fulcitur. Porro hujusce conventionis conditiones æquitati consonæ mihi videntur, quippe quæ æqua, prudentique lance utriusque convenientis partis comoda, & incomoda librant, & attemperaut, & constanti Capituli concordiæ, atque decori conducere valent quam maxime. Ut vero transactio hujusmodi exactam subiret trutinam, sub die 30. *Martii* 1805. rescriptum fuit *Eminentissimo Vincenti, qui dignetur rem perpendere, & Votum suum aperire* In quo elucubratissimo voto, cum nil desideretur, quod ad controversiæ definitionem requiratur, ad verbum hic transcribam.

„ Quæ inter Seniores, & Juniores Canonicos Collegia-
„ tæ S. Mariæ Regina Cæli exarserat controversia de
„ jure exigendarum distributionum ex decreto an-
„ ni 1708., ea tandem mira animorum consensione
„ transacta est: Quod sane tum maxime optandum
„ erat ad lites, & simultates inter Ecclesiasticos Viros
„ præcidendas, tum in primis est opportunum ad in-
„ comoda præoccupanda, quæ aute jam attulit, aut
„ certe est allatura ratio earumdem distributionum
„ partiendarum ad hanc usque diem servata. Scilicet
„ summam illa inæqualitatem inter ejusdem Ecclesiæ
„ Canonicos gignit eodem onere gravatos, iisdem in-
„ signibus decoratos, iisdem impendiis subjectos, dum
„ aliis emolumentum haud leve affert, aliis vix spem,
„ eamque remotam illius aliquando nanciscendi relin-
„ quit. Et sane illa congruit cum Decreto Primice-
„ rii Monaldeschi anni 1632. per Apostolicam Sedem
„ probato. Dum enim Decretum illud distributiones
„ Canonicis adtribuit ex abrupti multiplici reditibus
„ derivandas, tantum certe tribuisse videri debet,
„ quantum quotannis ex iisdem percipi potuisset,
„ haud vero censendum est certum, immotumque an-
„ ctarium scutor. trium in singulos menses ex incer-
„ tis, & persæpe decrescentibus domorum pensioni-
„ bus dare voluisse. Quod cum Canonici sibi tribue-
„ rint decreto capitulari anni 1708. illud accidit, quod
„ evenire necessario debebat, ut quoniam pensiones
„ illæ impares sæpenumero fuere subministrandis scu-
„ tis tribus in singulos menses unicuique Canonico,
„ ingens paullatim Canonicorum Seniorum creditum

eva-

„ evaserit, quod non ab ipsis modo Canonicis, sed
„ ab eorum quoque heredibus, & Creditoribus vindi-
„ catur. Magna hinc confusio in Capitularis Patrimo-
„ nii administratione, neque multum abest, quin
„ aucta semper, & in dies augenda illius crediti vis
„ universos obruat Capituli reditus, & in extraneos
„ traducat.

„ At enim vero aliquid vetustissimæ observantiæ dan-
„ dum est, quæ assurgit ad annum 1708., & cen-
„ tenariæ proxime accedit; dandum bonæ fidei,
„ qua Canonici Seniores propter instituta Majorum
„ distributiones hac methodo sive recuperarunt, sive
„ obligarunt: Dandum etiam quieti, & tranquillita-
„ ti Capituli, de qua esset desperandum, nisi, dato
„ aliquid hinc inde, atque remisso, amica transactio
„ concilietur. Factum igitur id fuisse lætandum est,
„ atque probàndum. Cujus sane propositæ transactio-
„ nis conditionibus, & servanda in posterum statui-
„ tur æqua ratio distributionum partiendarum pro ju-
„ sta, & vera annui reditus quantitate, & maxima
„ anterioris crediti pars abscinditur, atque remitti-
„ tur, & quod reliquum crediti est paullatim dissolvi-
„ tur. Quum igitur hujus concordiæ tabulas, & Ca-
„ nonici omnes, & extranei quoque probaverint, qui-
„ bus creditum illud præcipuum esset (si unum exci-
„ pias, cujus contradictio inter tot confluentes volun-
„ tates parvi facienda est, quique suo jure uti libere
„ poterit) cum insuper accedat calculus egregii Pri-
„ miceri, dignam plane arbitror transactionem, quam
„ EE. VV. suprema sua laudatione confirment, & ad
„ exitum perduci jubeant.

Nemo adfuit, qui aliquid deduceret, quominus hæc transactio probaretur. Proponitur igitur Dubium.

An, & quomodo sit probanda transactio, ita ut sit concedendum Beneplacitum Apostolicum in casu &c.

Affirmativè juxta Votum Emi Relatoris.

AN-

Sess. 25. Cap. 3. & 17. de Regul.

ANCONITANA. Piorum hominum ære collato fundatum fuit in Oppido Mercatelli Asceterium ex ea Cappuccinarum familiâ, quæ B. Veronicæ Giuliani institutum, sequitur. Inter pios fundatores recolitur Marchio Franciscus Trionfi Anconitanus, qui *anno* 1771. stipulato instrumento donavit Monasterium scutis tribus millibus, tum devotionis ergo, tum *pel necessario sostegno delle tre fondatrici, e loro Serventi*, quæ ex Tipherno Tyberino in Mercatelli Asceterio translocabantur. Sibi tamen cavit ut = *resti riservata al medesimo la facoltà, e dritto di nominare le medesime tre fondatrici*. Ex quibus si quæ occumberet, aut claustra illius Monasterii relinqueret, tum ipse Marchio Trionfi = *e suoi abbia la facoltà di nominare una monacanda da doversi ricever gratis, e senza alcuna dote dal predetto Monastero liberamente, e senza alcuna eccezione, e contradizzione, e lo stesso s' intenda anche nel caso, in cui seguisse la mancanza, o sortita dal Monastero sudetto delle altre due Fondatrici, dovendo sempre rimanere la piena facoltà nel detto Signor Marchese Trionfi, o suoi di potere in luogho delle medesime fondatrici venire all'elezzione delle Monacande senza che esso Monastero abbia dritto alcuno di domandar all' elette veruna sorte di dote, intendendo che debba no esser ricevute gratis*.

Hinc præsens controversia. Nam *anno* 1803. e vivis sublata altera ex tribus fundatricibus, cum id nunciatum esset Marchioni Bonitio filio Francisci Trionfi hic nominavit adolescentulam contendens ita admittendam, ut neque Moniales scrutinio facto possent illius receptionem probare, vel improbare, neque monasticam suppellectilem, apparatumque, vulgo *Acconcio* a nominata de suo esset faciendum, sed sumptibus ipsius Monasterii. Utramque conditionem repudiarunt Moniales, acrinsque institit utramque prætendere Marchio Trionfi. Quare statuerunt controversiam hanc permittere judicio hujus S. Congregationis. Audita est Sententia Episcopi Urbaniensis, cui subest Oppidum Mercatelli, & Monasterium Cappuccinarum, simulque Episcopi Administratoris Anconitani, ut a Marchione Trionfi, qui lares habet Anconæ, percontarentur rationes, quibus ipse nitebatur. Una, alteraque *Informatio* Marchioni Trionfi refragatur ex rationibus in-

inferius enucleandis. Utrinque indicto vadimonio causa proponitur, & allegationes impressæ EE. VV. distribuentur.

Sub I. Dubio contendit Marchio Trionfi quod Monasterium teneatur expensas facere pro apparatu Monacandarum sive inspecta littera donationis, sive voluntate Donantis. Nam ex littera Donationis patet appositam fuisse illam conditionem, ut puellæ reciperentur *gratis, e senza alcuna dote*. Apparatus vero ceteræque expensæ pro vestitione Monialium habentur tamquam *appendices* Dotis, & in ipsa dote computatur ad tradita per *Cyriac. controvers. Forens.* 357. *num.* 14. *Rota in Recent. decis.* 30. *part.* 7. *num.* 27. adeoque si vetitum fuit monasterio ne dotem a nominatis a domo Trionfi reciperet, ex ipsa verborum significatione paret, quod etiam apparatus quod in dote computatur sub prohibitione recipiendæ dotis veniat. Aperiorem vero esse litteram Donationis contendit Marchio Trionfi cum in ea nedum prescriptum sit, ut puellæ reciperentur *senza alcuna dote* sed omnino *gratis*. id quod prohibitionem extenderet ad apparatum, seu *acconcio* licet sub nomine dotis non veniret. Voluntatem vero Donantis apertissimam dicit Triumfius, ut puellæ nullam pro apparatu expensas facerent. Nam ipse ampliorem donavit summam, quam pro dote trium puellarum requirebatur, maxime in Monasterio quod arctiori paupertatis Sacramento obstringitur, ac proinde verosimile non est illum voluisse, ut pauperes puellæ expensas facerent.

Contra Defensor Monialium mordicus insistit significationi vocabuli Dotis quæ cum in eo præcipue consistat, quod pro substentatione datur *Pellizar. de Monialibus cap.* 3. *Sect.* 2. *num.* 39.; ita est omnino diversum ab eo quod impenditur pro apparatu monacandæ. Quare si dotis tantum exactionem prohibuit donator, censendum non est impedire voluisse, quominus Moniales expensas pro apparatu exigerent, dum dotem quam prohibitam voluit, aperte expressit, adeoque dum non expressit apparatum ex vi discretivi argumenti censetur noluisse. Nec sibi obesse putat Monialium defensor, quod donator voluerit, ut nominandæ reciperentur *gratis*, *e senza alcuna dote*, quasi nedum dotem, sed omnes præterea expensas prohibuerit. Nam cum vetuerit, ne Monasterium

abbia dritto alcuno di domandar all' eletto veruna Sorte di dote intendendo, che debbano esser ricevute gratis apertum videtur de dote tantum sensisse Donatorem,& illud *gratis* nihil aliud nisi dotem secumferre, & quamcumque præstationem in commodum Monasterij, minime vero expensas vestium, quibus Monacandę indigent, ut gratis admittantur. Maxime cum scuta tantum nonaginta habeat Monasterium, ut tres personas alat itaut,quin satis esse possint ad supplendos sumptus,non sufficiunt earum alimentis.

II. Dubium respicit modum, quo nominatæ sint recipiendæ. Non intercedit Marchio Trionfi, ut ab Ordinario exploretur voluntas nominatarum ad præscriptum Tridentini *Sess.*25. *Cap.*17. *de Regul.* Cæterum a Monialibus recipiendas esse, ut Donator præscripsit *liberamente, e senza veruna eccezzione, o contradizzione*. Contra Moniales scrutinium facere volunt, & consensum dare per secreta suffragia, ut S. Congregatio Episcoporum,& Regularium passim definivit, & præcipue *in Placentina* 6. *Febr.*,& *in Hieracen.*8. *Maii* 1615. Certe quidem Donator non poterat suis conditionibus ecclesiasticis statutis derogare. Proponuntur gemina Dubia,

I. *An sint præstandi Monasterio sumptus pro Apparatu sive ACCONCIO, aliisque necessariis pro vestitutione Puellarum nominandarum a Familia Trionfi in casu &c.*

II. *An, & quomodo sit servanda receptio nominandarum in casu &c.*

Ad I. Non esse præstandos a Monasterio.

Ad II. Affirmativè prævia exploratione Ordinarii, & acceptatione Monialium capitulariter per secreta suffragia.

TRO-

TROPIEN. IRREGULARITATIS. Descripta hæc Causa est in Folio Congregationis diei 24. *Novembris* 1804., et resoluta in sequenti Congregatione diei 13. *Decembris* in qua cum quæreretur = *An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione ab irregularitate* = contracta a Subdiacono Antonio Bruni responsum fuit = *Expectet, & det majora signa constantis emendationis* = Nunc pro dispensatione preces renovat, & Episcopus in recentiori Informatione diei 12. *Junii* 1805. refert *eidem Subdiacono injunxi præterito anno, ut intra septa Monasterii strictioris observantiæ Patruum Cappuccinorum Civitatis Amantheæ hujus Tropiensis Diœcesis per tres Menses exercitia Spiritualia expleret ad animi collectionem, morumque purgationem, ac ipsemet Orator dicto audiens se recepit in claustra designata cum odore bonorum operum, peractaque pœnitentia, assidua præbuit, præbetque signa constantis emendationis, ac bene audit in populo. Quamobrem aperienda animi mei sensum censeo locum dari posse petitæ Apostolicæ dispensationi, & absolutioni a censuris etiam consulendo vere necessitati, & utilitati Ecclesiæ illius loci ob penuriam Sacerdotum.* *Sess.14.Cap.7. de Reform.*

Reproponitur itaque Dubium.

An sit consulendum SSmo pro dispensatione ab irregularitate in casu &c.

Affirmativè renovatis exercitiis spiritualibus per tempus arbitrio Episcopi præfiniendum per Breve.

BALNEOREGIEN. INDULTI. Pertinet hæc causa ad Folium *Congregationis diei* 16. *Februarii* 1805. in qua *Sess.22.Cap.6. de Reform.*

qua rogati EE. PP. *An, & quomodo sit concedendum indultum* quod postulabat Canonicus Cosmas Colasanti, ut a choro abesse posset, quo studiis vacaret in Seminario Amerino. Sed in sequenti Congregatione *die* 30. *Martii* 1805. rescripserunt = *Affirmative dummodo maneat in Seminario Diœcesano cum obligatione inserviendi choro diebus Festis, & vacationum recurrentium*. Renovat nunc præces cum adnexis documentis, ut deleatur ex Rescripto illa clausula *dummodo maneat in Seminario Diœcesano*; Nullum enim detrimentum ex hoc indulto capere servitium chori contendit, & profert testes, qui affirmant = *Che li Canonici di questa Chiesa Catedrale sono sedici; dei quali otto della Massa di S. Nicola, ed altri otto della Massa di S. Donato. Li sudetti Canonici sono obligati servire in Coro una Settimana per uno, ma però nell' Avvento, nella Quaresima sino all' Ottava di Pasqua, ed in tutte le Feste dell' anno sono tutti quanti obligati andare in Coro, ed officiare insieme, talmentechè separatamente li due Capitoli sono obligati al Coro nei soli giorni feriali, e li detti Canonici di S. Nicola anche al presente sono otto, de' quali tolto il Canonico Colasanti, ed il Canonico Vittori giubbilato gl' altri sei vanno in choro quotidianamente fuori di qualche chiamata per gl' infermi* = Alii præterea testes dicunt = *che il Canonico Pier Giovanni Vittori ritenne un Canonicato per dieci anni, e mai andò in Coro*. Tandem, ut removeatur quodcumque obstaculum duo Canonici *Gentili*, & *de Sanctis* ex Massa S. Donati spondent se obituros servitium chori pro Oratore Colasanti in diebus non impeditis, id quod ex immemorabili consuetudine inolevisse deponunt alii Testes, & semper unius Massæ Canonicos pro aliis alterius Massæ vice mutua servitium præstitisse.

Novæ hujusmodi preces iterum Episcopo ablegatæ fuere, ut audito Capitulo Sententiam suam proferret. Capitulum in folio, quem Episcopus remisit, sententiam suam expressit. *Che le circostanze del servizio del Coro per la Massa di S. Nicola rimangano tutt' ora come lo erano all'occasione del primo ricorso, che anzi si è da-*

data posteriormente la circostanza, nella quale si è dovuto far la recita di alcune ore canoniche con due soli individui per non tralasciarle affatto come avvenne ne'dì 22. Gennaro, e 4. Febraro prossimi passati: Che l'esempio del già Canonico Pier Giovanni Vittori non è adattabile, poichè di quel tempo non vi era giubilato alcuno degli otto Canonici come di presente in persona del Canonico Vittori, ne vi erano tanti quanti ora vi sono fisicamente impediti per gl'incomodi di salute. Che per chi ha vera volontà sono nel Seminario Diocesano tutti li commodi di profittare ed in fatti gl'attuali Canonici Penitenziere, e Teologo, e la maggior parte de'Parochi della Diocesi sono stati instruiti nel medesimo Seminario, e non fuori: Che se la S.Congregazione giudica di recedere dal Rescritto già emanato il Capitolo giammai reclamerà siccome anche protestò nei primi fogli: Che ammettendosi al Canonico Colasanti un individuo capace, che supplisca alle sue veci sia chiunque, non perciò abbia egli a lucrare le distribuzioni quotidiane, ne abbia a percepire del così chiamato jus accrescendi, che proviene dalla partecipazione delle altrui perdite per causa di puntature per la canonica ragione, che egli non risiede siccome fu anche praticato col Canonico Vittori all'occasione, che fu esentato dalla residenza per motivo di salute quantunque mandasse soggetto capace per la sodisfazzione Che in tal caso però si rifletta dalla S. Congregazione che si rende illusorio il supplemento fissato, attesochè il CanonicoGentili è prossimo ad essere instituito nel priorato di Sermugnano, ed il Canonico de Sanctis è perpetuamente esente dal Coro dovendo per ragion della cura annessa alla di lui prebenda risiedere nella Contrada di Civita.

Nihilominus Epūs in sua *Informatione* favet Oratori, *ut meliorem recipere valeat institutionem in Amerino Seminario, quod ditioribus redditibus instructum majorem prebet juventuti in addiscendis scientiis in cæteris prospiciendis commoditatem. Si autem denegata residentiæ dispensatione ipse adigeretur in Patriam redire non deessent ei quamvis existenti in Diœcesano Seminario ani-*

animi alienationes proficiscentes vel ex materna charitate, vel ex aliis occasionibus, quæ sunt in nato le solo labefactantes juveniles mores.

Reassumpto itaque priori folio EE. PP. deliberare dignabuntur.

An, & quomodo sit standum vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis ad quinquennium amissis.

Sess.24.Cap.3. de Reform.

FANEN. Præsbiter Paternianus Fanelli titulo Patrimonii Sacri possidet Cappellaniam a Francisca Gasperoli institutam, cujus fructus ex Prædio redeuntes in Missas erogandi sunt omnes. Modo in hoc fundo, quam numquam extitit domum colonicam vult ædificare Fanellius, quo melior evadat agri conditio, & a furibus segetes servet. Impensam pro hac domo sibi necessariam esse dicit in scutis 260., quam facere posse negat, nisi hæc tria ab EE.VV. exoret: scilicet ut excidere possit ex fundo quercus pro summa scutorum *centum triginta*: ut pro reliqua summa ipsum prædium obnoxium facere possit æri alieno contrahendo: ut missæ suspendantur quoad ex fructibus fundi dimissum sit debitum. Episcopus in sua *Informatione* refert = *Cappellania de qua agitur onus importat tot Missas quot reditus demptis expensis. Peritum ex Officio deputavi, qui non solum Arbores humi sternendas fere infructuosas esse, ac culturæ damnosas me certum reddidit, verum etiam eorumdem valorem ad quinque supra centum scutata attingere existimavit. Alterum quoque peritum depurare non omisi pro novæ domus ædificatione, cujus impensam ad scuta biscentum pertinge-*

gere fecit . Quantum præterea utilitati sit cessura isthæc ædificatio satis compertum erit , si perpendatur agrum a prædationibus quibus antea erat obnoxium jam fore non tantum defensum verum etiam ulteriores fructus ex majori Coloni sedulitate esse reddituram . Desunt igitur Peritorum judicio tantum nonaginta quinque scutata atque solvendi erunt quotannis fructus census imponendi , ac inde deponendæ ratæ pro extinctione . Necessariam proinde erit, ut Orator interea absolvatur ab onere Missarum pro ea quantitate usque dum prædium Cappellaniæ liberetur ab ære alieno contrahendo .

Ædificatio domus colonicæ utilis profecto videtur Cappellaniæ . Nam melior erit conditio fundi tum quia ex præsentia Coloni diligentior erit fundi cultus tum quia a direptione forum liberabitur . Hinc si majores erunt fructus , augebuntur quoque Missæ , quæ pro quantitate fructuum sunt celebrandæ . Sed quoniam Cappellanus non habet , unde expensam faciat , inquirendum erit num probanda sint media , quæ ad cogendam necessariam pecuniam ipse proponit , & Episcopus probat . Petit primum facultatem incidendi Arbores , quas vel infrugiferas,vel fundo damnosas Peritus judicat, & quarum valorem in Scutis quinque supra centum liquida vit . Parimodo postulat , ut pro scutis centum Censum super fundo imponat, ut ex utraque summa habeat, unde impensam paret . Sane hæc redolent alienationem , quæ sine necessaria causa permitti non potest *ex Censura Extravagantis Ambitiosæ*. Sed si utilis est domus colonicæ ædificatio , si aliunde pecuniæ ad ædificationem haberi non possunt , hoc ipso necessaria videtur incisio arborum & census impositio, quemadmodum alias hæc permisit S. Congregatio , ut fundi beneficii meliores fierent *in Lucana* 13. *May* 1723.

Gravius videri poterit,quod tertio loco petitur , scilicet suspensio Missarum , ut Census fructus solvi , & sors ratatim possit redimi . Quodammodo enim ex hac suspensione fraudari videtur voluntas Fundatoris contra monitum *in Can. Ultima Voluntas . Quæst.* 13. Sed cum Episcopo animadvertendum erit Fundatorem jussi-

sisse, ut Misse celebrarentur pro quantitate fructuum colligendorum *demptis expensis*. Dum itaque expensa pro ædificatione domus necessaria est, ut melior fiat fundi conditio, hoc satis causæ esse videtur, cur Missæ suspendantur. Nam si meliorato fundo augentur fructus, major in posterum erit sacrorum numerus, unde compensata erit temporanea Missarum suspensio.

Ex his videant EE. PP. num ita providendum sit ædificationi domus colonicæ, ut Oratori facultas detur tam vendendi prævia affixione ædictorum arbores infructuosas, & damnosas favore majoris oblatoris, quam creandi Censum in summa scutorum centum minori quo fieri poterit interusurio ad effectum deponendi, & erogandi in causam expressam depositis quotannis scutis quinque usque ad integram extinctionem, doctoque de erogatione; interim vero concedendam esse gratiam suspensionis tot Missarum quot respondeant præfatis *scutis quinque*, & fructibus ejusdem Census usque ad integram ejusdem extinctionem.

Dubium proponitur.

An, & quomodo sit providendum ædificationi domus colonicæ in casu &c.

Dilata, & Episcopus referat de annuo reditu Cappellaniæ per decennium.

Sess.24.Cap.4. de Reform.

SENOGALLIEN. PERMUTATIONIS. Sacerdos Petrus Severini Archipræsbiter, & Parochus Collegiatæ Ecclesiæ Montis Bodii duos habet fundos, qui ad Archipræsbiteratum spectant æstimati a Perito scuta *quatuorcentum nonaginta quatuor* qui annuum fructum scutorum *undeviginti* reddunt. Eosdem permutare po-

postulavit cum censu activo, quem in sorte scutorum *Sexcentum* annui fructus scutorum *triginta* habet Dominicus Antonini cum Capitulo Collegiatæ. Sed per Rescriptum diei 24. Novembris 1804. = *Non expedire* = rejectæ fuere præces, quas nunc renovat. Producit enim relationem Periti, unde constat fundos summo pretio fuisse æstimatos, & omnino esse steriles, cum positi sint in convallì nebulosa, quæ nec arboribus, ne vitibus conseri expediat. Præterea ex Testibus, qui coloni fuere, probare contendit ingratum omnino esse solum, ut nec inveniantur, qui illud colere velint, & sæpius incultum mansisse. Ex hoc cum utilitatem permutationis probare studuisset Orator Severini, exquisita est Sententia Emi Episcopi, qui exposita probans concludit hisce verbis: *Certum quoque est, quod duo Prædia ex officio extimata valoris scut. 494. annuum fructum vix in scut. 19. reddebant; e contra Census sortis scutorum sexcentum ab omnibus oneribus liber, & hypotecarum expers annuum fructum in scutis triginta tribuit, eoque de evidenti utilitate, quæ Arcipresturæ redundabit, nullo modo est dubitandum. Denique esto etiam, quod census restituantur, prout expleto ratarum deposito restituendum erit, nulla subest difficultas, quin in bonis stabilibus illico investimentum inveniatur, cum vendibilia Prædia in Provincia non desiderentur.*

Idcirco rejectæ fuere preces super permutatione, quia census non habentur pro idoneis Investimentis, & melius sit fundos, quam credita habere. Maxime quia si census redimatur, sors erit investienda in fundis, & periculum erit, ne fundi aquirendi sint hipothecis obnoxii. Cæterum Archipræsbiter Orator urget permutationis utilitatem. Dat enim fundos steriles æstimatos in scutis *quattuorcentum nonaginta quattuor*, ut aquirat scuta *sexcentum*. Auget annuum fructum a scutis *unde viginti* ad scuta *triginta*, & ita augit, ut certos fructus aquirat cum ob sterilitatem fundorum aliquando nulli fructus ex prædiis percepti fuere. Deinde debitor Census est omnino idoneus quippe quod est ipsum Capitulum Collegiatæ, a quo cum pactis

depositis pro extinctione census restituetur sors, poterit Orator aquirere fundum melioris conditionis, extra omne evictionis periculum; Hisce positis videant EE. PP. quomodo dirimendum sit Dubium.

An sit probanda permutatio in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

Sess.21.Cap.7. de Reform.

BALNEOREGIEN. TRANSLATIONIS Capitulum Cathedralis Faliscorum habet unitam Abbatiam nuncupatam *S. Luciæ in Paterno* in Agro Castilionis sitam, cujus Abbatiæ reditus annua scuta fere *tercentum* attigentia massam Capitularem augent, & inter decem, & octo Capitulares dispertiuntur. Ecclesia ruralis S. Luciæ manet in loco remotiori, & incomodo, & distat ab Oppido Castilionis mille passibus. Quo fit ut nemo fere ad eam accedat, cum Sacrum, nisi in die festo S. Titularis, numquam conficiatur; Hinc desolata manet, & direptionibus, atque prophanationibus exposita. Nunc vero fatiscens est, & pro opportunis reparationibus requiritur ex Peritorum sententia impendenda summa scutorum *octoginta*, vel saltem 50. nullo adhibito opere ad arcendam pavimenti humiditatem: Quam expensam cum ferre non possit census Capituli, hoc a Sac. Congregatione deprecatur, ut sibi fas sit translato Altare S. Luciæ ad Ecclesiam S. Joannis Baptistæ in Oppido Castilionis, & squallidam ruralem Ecclesiam ad prophanum usum convertere. Hæc excerpta sunt ex ipsa Informatione Episcopi, qui affirmat se *audivisse omnes interesse habentes, videlicet Parochum Archipræsbyterum, & publicos Repræsentantes Ca-*

Castilionis : Primus aperuit sensum Oratoris instantiam prosequentem . Repræsentantes vero proposuerunt rem in publico consilio , & fere plenis suffragiis eadem instantia approbata fuit variis appositis conditionibus . Nihil igitur ultra desiderandum putarem , quominus possit Oratoris præcibus indulgeri . Conditiones vero , de quibus meminit Episcopus a publicis Repræsentantibus propositæ in hoc consistunt , ut Capitulum impensam faciat pro translatione Altaris , & deinceps pro tertia parte tantum sumptus manutentionis ipsius Ecclesiæ supplentibus binis aliis tribus partibus Capitulo , & Familia Menicucci .

Translationes Beneficiorum permittit Tridentina Synodus *Sess.* 21. *Cap.* 7. *de Reform.* quatenus *ob earum inopiam nequeant Ecclesiæ instaurari* . Inopem sane non probat Capitulum esse Ecclesiam Sanctæ Luciæ , immo si ex fructibus Abbatiæ redeunt annua scuta tercentum , non deesse videtur , unde suppetat expensa pro restaurationibus Ecclesiæ, quas Periti ad summum liquidant in scutis octoginta.Ex hoc quidem reiicienda videtur petita translatio . Secum tamen reputent EE. PP. , num permitti posset ex eo, quod restaurata licet sit Ecclesia , inutilis tamen & semper deserta futura erit . Etenim manet in remotiori agri parte , & loco minus obvio , & commodo . Nullum verò est incitamentum,ut populus ad illam accedat . Numquam enim Missa in illa celebratur, nisi uno anni die , quo festum S. Titularis recolitur . Quo fit , ut cum descita maneat sæpe direptionibus , & prophanationibus exposita sit . Quamquam vero ex reditibus Abbatiæ suppleri possit expensa ; attamen hæc gravis esset Capitulo , cum diminuendæ saltem pro uno anno essent præbendę , quæ ex reditibus hujusmodi coalescunt . Dum itaque gravis est expensa , & inutilis fore videtur , judicium erit EE. VV. num in hoc casu permittenda sit translatio .

Ad *modum* , quod attinet , quo probanda esset translatio , hoc unum quærendum erit , num implenda sit conditio sub qua consensum translationi præstant publici Repræsentantes Communitatis Castilionis , quæ

Patrona est Ecclesiæ S. Joannis, quo fieri petitur translatio. Scilicet proponunt eam conditionem, quam probat Episcopus, ut expensas faciat Capitulum tum manutentionis altaris S. Luciæ; tum pro tertia parte contribuat manutentioni ipsius Ecclesiæ.

Dubium proponitur.

An, & quomodo sit locus translationi in casu &c.

Die

Die Sabbathi 17. Augusti 1805. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

SENOGALLIEN. PERMUTATIONIS. *Sess. 24. Cap. 4. de Reform.*
An sit probanda permutatio in casu &c.

Negativè.

BALNEOREGIEN. TRANSLATIONIS. *Sess. 21. Cap. 7. de Reform.*
An, & quomodo sit locus translationi in casu &c.

Negative in omnibus.

AUXIMANA ÆDIFICATIONIS ECCLESIÆ. Cum hæc causa olim subiverit judicium hujus S. Congregationis, præstat EE. PP. repetere ea, quæ antea gesta sunt. Fundum in agro Apineani Auximanæ Diæcesis po- *Sess. 12. Cap. 4. de Reform.*

positum, cui ex regione nomen *di Verdefiore* possidet Gens Puccietta. Ex hac Pius Puccietti, cum in fundo plurimos immississet colonos postulavit ab Episcopo, ut Ecclesiam ædificare posset, quo commodius ruricolæ Sacris interessent. Nam Parrochialis Ecclesia Apineani distat ultra mille passuum, & flumen interfluit *Menochia*, quod hyberno tempore exundantibus aquis superat ligneum pontem; & a fundo *Verdefiore* ad Parochialem impervium reddit accessum. Sed renuente Episcopo veniam ædificandi Ecclesiam concedere, Puccettus id exorare studuit a S. hac Congregatione, quæ audito Episcopo preces Puccetti rejecit per Rescriptum *diei* 24. *Januarii* 1746. *Lectum*. Reclamante Puccetto proposita est causa in Congregatione diei 6. Maij 1747., & oblato dubio = *An sit permittenda ædificatio novæ Ecclesiæ* Emi Patres in sequenti Congregatione *diei* 20. rescripsere = *Episcopo pro meliori Informatione audito Parocho* = Qua informatione adventa prodiit Responsum in Congregatione *diei* 2. *Septembris* 1747. = *Negativè, & amplius*.

Quievit tum Puccettus usque ad annum 1754., quo preces S. Pontifici dedit tum ut Fundus *Verdefiore* in Feudum erigeretur, tum ut in eo Ecclesia posset ædificari. Ne vero utrumque consequeretur obstitit apud Eminentissimum Camerarium, cui remissæ fuere preces tum Communitas Apineani, tum Episcopus, & Parochus. Nihilominus Puccettus preces eidem S. Pontifici renovavit, ut fas sibi esset Ecclesiam extruere, non obstante Resolutione hujus S. Congregationis diei 2. *Septembris* 1747. Itaque referente Secretario hujus S. Congregationis Sanctissimus ex Rescripto *diei* 24. *Aprilis* 1754. = *Preces remisit ad S. Congregationem Concilii* = Iterum proposita fuit causa in Congregatione *diei* 22. *Martii* 1755. sub Dubio = *An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.* & EE. PP. *in Decisis, & amplius* perstiterunt.

Silentium inde consequtum est ad hæc usque tempora. Cum R.P.D. Puccetti fundum illum *Verdefiore* possideat, impetravit ex Decreto *diei* 1. *Aprilis* 1805. ab Eminentissimo Præfecto novæ Audientiæ Beneficium a Resolutione *anni* 1755. Denuo exquisita est Sententia Emi Episcopi Auximani, qui audito Parocho Apineani Carolo Viviani, transmissisque foliis ab eo exhibi-

hibitis refert = *ex tabula accurate lineis descripta, uno intuitu agri Verdefiorei cernitur prospectus, quantum distet ab Apineano, quot circumstent rurales Ecclesiæ. Illa potissimum S. Antonii ab ipsis Oratoris Ædibus abest per mille passus circiter nullo intersecto impedimento. Cui bono tot campestriæ Ecclesiæ? Has experientia docet post mortem primi instituentis indecentissimas evadere, & in Sacra Visitatione Episcopum non mediocriter facessere, si singulas velit idem invisere. Patet quisnam sit Torrens Menocchia. Plures testantur nullius esse momenti, neminemque decidisse, neque periisse, qui illius pontem transiverit. Insuper scrutato mortuorum libro Parochiæ Appineani, quamvis Familiæ in Verdefiore sint novem, & animæ* 84. *neque unus est repertus ab annis bene multis e vita migrasse sine Sacramentis. Nedum ergo erit inutilis nova ab Oratore petita Ecclesiæ constitutio, immo vero damnosa ordini Parrochiali, ac potissime festivis diebus Sacris functionibus iisdemmet de causis, quæ a S. Vestra Congregatione fuerant mature animadversæ anno* 1755. *Ac in presentiarum de vini venditione plures testes deponunt.*

Indicto vadimonio causa proponitur. Parochus Viviani *allegationem* impressam distribuet. R. P. D. Puccetti per *Memoriale* dilationem postulat.

Ex præteritis hujus Causæ foliis diei 6. Maii 1747., & 22. *Martii* 1755. quorum primum reperitur *in Thesaur Resolut. Vol. XVI. pag.* 24., alterum in *Vol. XXIV. pag.* 18. habetur quæstionis status. Non hic agitur de dismembratione Ecclesiæ Parrochialis ita ut qui novæ ecclesiæ ædificationem tuetur, probare debeat necessitatem, & utilitatem, & consensum Parochi, secundum ea quæ Tridentinum præscribit *in Sess.* 21. *Cap.* 4. *De Reform.*, nec demostrare incomodum esse iter, immo vium accessum, multos sine Sacramentis decessisse agitur de ædificatione Ecclesiæ salvis juribus Parochialibus, ac proinde semper permittitur, nisi antiqua Ecclesia ex novæ ædificatione detrimentum capiat, & Episcopus justa de causa novæ ædificandæ Ecclesiæ refragetur, ut *ex Can. Nemo Can. Placuit de Consecrat. Distin.* 1. *Cap. ad hæc De Religios dom.* Nam novæ Ecclesiæ fundatio, si Parochiali non affert detrimentum, semper ad majorem Dei gloriam, & Animarum salutem redundat, ut sine necessitate etiam per-

permitti possit ad tradita per *Monacell. Formul. legal. tom.*1. *tit.*6. *form.*10. *num.*15. *Ursaya discept. Eccles.*23. *num.*70. *tom.*1. *part.*2. *Fargna de jure patronat. part.*1. *can.*4. *cas.*4. *num.*40. Si vero Episcopus nulla subeunte idonea causa novæ ædificationi repugnet, tum licet appellare ad Sedem Apostolicam, ut venia ædificandi impetretur ad tradita *per Barbos. de jur. Eccles. lib.*2. *Cap.*2. *de eccles. ædifican. num.*3. *Ventrigl. in praxi volum.*2. *annot.*12. *num.*5. *Card. Petra tom.* 1. *ad Constit. Paschal. II. sect.* 1. *num.* 11. *pag.* 583.

Parochus Viviani in sua *allegatione* contendit se invito non posse ædificari intra limites Parecię Ecclesiam, cum hoc redundet in sui præjudicium, ut docet *Barbos. de Offic. & Potestat. Paroch. p.*2. *Cap.* 1. *n.* 26. *Ricer. in prax. jur. Parrochial. Cap.*1. *n.*1. *Panimol. dec.*11. *n.*1. Nam licet salva sint jura Parrocchialia, attamen amittere potest oblationes, eleemosinas, Missas, anniversaria, quæ novæ Ecclesiæ offerri possunt ut *ad Text. in Can. Ecclesiæ antiquitus Can. quicumque caus.*16. *quest.*16. tradunt *Tondut. quæst.*, & *Resolut. Benefic. cap.*53. *num.*17. *Pignattell. Consult.*12. *num.*2. *tom.*10. Porro addit quod justa de causa Episcopi Auximani, & modernus Eminentissimus Episcopus assensum novæ ædificationi denegarunt, tum quia nova ædificatio nec utilis est, nec necessaria, tum quia damnosa saluti animarum. Non utilis: quia in Ecclesia Parrochiali omnes celebrantur functiones, quibus ruricolæ illi interesse possunt. Non necessaria: quia Parrochialis vix distat uno lapide a fundo *Verdefiore*, nec impervius est accessus, nec torrens *Menochia* adeo hyberno tempore turgidus, ut per superimpositum pontem vadari non possit, nec constat colonos illos Sacramentis destitutos decessisse, & citra flumen alia extat Ecclesia S. Antonii in qua si tempus deterrimum sit, possunt incolæ sacris interesse. Damnosa tandem est ædificatio novæ Ecclesiæ, quia in illo fundo vinum promercale est, ut si Missa ibi celebretur homines temulenti a primo diluculo ad occiduum solem ibi manebunt ebrietate, rixisque debaccantess. Præterea carebunt illæ incolæ catechesi Parochiali, & a proprio Pastore divertent. Hæc quæ facti sunt testibus probantur, qui anteactis propositionibus adducti fuere, & modo nunc novi inducuntur.

Præ-

Præsul Puccetti dilationem postulat, quia imparatus est ad causam orandam, & testes rogare vult, mappamq.topographicam delineare. Ne igitur ei inutile sit novæ Audientiæ Beneficium dilationem deprecatur *post Aquas*, cum id nullum præjudicium Parocho afferat.

Dubium proponitur

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata post aquas.

MONTIS ALTI CAPPELLANIARUM. Pertinet hæc causa ad Folium 16. *Februarii* 1805. in quo rogati EE. PP. I. *An jus nominandi Cappellanum ad Cappellaniam institutam a Magdalena Ricci competat Alexandro Galosi, seu potius Presuli Joanni Petro, ac Joanni Andreæ, & Petro Paulo Siliquini* = II. *An jus nominandi Cappellanum ad Cappellaniam institutam a Joanne Baptista Carlini pro celebratione Missæ die Veneris in Ecclesia S. Mariæ del Borgo Castineani competat Alexandro Galosi, seu potius Joanni Andreæ, & Petro Paulo Siliquini* III. *An, & quomodo sit locus suspensioni nominationis trium Cappellaniarum in casu &c.* = responderunt = *Ad I. Affirmative juxta modum nempe pro tribus unciis Alexandro Galosi, in reliquis Siliquiniis pro virili* = Ad II. *Negative ad primam partem Affirmative ad Secundam* = Ad III. *Affirmative ad decennium quoad Cappellaniam tantum institutam a Joanne Baptista pro die lunæ adimpletis oneribus.* Galosius, qui ex maxima parte succubuit, statim novæ Audientiæ Beneficium impetravit. Pluries dilata fuere vadimonia, nec tamen Galosius adhuc promptus, paratusque est ad causam orandam, *Sess.21.Cap.7. de Reform.*

sed iterum instetit pro *dilatione*, dum causa erat proponenda. Cujus instantiam ad judicium EE. VV. remisi. Siliquini pro reassumptione supplicant.

Quæritur.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata post aquas.

Sess. 24. Cap. 4. de Reform.

SENOGALLIEN. IMPEDIMENTI. Antonius Lenci ex Oppido Ripis conflictabatur eo morbo, quo tardante urina illam arte extrahere oportebat. Ad hoc e proxima Civitate Senogalliæ accersitus fuit *Litotomus* Joseph Mascioni, ibique mansit diu noctuque infirmo assidens *a die* 16. *Maij* 1803. ad *diem* 13. *Januarii* 1804., quo Antonius Lenci occubuit nuncupata hærede uxore sua Christina Boni, & exequtore testamentario ipso Josepho Mascioni. Defuncto Lencio, ejus vidua & hæres in jurgium venit ex causa hæreditatis cum Leviris suis Fratribus Lenci. Relicto itaque Oppido Ripis Senogalliam venit, & cum Carolo filio Josephi Mascioni sponsalia de futuro contraxit, & prope liem erat matrimonium celebratura. Sed factis proclamationibus unus adfuit testis *Silvius Silvi*, qui suspicionem quandam ingessit, ne Christina vivente adhuc viro cum Josepho Mascioni Caroli Patre rem habuisset. Subverens Curia Ecclesiastica Senogalliæ, ne Sponsi impedimento affinitatis tenerentur, instante Promothore Fiscali tum Silvium Silvi, tum alios rogavit testes, legitimisque quæstionibus subjecit, ut, quæ scirent de vitæ consuetudine inter Christinam & Josephum, accurate patefacerent.

Reclamavit Christina, & Carolus Mascioni ad S. hanc Congregationem postulantes, ut sibi matrimonium con-

contrahi liceret. Commissum est Emo Episcopo ut examini subiiceret Christinam Boni,& Josephum Mascioni aliosque testes super asserto impedimento actaque remitteret. Ex transmisso *Processu* qui manu transcriptus (ne typis vulgentur , quæ pudore obtegenda sunt) EE. PP. distribuitur, hæc habentur. Sex sunt Testes auditi *Silvius Silvi*, & ejus Uxor *Cammilla*, Famula in domo Lenci, *Dianora Silvi*, *Dominicus Daniconi*, *Bartholomeus Catalani* , qui omnes infirmo Antonio Lenci adjutrices operas præstiterunt , & tandem *SacerdosHippolitus Lucilla.* Affirmant primi quinque testes alii de visu ., alii de auditu post adventum Josephi Mascioni suos Christina , ut antea , austeros non retinuisse mores , sed aut turpia , quę dictitabat Mascionus , in risum vertere ; aut ipsa minus honesta loqui cæpisse . Addunt plus justo familiarem secum Christinam , & Mascionum habuisse consuetudinem , ut illa huic procurationem rei familiaris concrederet . Sæpe secessisse in secretioribus locis , sæpe Christinam vel in proximo cubiculo dormientem ad eum accessisse , & in multam noctem cum eo mansisse , vel subucula tantum amictam inter lintea jacuisse , dum Mascionus vestitus quidem , sed proxime super eumdem lectum cubans stertebat . Nemo tamen ex his testibus congressus vidit , sed ex his , quæ narrarunt , aut ex rumore vulgi , aliquid mali suspicantur. Sacerdos vero *Lucilla*, cum una die convenisset Mascionum, eumque in stabulo manere accepisset , illuc suspenso incedens pede se contulit , & narrat se vidisse Mascionum stantem ,& complectentem Christinam quemadmodum in citato *Processu* exprimitur .

Præterea in *processu* Parochus Ripis testatur = *in seguito di una mormorazione quasichè generale in questa mia Parrocchia fui obligato di avvertire per due volte , e più la Signora Christina,affine si fosse astenuta di trattare con tanta familiarità , e di continuo Giuseppe Mascioni.* Rogati vero tum Christina,tum Joseph Mascioni jurati affirmant se numquam habuisse *niun commercio, e copula maritale.* Sed conqueruntur se in hoc discrimèn esse adductos odio Fratrum Lenci , qui hæreditatem Fratris invident Christinæ , & Mascionum persequuntur , quia tamquam exequtor testamentarius

jura Christinæ defendit, Hinc impulisse, ajunt, testes sibi addictos ut falsa narrarent, & præcipue Sacerdotem *Lucilla*, quem pluribus criminibus arguunt, ut ab eo fidem subtrahant.

Verum hæc, quæ Christina, & Mascionus opponunt, Eminentissimus Episcopus in sua *Informatione* refutat. *Quid juris* ait *Fratres Lenci prædicti ex nuptiarum impedimento adipiscantur, quidve damni ex nuptiarum successu sentiant, satis clare non video; ideoque nemo mihi persuadere poterit, quod Fratres huic matrimonio sese opposuerint, multoque minus, quod falsos testes induxerint, qui huic matrimonio adversarentur. Et re quidem vera nemo eorum ante meum Tribunal ea de causa comparuit. Tribuere id oportet cuidam Silvio Silvi, qui in termino trium denunciationum in Curia se sistitit, impedimentumque dirimens in actis deduxit. Neque mirum videri debet, quod servi, asseclæ, coloni ad Familiam Lenci spectantes examinati fuerint, quippe non alios quam conturbenales, cum de domesticis tantum rebus agatur interrogare oportebat. Quamvis vero Sacerdos Lucilla ingenio causticus, multiloquens, & manu promptus, missarumque malus adnotator habeatur, propteraque aliquando usque ad pœnam carceris eum animadvertere necesse fuit; nihilominus mentitionis probrum est illi obiicere, perperamque accusatur, quod simul cum fœmina aufugerit, quod incredulus, quod hæreticales propositiones protulerit, & quidquid dicitur super Litterarum Apostolicarum falsificatione, nil aliud est, quam unius verbi ab eo in precibus facta immutatio, neutiquam tamen Pontificio Rescripto immutato, super quo sub Judice lis est. Nihil modo dicam de moribus Caroli filii & Josephi Patris Mascioni, & de moribus Christinæ, qui ex actorum integro processu, liquido resultabunt.*

Primum igitur dispositionem juris præstat in memoriam EE. PP. revocare. Jus antiquum, quod diremens impedimentum affinitatis sive ex copula licita ut *ex Cap. Non debet. De Consang. & affin.* ita ex illicita ut *ex Cap. Discretionem. De eo qui cognov.* ad quartum gradum extendebat, moderatum fuit a S. Concilio Tridentino *Sess.* 23. *Cap.* 4. *de Reform. Matrim.*, in quo impedimentum hujusmodi ex fornicatione descendens ad primum, & secundum gradum tantum cohibuit.

Ad

Ad contrahendum vero hoc impedimentum affinitatis copula debet esse omnino perfecta, ut definivit Pontifex *Benedict. I. in Can Lex Divina* 18. *Caus.* 27. *Quest.* 2. & docuit *D. Thomas in* 4. *Distinct. Quæst. unic. artic.* 1. *quæstiuncul.* 4. *ad* 2. Super modo vero probandi impedimentum hujusmodi Alexander III. hæc sancivit *in Cap. Super eo* 22. *De Testib.* = *Respondemus, quod si non est firmatum matrimonium inter eos, matre asserente ipsos esse consanguineos non debent conjungi; Si vero est firmatum matrimonium non debet sine plurium juramento dissolvi & in Cap.* 3. *De eo qui cognov. cons.* = *De illo qui uxorem Fratris antequam in matrimonium jungeretur se proposuit cognovisse, respondemus, quod nisi hoc publicum, & notorium fuerit, aut idoneis testibus comprobatum, prædictum matrimonium occasione illa ipsum impetere non permittas.*

Hinc receptissima obtinet distinctio. Aut enim agitur de matrimonio nondum contracto, & tum levis sufficit affinitatis probatio, aut agitur de matrimonio contracto, & tunc requiritur plenissima probatio, ut summa consensione tradunt *Sanchez De Matrim. Lib.* 1 *Disput.* 71. *num.* 11. *Ursaya Discept. Eccles.* 22. *tom.* 5. *part.* 2. *numer.* 13. *Schmalzgrueb. Jus. Eccles. univ. Lib.* 4. *part.* 3. *tit.* 13. *num.* 30. Hanc distinctionem sequta est Sacra Congregatio *in Surrentina Matrimonii* 23. *Julii* 1721. *in Ravennaten. Matrimonii* 23. *Augusti* 1725., *in Meliten. Nullitatis Matrim.* 15. *Julii* 1768. Hisce enim casibus parvi fecit testes minus idoneos, & dubios, ac etiam juramentum Conjugum, quia agebatur de matrimonio jam contracto dirimendo. Quando vero agitur de matrimonio contrahendo unicus etiam testis sufficit ut *ex Cap. Præterea* 12. *De Sponsal.* Sed necesse est ut testis de certa scientia loquatur ut tradunt *Reinffenstuel in Decretal lib.* 2. *tit.* 20. *num.* 317. *Sanchez de Matrim. Lib.* 1. *Disput.* 71. *num.* 11. Juramentum vero eorum, qui impedimento tenentur, nil sane relevat ubi matrimonium contractum sit, ne matrimonium ex eorum juramento colludatur, ut inquit Celestinus III. *in Cap. super eo De eo qui cognov.* Sed ubi matrimonium sit adhuc contrahendum juramentum attenditur, ut *ex Gloss. in Citat. Cap. super eo verb. confess.*

Sane in re nostra quinque testes dubitativi sunt, & potius

tius quàm de certa scientia impedimenti deponant, ex dictis, & factis Christinæ, & Mascioni de impedimento conjecturam faciunt. Unicus testis Lucilla narrat complexus utriusque, numquam vero fornicationis actum. Videant EE. PP. cum agatur de re difficilis probationis, & de matrimonio contrahendo, num sufficiant conjecturæ ad probandum impedimentum, vel potius deferendum sit juramento Christinæ & Josephi, qui negant sese umquam congnovisse. Præ oculis quoque habeant Resolutionem hujus S. Congregationis *in Balneoregien Impedimenti* proposita in Folio *diei 12.Maij* 1770.In illa causæ specie agebatur de matrimonio contrahendo inter Magdalenam Barberini, & Dominicum Antonium Fiani. Unica mulierenla deponebat se conspexisse Annam Mariam Sororem germanam sponsæ complexam cum Dominico Antonio, *ut proximum accessum prope eam e conspectu manentis significaret*. Aderat alter testis, qui de copula audierat. Sed jurata Dominici Antonii. & Annæ Mariæ declaratio carnalem copulam excludebat. Nihilominus proposito Dubio = *An constet de impedimento affinitatis* responsum fuit in sequenti Congregatione 16. Junii = *Negative* =.

Impressum Memoriale distribuunt Christina Boni & Carolus Mascioni, in cujus summario plures adducunt testes, ut probent exceptiones *in persona*, quoad contrarios Testes, simulque,ut defendatur honestas ipsius Christinæ.

Dubium proponitur.

An constet de impedimento affinitatis in casu &c,

Negativè.

AN-

ANCONITANA DISMEMBRATIONIS, ET REINTEGRATIONIS. Instante Præsbitero Carolo Ciocco- *Sess.21.Cap.4. de Reform.*
li Parocho S. Joannis Baptistæ Civitatis Anconæ quæsitum fuit in Congregatione diei 30. *Aprilis* 1803. *An sit servanda dismembratio, seu potius sit concedenda reintegratio Parocho S. Joannis, & quomodo*. Rescriptumque fuit = *Negativè ad primam partem. Affirmativè ad secundam* = Nemine tum contradicente reintegratus fuitParochus ad eas regiones rusticas,quæ tempore publicæ perturbationis irrite dismembratæ fuere, & præcipue ad regionem *di Montagnolo*, & *Posatore*, in qua constitutus post dismembrationem fuerat Parochus Præsbiter Sanctes Bucciarelli. Sed antequam causa hæc proponeretur, Curia Ecclesiastica Anconæ sub die 16. Novembris 1802. præceptum Bucciarellio dedit, ne Parochi munus exerceret. Postquam vero ex Resolutione S. hujus Congregationis data reintegratio est Parocho Cioccoli hic novum deputavit Cappellanum Curatum, & a Curia Ecclesiastica alterum præceptum obtinuit sub die 26. *Maij* 1803., quo compellebatur Bucciarellus ædes Parrochiales vacuas reddere. Bucciarellius a primo præcepto Curiæ Ecclesiasticæ reclamavit ad S. Congregationem Episcoporum, & Regularium,& rescriptum obtinuit sub *die* 27.*Januarii* 1803. = *Circumscripto Præcepto Curia Ecclesiastica procedat ex integro servatis servandis* = Ratus Bucciarellus ex hoc Rescripto circumscriptum fuisse etiam alterum præceptum instante Parocho Cioccoli a Curia Ecclesiastica transmissum, censuit reintegrationem obtinere posse ad paræciam *di Montagnolo*, cujus dismembrationem jam irritaverat Resolutio hujus S. Congregationis.Quare Ciocculus reclamavit ad R.P.D. Auditorem SSmi, decretumque obtiuuit = *Servari acta facta in S. Congregatione Concilii cum omnibus inde secutis, & præsertim præceptum datum D. Bucciarelli* = Hoc tamen decretum dissimulans Bucciarellus iterum a S. Congregatione Episcoporum, & Regularium aliud impetravit Rescriptum = *Dentur Litteræ Compulsoriales, in reliquis utantur Partes jure suo in S. Congregatione Concilii*. Cum tamen a Curia Ecclesiastica reintegrationem obtinere non potuerit Buc-

Bucciarellius, novas præces dedit SSmo, in qua reticitis his, quæ exposita sunt, postulabat reintegrationem ad formam Rescripti S. Congregationis Episcoporum, & Regularium sub die 27. *Januarii* 1804. Hinc Episcopo Administratori per Epistolam ex officio Congregationis Episcoporum, & Regularium datam sub die 13. *Julii* 1804. injunctum fuit Episcopo, ut Bucciarellium ad Paræciam *di Montagnolo* reintegraret. Tum Ciocculus omnia narravit Sacratissimo Principi, eoque imperante delegatus est Bucciarellius ad S. hanc Congregationem, ut sua jura quoad Paræciam *di Montagnolo* experiretur.

Hic igitur nunc juncto fœdere cum habitatoribus regionis *Montagnolo* & *Posatore* postulat, ut sua jura proferre posset adversus Resolutionem *diei* 30. *Aprilis* 1803. Parochus Cioccoli distribuet impressam *Allegationem* in qua eadem fere habet, quæ in præterito Folio exposita sunt, ut nullitatem dismembrationis demostret, reintegrationemque exoret. Defensor vero Bucciarelli dum hæc sub prælo erant *Allegationem* impressam exhibuit cujus summa capita ob temporis angustiam hic adnotare non possum.

Reassumpto itaque priori Folio EE. PP. deliberare dignabuntur.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

In Decisis, & amplius, & ad D. Secretarium, & ad Mentem.

RO-

ROMANA SUSPENSIONIS NOMINATIONIS. Iterum nunc Moniales Sanctæ Ceciliæ postulant suspensionem nominationis duarum Cappellaniarum, quas in eorum Ecclesia fundavit clar. me. Cardinalis Sfrondati, quarum Preces rejectæ fuere in Congregatione *diei* 2. *Junii* 1804. in qua proposito dubio = *An, & ad quod tempus sit locus suspensioni nominationis Cappellaniarum* = rescriptum fuit = *Negative* = Nunc vero ex Ratiocinatoris calculis demostrant, quod reditus hæreditatisSfondrati pares non sint ferendo oneri quatuor Cappellaniarum. Nam sive ob diminutos fructus census, sive ob reductos fructus Locorum Montium annui reditus decrevere in scutis 290., & expensæ ob aucta vectigalia accrevere ad annua scuta 84. Quare suspensis etiam duobus Cappellaniis vix supersunt annua scuta quindecim. Ex his Eminentissimus Protector in sua *Informatione* censet necessariam omnino esse suspensionem. *Nam suspensis etiam,ut Moniales optant,duabus Cappellaniis de quibus in præcibus, annui reditus hereditatis non superant exitum in majori, quam scutorum quindecim, & obolorum nonaginta, summa, quæ sane adeo exigua est, ut vix ullo in pretio habenda videatur. Hinc vero suapte natura consequitur, quod si suspensio non concedatur, certus superabit annuus hæreditatis reditus in summa scutorum* 144. 10., *cum utraque Cappellania annuam scutorum* 160. *summam absorbeat.* *Sess.21.Cap.7. de Reform.*

Idcirco in præterita propositione rejectæ fuere preces Monialium, quia censuerunt EE. PP. suspensionem Cappellaniarum cedere in utilitatem Monasterii. Id quod aperte adversabatur voluntati ipsius Fundatoris, qui expresse declaraverat = *che detta credità ceda non a beneficio del Monastero, ma a solo commodo utilità, ed onore della Santa, e sua chiesa* = At nunc alia ex causa suspensio poscitur, quia diminuti sunt reditus hæreditarii, ut oneribus sint impares. Quid hoc momenti habeat, ut a suscepta deliberatione

recedi nec ne debeat, EE. PP. pro sua Sapientia videbunt.

Dubium proponitur,

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Dilata, & ad Secretarium pro firmatione Status hæreditatis, & exhibitione integræ fundationis Sfondrati.

Sess. 21. Cap. 7. de Reform.

TUDERTINA REDUCTIONIS ET ABSOLUTIONIS. Duo in Congregatione diei 25. Maij 1805. proposita fuere Dubia *I. An & quomodo sit locus Reductioni onerum II. An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritum* & EE. PP. rescripserunt = *Dilata & scribatur Episcopo juxta mentem. Mens est quod referat audito Capitulo S. Ceciliæ, & Patronis quatenus adsint utrum redditus Cappellaniarum augeri possint trasmissa notula omnium bonorum, & particula ultimi catastrus quantitatis, & valoris eorumdem, nec non de inopia, & impotentia supplendi tam quoad Cappellanum, quam quoad hæreditatem defuncti.*

Ex remissis particulis Catastri constat Cappellaniam a Capitulo administratam possidere fundos rusticos in summa scutorum 299. 50. Cappellaniam vero ab Arcangelo Salvatori possessam in summa Scutorum 506. 50. Vicarius vero Capitularis respondit = *Audito Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ Oppidi Aquaspartæ plane comperii nullo modo succurri posse Rectoribus utriusque Cappellaniæ, ut earum proventus augeantur, atque inde Cappellani condignam mercedem pro merito servitii in eadem Ecclesia exhibendi consequantur. Siquidem bona*

na universa defuncti institutoris utriusque Cappellaniæ pro earum dotatione impensa fuere, nulla idcirco spes restat ut aliquod haberi possit dotis augumentum. Si Cappellanos ipsos respicimus nulla eis profecto suppetit via ad Cappellaniarum reditus augendos, nisi Prædia rustica, ex quibus dos utriusque Cappellaniæ conflata est in meliorem statum rediguntur, quod sane impossibile est, ut præstent hodierni Cappellani, quorum multiplicia, eaque satis gravia sunt onera, quique ob annuorum reddituum tenuitatem necessaria congrua destituuntur.

Reproponitur causa sub iisdem Dubiis.

I. An & quomodo sit locus reductioni in casu &c.

II. An sit consulendum SS̃mo pro absolutione quoad præteritum in casu &c.

Non pròposita cum sequenti.

TUDERTINA REDUCTIONIS, ET TRANSLATIONIS. Cappellam in Ecclesia Hospitalis Caritatis proprio ære constructam Nicolaus Montini auxit simplici Beneficio nuncupato Divo Emigdio, in cujus dotem duo prædiola & annuum Canonem ab ipso hospitali exigendum tradidit, ex cujus reditibus, ut ipsius Instrumenti Fundationis utar verbis, *Cappellanus in dicto Altare teneatur celebrare seu celebrare facere per alium Sacerdotem duas Missas pro qualibet hebdomada pro salute ipsius dotantis, & suæ uxoris.* Distat hæc Ecclesia Charitatis quingentis fere passibus a Civitate per iter preruptum & hyberno tempore lutulentum. Quo factum est, ut Beneficiati non per se ipsos, sed *Sess. 21. Cap. 7. de Reform.*

per Cappellanum Hospitalis celebrationem geminæ Missæ hebdomadalis prestiterint. Postea translato hospitali ad Monasterium *Montis Christi* deserta est Ecclesia Charitatis, ut Beneficiatus ægre celebrationem ibi satisfacere posset, cum nec sacros suppellectiles, nec quemquam inveniret, qui ei in celebratione Missæ servitium præstaret.

Hinc Cappellanus Philippus Præsbyter Ricciarelli Missas in Cathedrali postea celebravit. Verumtamen in Visitationibus expletis in Hospitale annis 1795.,. 1796. 1797.,& 1802. a cl.Me.Cardinali Borgia Visitatore Apostolico percontatus est Ricciarellius,cur Missarum celebrationem ad Cathedralem transtulerit,responditque se id impetravisse a cl. me. Card. Carrara decessore Visitatore Apostolico. Sed revera numquam probavit se id obtinuisse. Quare Ricciarellius exoràvit abEpiscopo Tudertino opportunis facultatibus munito, ut in Cathedrali missarum onus ad certum tempus impleret. Quo tempore expirato difficillimum putans Rector in presenti Ecclesia Hospitalis celebrationem implere, beneficium dimisit.

Vacatum Beneficium consequtus est Clericus Felix Gregori ex nominatione Benedicti Benedettoni, cui ex fundatione jus nominandi pertinet. Ex hisce quæ exposita sunt, & ex aucta missarum eleemosina postulat Felix Gregori Modernus Rector tum translationem celebrationis Missarum ad Cathedralem, tum reductionem ad rationem redituum cum ex beneficio redeant annua scuta *sexdecim* & oboli *sexaginta* quæ ex vectigalibus in scutis uno & obolis *triginta quinque* diminuntur ad *scuta quindecim & obolos viginti quinque*. Ejus votis assentitur Patronus repugnant Deputati Hospitalis, qui putant ex Decreto Emi Borgia Visitatoris explendam esse celebrationē in presenti Ecclesia Hospitalis, & Patronos teneri ad supplendum quidquid deficit ad legatum implendum. Episcopus vero censet *ut aliqua Missarum reductione ab onere reditibus incongruo relevetur Orator, missasque ipsas in Cathedrali,& in ejus Sacello, & Altari, quod in honorem S. Emigdii dicatum ibi quoque existit, implere valeat, eo duntaxat onere injuncto, ut aliquoties*

ties infra annum & signanter tum in die festo ejusdem Sancti, tum in die obitus Testatoris anniversario, ne ejus deleatur memoria, in ipsa Ecclesia per testatorem designata Sacrum faciat. Proposita fuit causa per Summaria Precum in Congregatione *diei* 22. *Junii proxime præteriti* rescriptumque prodiit = *Dilata & transmissis fundatione, & Decreto Eminentissimi Borgia reproponatur* = Verba fundationis eadem sunt, quæ superius excripsi. Nullum vero, ut supponebant Deputati Hospitalis, adest decretum Eminentissimi Borgia, nisi illud quo monebatur Ricciarellius, ut ostenderet annuente Cardinali Carrara se Missarum celebrationem ad Cathedralem transtulisse.

Cum ex Beneficio libera supersint annua scuta quindecim & oboli *triginta quinque*, hæc sane non sufficiunt ad celebrationem geminæ Missæ hebdomadalis sive quatuor supra centum annuarum. Nam eleemosina ipsa manualis aucta est ex consuetudine, non ex Lege Synodali ad obolos quindecim ita ut necessaria forent pro implemento Missarum Scuta quindecim, & oboli *sexaginta*. Agitur præterea de onere perpetuo, ut proinde reductio concedenda videatur ad taxam perpetuam Conc. Rom. habita ratione ad reditus detractis vectigalibus. Perperam vero Deputati Hospitalis contendunt, quod a Patrono supplendum sit quidquid deficit ad implementum Missarum. Nam Testator certos assignavit & tradidit fundos pro dote Beneficii, ac propterea Patronus, qui cæteroquin non probatur hæres fundatoris ad supplementum non tenetur.

Quod vero pertinet ad translationem, certam quidem Fundator destinavit Ecclesiam Hospitalis Charitatis, non ut alumni illius Hospitalis missam haberent, sed ob devotionem, quam ipse profitebatur erga Divum Emigdium, cui Cappellam dicaverat. Si igitur Hospitale ad alium loco translatum fuit non potest cogi Beneficiatus, ut in presenti Ecclesia celebret, cum missa relicta non non sit pro comodo Hospitalis. Quod si vetus Ecclesia deserta fere nunc est, & ægre in illa celebratio præstatur, sequenda videtur Sententia Episconi, qui putat transferri posse celebrationem ad Cathedralem ad altare, quod D. Emigdio nuncupatum

est

est. Ita enim quodammodo voluntati testatoris satisfactum videtur, & cogi poterit, ut Episcopus proponit, Beneficiatus ad celebrationem in Ecclesia *Charitatis* in die anniversario obitus Testatoris, & in die Festo S. Emigdii.

Dubium proponitur.

An, & quomodo sit locus reductioni, & translationi Missarum in casu &c.

Die

Die Sabbathi 7. Septembris 1805. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

TUDERTINA REDUCTIONIS, ET ABSOLUTIONIS. *Sess. 21. Cap. 7. de Reform.*

I. An, & quomodo sit locus reductioni in casu &c.

II. An sit consulendum SSmo pro absolutione quoad præteritum in casu &c.

Ad I. Affirmative ad decennium celebratis tot Missis quot reditus ad taxam perpetuæ, & firmo tantum onere coadiuvandi Parochum suspensis reliquis oneribus.

Ad II. Affirmativè celebratis Missis inadimpletis post Decretum Visitationis Episcopi ad manualem.

TUDERTINA REDUCTIONIS, ET TRANSLATIONIS. *Sess. 21. Cap. 7. de Reform.*

An, & quomodo sit locus reductioni, & translationi Missarum in casu &c.

Affirmative ad manualem, quo vero ad translationem juxta votum Episcopi ad decennium.

URBINATEN. NULLITATIS CONTRACTUUM. *Sess. 7. Cap. 8. & 17. de Regul.*

Rogati EE. PP. in Congregatione dici 18. Augusti 1804. *I. An constet de nullitate Contractuum, quoad Canonicos Regulares S. Augustini. = II. An constet de nul-*

nullitate Contractuum , quaad PP. Carmelitas . = III. An , & quomodo sit servanda oblatio Sextæ = responderunt . Ad I. , & II. = *Negativè* = Ad III. = *Affirmativè* = Succumbentes Cœnobitæ novæ Audientiæ beneficium impetrarunt , & hodie novam Allegationem distribuunt . Acquirentes verò bonorum pro reassumptione supplicant . Causa hæc fusius exposita est in Folio Congregationis *diei* 18. *Augusti.* 1804. , quo reassumpto dirimenda erunt Dubia .

I. An sit standum , vel recedendum a Decisis , quoad primum Dubium in casu &c.

II. An sit standum , vel recedendum a Decisis , quoad secundum Dubium in casu &c.

III. An sit standum , vel recedendum a Decisis , quoad tertium Dubium in casu &c.

Dilata , & ad D. Secretarium pro deputatione Periti sumptibus instantium , & deinde cujus de jure .

Sess. 24. Decret. de invocat. , & venerat. sanct.

TURRITANA . Proposita hæc Causa fuit in Congregatione diei 27. Aprilis 1805. novem oblatis Dubiis , scilicet . = *I. An ex Cappella Sodalitii removenda sit Icon Beatæ Mariæ Virginis Septem Dolorum . = II. An & quomodo Sodales possint celebrare Septennarium ante Festum Beatæ Mariæ Virginis Septem Dolorum , & peragere Processiones cum Icone præcipuè in Feria VI. majoris hebdomadæ . = III. An cogi possint PP. Servitæ ad interventum in Septennario , & in Processionibus . = IV. An Religiosus Servita esse debeat corrector Sodalitii exclusivè a quocumq. alio Cappellano = V. An pro S. Functionibus a Sodalitio peragendis Sodales , seu potius PP. Servitæ præstare debeant S. Utensilia = VI. = An emolumenta funerum percipi deòeant a PP. Servitis ,*

ita

ita ut sit locus restitutioni quoad emolumenta a Sodalibus percepta = VII. = An, & quomodo præstanda sit PP. Servitis æleemosina Missarum, quas pro Sodalitio celebrant = VIII. = An liceat Confratribus in Ecclesia, & Pulpito Servitarum habere etiam per extraneum Sacras Conciones non accedente Patrum consensu = IX. = An, & quomodo moderandæ sint conventiones inter PP. Servitas, & Sodales circa usum Altaris Majoris = Hæc Dubia EE. PP. dirimerunt hisce responsis = Ad I. = *Negativè* = Ad II. = *Affirmativè juxta solitum* = Ad III. = *Non esse cogendos, sed hortandos* = Ad IV. = *Affirmativè* = Ad V. = *Affirmativè ad primam partem, negativè ad secundam* = Ad VI. = *Affirmativè, & quoad præteritum Archiepiscopus curet concordiam* = Ad VII. = *Affirmative juxta Concordiam anni* 1614. = Ad VIII. = *Negativè* = Ad XI. = *Negative* = .

Postulante P. Procuratore Generali Ordinis Servitarum potestatem feci, ut iterum sua iura deducere posset quoad primum, & secundum Dubium, in quibus PP. Servitæ succubuerunt. Memoriale impressum tur Testes, qui deponunt ab annis tantum decem & octo, aut viginti Confratres retinere Iconem Beatæ Mariæ Virginis Septem Dolorum in eorum Cappella, quodque præcipua devotio Populi feratur in Iconem, quæ est in Cappella Religiosorum, itaut neque observantia Confratribus faveat, neque timenda sit Populi offensio, si ex eorum Cappella Icon removeatur. Reassumpto itaque priori folio EE.VV. delibe-rare dignabuntur.

I. An sit standū, vel recedendum a Decisis quoad primum Dubium in casu &c. =

II. An sit standum, vel recedendum a Decisis quoad secundum Dubium in casu &c. =

Dilata, & scribatur Archiepiscopo juxta mentem.

Sess. 7. Cap. 8. *de Reform.*

EUGUBINA VISITATIONIS Templum in Foro Agonali ab inclita gente Pamphilia ædificatum multis privilegiis decoravit Summus Pontifex Innocentius X. ex eadem nobilissima Familia prognatus. Cæteris enim omissis illud ad præsentem controversiam pertinet, & scire præstat, quod anno 1684. tum Ecclesiam *S. Sebastiani prope*, *& extra muros* Civitatis Alatrii, tum Monasterium *S. Benedicti de Monte Podio* seu *de S. Benedicto veteri* Eugubinæ Diœcesis perpetuo univit Ecclesiæ S. Agnetis *cum omnibus juribus*, *jurisdictionibus temporalibus*, *& spiritualibus aliisque rebus*, *& bonis quibuscumque prævia illius suppressione*, *extinctione*, *& ad secularem statum reductione*. Cum vero in eadem Ecclesia S. Agnetis unus ex S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus *Protectoris* nomine constituisset, qui eidem præesset, ita eidem jus dedit, ut Ecclesias unitas S. Sebastiani, & S. Benedicti administraret ita, ut suppressi Monasterii, *& S. Sebastiani Ecclesias prædictas*, *loca*, *personas*, *res*, *& bona a quacumque Eugubini*, *& Alatrini Episcoporum respective*, *& Abbatum prædicti Ordinis S. Benedicti nunc*, *& pro tempore existentium visitatione*, *correctione*, *jurisdictione*, *& quavis alia superioritate tam in spiritualibus*, *quam in temporalibus motu scientiæ*, *& potestatis plenitudine*, *ac auctoritate*, *& tenore similibus penitus*, *& omnino liberemus*, *absolvimus*, *eximimus*. Hæc patent ex *Motu proprio* ejusdem Pontificis datum VII. *Kalendas Octobris anno* X.

Plures obortæ sunt controversiæ *anno* 1773. inter Eminentissimum Protectorem, & Episcopum Eugubinum, quæ respiciebant deputationem Vicarii Curati in Parœciis S. Benedicti *Veteris*, *& S. Crucis de Murena*. Quæ controversiæ delatæ sunt Judicio S. Congregationis septem propositis Dubiis in Congregatione *diei* 13. *Maii* 1773. inter quæ quarto loco disputatum *An Vicarii electi ab Eminentissimo Protectore examinari*, *& approbari debeant ab Episcopo Eugubino ante exercitium curæ animarum*, *sive potius percipere possint exercitium curæ independenter a qualibet confirmatione & approbatione dicti Reverendissimi Episcopi* = Responsumque prodiit in Congregatione dici 28. Augusti = *Negative ad primam partem affirmative ad secundam* = Hoc sane rescriptum ita annotatum esse re-

co-

cognovi a tergo positionis manu R. P. D. Archiepiscopi Petrensi tum S. Congregationis Secretarii, itaque descriptum tum in Regestro parvo, tum in autographo Decretorum S. Congregationis Concilii *anni* 1773. Proindeque dubitari non potest quin typographi error irrepserit in *folio impresso in Thesaur. Volum.* 42. *pag.* 134., in quo Rescriptum hujusmodi versa vice exprimitur = *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam* =

Nova nunc controversia exarsit super Visitatione trium Paræciarum S. Benedicti Veteris, S. Crucis de Murena, & S. Petri de Salia. Nam Eminentissimus, & Reverendissimus Cardinalis Antonius ab Auria Protector ex privilegio Innocentii X. sibi competere authumat tamquam moderno vigilantissimo Protectori S. Agnetis. Reverendissimus vero Episcopus Eugubinus saltem ex jure delegato, quod Episcopis dat Tridentina Synodus visitationem facere posse credit quoad paræcias illas licet S. Agneti unitas. Uterque suos dedit *Relationes* & mandante Sanctissimo Domino Nostro controversia omnis judicio hujus S. Congregationis permissa est. Distribuendarum allegationum hæc sunt summa capita.

Tum ex privilegio expresso in motu proprio Innocentii X. tum ex vetusta observantia contendit Eminentissimus Protector sibi quæsitum fuisse jus visitandi tres illas Paræcias, de quibus nunc controversia est. Nam ex ipsis verbis *Motus Proprii* arguit omnimodam, & activam jurisdictionem datam esse Eminentissimo Protectori, & ablatam Episcopo Eugubino super rebus, & personis tum in spiritualibus, & temporalibus. Hinc concludit, quod super hisce tribus Parœciis careant Episcopi ordinaria jurisdictione, nec delegatam ex Tridentino manantem proferre possint. Nam S. Synodus infirmavit quidem privilegia omnia quæ antea concessa fuerant, sed posterioribus & futuris derogare neque potuit, neque voluit. Quare cum privilegium concessum *anno* 1684. Protectoribus S. Agnetis ab Innocentio X. consequtum sit Concilium Tridentinum, sequitur, ut firmum stare oporteat, ceu do-

cent *Fagnan. in Cap. ex parte de Privileg. nu.26. Barbos. ad Concil. Trident. Sess.23. de Reformat. num.1. Gratian. Discept.* 940. *num.16.* Porro ex observantia quæsitam hanc jurisdictionem quoque sibi asserit Eminentissimus Protector. Nam probatur per longum temporis spatium exercuisse semper actus illos, qui temporalem,& spiritualem jurisdictionem evincunt:De creta tulisse,judicem retinuisse,in facinorosos animadvertisse, vicarios deputasse, parœcias visitasse,& quod potis est veniam concessisse instantibus Episcopis Eugubinis,ut nomine Protectoris parœcias visitarent.

Episcopus vero Eugubinus hoc primum statuit, quod nisi Eminentissimus Protector probet se habere jurisdictionem omnino ordinariam cum territorio separato, & qualitate, ut pragmatici ajunt, *vere nullius* non possit se subtrahere ab illa jurisdictione, quam Tridentina Synodus saltem nomine Sedis Apostolicæ Episcopis omnibus delegavit;ut docet *Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 1. num. 8. Galliard. Instit. Juris Canon. lib.1. tit.24. n.1.* Negat porro quod ex Motu Prop. Innocentii X. umquam separatum sit Territorium & Pareciæ illæ nominatim avulsæ a Diœcesi Eugubina. Quæcumque vero fuerit activa jurisdictio concessa Eminentissimis Protectoribus & exemptio, numquam hoc secumferet separationem & divisionem Territorii ad tradita per *Rota in recent. decision. 304. numer. 11. part. 11. in Paderbonen. Jurisdictionis 8. Martii 1756. §. 13. coram Bussio.* Immo vero si in ipso *Motu proprio* eximuntur tres Parœciæ a passiva juris lictione Episcopi Eugubini, hoc satis argumenti est, quod separatæ non fuerint a Diecesi, cum facta separatione, eo ipso a jurisdictione Episcopi immunes erant. Ex his concludit, quod exemptio Emo Protectori concessa ad summum sit ab ordinaria, numquam vero a delegata jurisdictioneEpiscopi,ut tradunt *Marescot.Variar. Resolut. lib. 2. cap. 15. num. 4. & 5. Lotter. de Benef. lib. 1. quest. 25. num. 23. Rota coramCaprar. dec. 401. num. 13.*

Maxime vero cum ex actis S. Visitationis probet Episcopos Eugubinos Parecias illas lustrasse. Ita sane fecisse con-

contendit Episcopus Mancinforti *an.* 1712., & *an.* 1724. ita Episcopus Cavalli *annis* 1726. 1731. 1733. 1740. 1744. ita Episcopus Cingari *annis* 1750. & 1760. Si quando vero Episcopi ab Emis Protectoribus veniam postularunt visitandi, id sane nullum præjudicium inferre poterat juribus successorum. Accedit preterea quod Episcopi Eugubini oleum Sanctum dederunt Vicariis curatis, probarunt eos, qui in dictis Paræciis confessiones excipiunt, ordines absque Dimissoriis dederunt, & discessum iis, qui in Paræciis hujusmodi degunt. Litteræ testimoniales, fides status liberi proclamationes, veniæ contrahendi matrimonia a Cancellaria Episcopali relaxantur. Indicitur Kalendarium, indulgentiæ, Jubilæa. Quæ omnia in his Paræciis ab Episcopis exercita demonstrare contendit modernus Episcopus, quod ipse Jurisdictionem in illa territorii parte retinuit, ut proinde numquam fuerit separatum.

Dubium proponitur.

An Episcopo Eugubino competat jurisdictio ordinaria, seu potius delegata Sedis Apostolicæ ad effectum visitandi Ecclesias Parrocchiales S. Benedicti Veteris, S. Crucis de Murena, S. Petri de Salia in casu &c.

Negative in omnibus.

TO-

Sess.22.Cap.6. de Reform.

TOLENTINATEN. REDUCTIONIS CANONIS. Ex Rescripto SSmi *diei* 21. *Januarii* 1803. jussa est erectio unius, alteriusque Cappellaniæ Curatæ in agro Tolentinatensi, ne ruriculæ spiritualibus subsidiis carerent, pariterque, ut consuleretur stipendio utriusque Cappellani cautum est, ut bona Sodalitiorum S. Catervi, seu SSmæ Trinitatis & S. Joseph Civitatis Tolentini in perpetuam concederentur Emphitheusim, & ex Canone ab Emphitheuta persolvendo representaretur stipendium Cappellanis singulis ad annua scuta centum. Uti Sacratissimus Princeps mandaverat, ita factum est, & affixis ædictis concessa est ex Rescripto hujus S. Congregationis *diei* 26. *Martii* 1803. perpetua Emphytheusis Josepho Andreæ Benaducci, qui utiliores fecerat conditiones. Obtulit enim pro persona nominanda se in causam canonis soluturum annua scut. *octingentum*, nimirum scuta *sexcentum* pro bonis Sodalitii SSmę Trinitatis, & scuta *biscentum* pro bonis Sodalitii S. Joseph, & præterea spondidit solvere vectigalia imposita & imponenda, & manutentionem bonorum, & expensas pro muniendis ripis Fluminis *Chienti*, & torrentis *Cesoloni*, quæ dictis bonis affluunt, solidalemque prestitit fidejussionem Nicolai Rutiloni. Cui oblatori Benaducio cum deliberata esset Emphyteusis, hic statim solicitus fuit Bullas Apostolicas, & decretum exequutoriale Episcopi obtinere, & bonorum possessionem nactus est.

Sed quantum præceps fuit Benaduccius in oblatione facienda, tantum postea deses factus est in perficiendo contractu ita ut oportuit Promothori Fiscali eum ad stipulationem Instrumenti compellere, quæ previo decreto in Curia Episcopali lato sub die 29. *Augusti* 1803 facta est ex Officio die sequenti 30. Augusti. Ab hoc decreto interposita ad S. hanc Congregationem appellatione Benaduccius primum rescissionem contractus postulavit, mox vero reductionem tantum canonis. Commissum est Episcopo, ut confratres utriusque Sodalitii audiret. Refert Episcopus in sua Informatione *diei* 27. *Januarii* 1804. = *quod habita fuit in dicta Tolenti-*

tini Civitate Congregatio Sodalitatum S. Josephi ac S. Catervi. Illa S. Josephi in sua resolutione decrevit nihil imminuendum esse Canonem a Joanne Andrea Benaduccio oblatum pro Emphitheusi perpetua bonorum dictæ sodalitatis. Altera S. Catervi in sua resolutione, (quæ licet non habuerit duas ex tribus suffraggiorum partibus majore tamen numero habuit suffragia), decrevit posse Benaduccio concedi detractionem annuam scutorum centum quinquaginta.

Hinc Benaduccius nova scripta Singrapha *die* 23. *Aprilis* 1804. quo Canonem se solutorum spondebat ad scuta annua *quatuorcentum* cum eadem Rutilonii fidejussione, ut in prima Oblatione pro hac tantum summa reductionem Canonis deprecatus est. Denuo rogata est sententia Episcopi, qui in posteriori Informatione data *die* 27. *Aprilis* 1804. refert quod *comprobato vero annuali bonorum reditu libero, detractis omnibus oneribus, quibus necessariò sunt affecta, utendo etiam secreta opera probati, & periti viri, evidenter patuit quod Canon ab Oratoribus oblatus in scutis* 800. *cum cæteris onerosis conditionibus etiamsi reductus esset vel ad scuta sexcentum valde excederet realem annuū reditum bonorum in contracta Emphiteutico contentorum. Constat quidem apud omnes considerandum esse tempus, quo prima oblatio facta fuit, cum scilicet oblatores alerentur vera spe vendendi agrorum fructus si non maximo pretio saltem tali, quod ipsi multum esset utile. Attamen spes illa judicio prudenti æstimata, una cum reditibus recte computatis, nullo modo patitur Canonem scutorum* 600. *immo est longe inferior. Hoc adeo certe mihi constat, ut minime dubitarim assentiri Syngraphæ a Benaduccio, & Rutilonio mihi nunc exhibitæ in qua renuntiando omnibus juribus sibi competentibus pro tuenda invaliditate oblationis ab ipsis factæ pro scutis* 800. *promittunt prestituros esse Canonem annuum scutorum* 400. *firmis in reliquis remanentibus omnibus conditionibus in predicta oblatione, & Bulla Apostolica concessionis Emphiteusis.*

His acceptis ab Episcopo causa ad Folium delegata est disceptanda in contradictione partium, & præfixum tem-

tempus idoneum Sodalitiis, ut jura sua proferrent. Sodalitium Sanctissimæ Trinitatis seu S. Catervi primum utiliorem censuit rescissionem contractus, quam Canonis diminutionem. Sed iterum habitis Comitiis *die* 17. *Martii* 1805. probavit, uno tantum ex septemdecim discrepante suffragio, ut Canon pro bonis ad Sodalitium pertinentibus ad annua *scuta* 300. reduceretur. Sodalitium vero S. Josephi acriter obstitit tum rescissioni, tum reductioni: & quamquam in Comitiis diei 31. Martii 1805. indulgeret reductionem canonis pro bonis ad se spectantibus ad scuta 140.; attamen recusante Rutilonio [cui Benaduccius omnia jura cessit] hanc conditionem accipere, vadimonium obire deliberavit. Proponitur nunc causa acriter inter se contendentibus Sodalitio S. Josephi, & Rutilonio, qui impressas distribuent *Allegationes*. Sodalitium vero Sanctissimæ Trinitatis præces impressas dabit, ut probetur reductio Canonis, quam in scutis 300. cum Rutilonio convenit.

Læsum se enormiter fuisse conquerit Rutilonius, dum pro emphitheusi bonorum Sodalitii S. Josephi spondidit Canonem scutorum 200. Nam ex testibus probare contendit bona hujusmodi vix reddere annua scuta octoginta portionis dominicalis, ex calculo vero triplicis decennii ab anno 1758. ad annum 1787. [scilicet quindecim fere ante annos quam facta essetEmphitheusis] non plus ex his bonis rediisse quam annua scuta 65. 34., non detractis oneribus quæ requirunt annuam summam scutorum 29. 90.. Dum itaque Rutilonius spondidit scuta 200. læsus quidem est ultra bessem, adeoque nullitatis vitio inficitur contractus ut docent *Constantin. Vot. Decis.* 119. *num.* 7. *tom.* 1. *Rota in Nuperrim. Decis.* 230. *num.* 12. *tom.* 6. *part.* 1. Rescindenda itaque foret, cum ex æquitate *Leg.* 2. *Cod. de Rescindenda Vendit.* succcuratur Emphitheuta, ubi fructus rei emphiteuticæ impares sint pensitando Canoni, ceu docet *Zanch. de læsion. Part.* 2. *Cap.*8. *num.*90. *Rot. in Nullius, seu Carrarien.Contractum* 29. *Novembris* 1756. §.9. *coram Bussio.*

Ni-

Nihilominus ipse Rutilonus postulat, ut Canon reducatur. Ipse enim nunc offert pro emphitheusi bonorum Sodalitii S. Josephi scuta *centum* nomine canonis, & pro fundis Sodalitii Sanctissimæ Trinitatis scuta *trecentum*. Justum esse, utrumque Canonem putat Episcopus, & Rutilonus ex tribus illis decenniis probare contendit bona Sodalitii Sanctissimæ Trinitatis fructus quotannis dare in scutis 169. 18. ex quibus onera sunt tamen detrahenda. Quare si ex bonis utriusque Sodalitii percipiuntur annua scuta 234. 72., profecto perutilis Locis Piis censeri debet Canon in annuis scutis 400., susceptis omnibus oneribus ab Emphiteuta. Longe enim superat annuum fructum quem Sodalitia percipiebant, nec restat sexta fructuum pars, quam in emphitheusi ecclesiastica salva emphitheutis esse voluit Justinianus *in Authen. Perpetua Cod. de SS. Eccles.* & docet *Zanchius de Læsion. part.* 2. *Cap.* 8. *numer.* 73. & definivit S. Congregatio in *Pivernen. Emphitheusis* 16. *Junii* 1787. Ex his Sodalitium Sanctissimæ Trinitatis assentitur petitæ reductioni Canonis & per separatas preces, ut reductio hujusmodi probetur quoad bona sua, postulat.

Sodalitium vero S. Josephi primi contractus executionem urget, & rescissioni, & diminutioni Canonis omnino adversatur. Nam si tempus Emphithesi proximum inspiciatur, constat quod ab anno 1785. ad an. 1794. hæc bona annuos fructus dederunt in annuis *sc.* 145. 13 ab anno vero 1795. ad annum 1802. scuta 220., minime computatis annis 1798., & 1799., quibus ob publica rerum discrimina sodalitia bonorum suorum fructu caruerunt. Quare ex his læsio ultra bessem omnino reiicitur, neque rescissioni contractus locus esse potest. Negat porro sodalitium concedendam esse diminutionem Canonis. Nam tum demum diminutio Canonis conceditur, cum res Emphiteutica aut pene integra, aut maxima ex parte perempta sit ut ex *Text. in l.* 1. *Cod. de jur. emphitheutic* docet Rota *in Ferrarien. Responsionis super Reductione Canonis* 30. *Aprilis* 1790. §. 3. *cor. Eminentissimo Despuig*: Nusquam

vero probatur quod res emphitheutica perempta sit, sed eadem ipsa bona manent, quorum in possessione Rutilonus versatus est. Neque si pretia frugum diminuta sunt post collibratam æreriam rationem nummorum, hoc satis causæ essè potest, cur diminutio Canonis concedatur. Etenim contractus Emphitheusis ipso instante Rutilonio anno 1803. perfectus est, postquam jam lata erat lex de reducendis pecuniis, & pretiorum mutatio tanti non est, ut diminutionem pensionum, & Canonum secumferre possit, ut statuit Rota *in Romana Resolutionis Affictus* 6. *Julii* 1804. §. 6. *coram Serlupi*.

Ex his quæ fusius in impressis *allegationibus* deducuntur EE.PP. deliberare dignabuntur.

An, & quomodo sit locus exequtioni contractus, seu potius rescissioni, vel diminutioni Canonis, & in qua summa in casu &c.

Dilata, & ad D. Secretarium pro deputatione Periti pro bonis utriusque Sodalitii.

Sess. 21. *Cap.* 7. *de Reform.*

ROMANA JURIUM PARROCHIALIUM. Cura animarum Pareciæ S. Eustachii, exercebatur olim ab Archipresbitero ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ, qui ultra annuum canonem scutorum 90. super quibusdam domibus impositum percipiebat fructus duarum Præbendarum, quæ Archipresbiteratui erant annexæ, quæque singulæ quotannis dabant fructus scutorum biscentum. Anno 1597. instante Cardinali Odoardo Farnesio Titulari, & Capitulo S. M. Clemens VIII. ab Archipresbiteratu dismembravit unam Præbendam, & annuum Canonem scutorum 90., ex quibus constitui vo-

voluit Vicarius perpetuus, & tres Beneficiati Chorales. Jussit præterea ut, præter habitationem, & alia emolumenta, quæ ab Archipræsbitero percipiebantur ratione exercitii curæ, Vicario Curato solverentur præterea a Cammerario Capituli annua *scuta* 58. *pro fructibus grossis*, & alia scuta 224. applicarentur Vicario, & tribus Beneficiatis, quæ ita ab ipsis in causam distributionum quotidianarum lucranda essent, ut ille dimidiam partem, isti aliam dimidiam consequerentur. Tandem sancivit, quod *Vicarius Curatus curam animarum Parocchianorum hujusmodi exercere, ac illis Sacramenta administrare, ceteraque officia, ac munera, Parrochialia subire, & perferre, nec non in choro, & processionibus, aliisque actibus tam publicis, quã privatis ipsius Ecclesiæ S. Eustachii immediate post Canonicas, & ante Beneficiatos sedere, & incedere debeat.*

Vix erecta hac Vicaria, statim lis exarsit inter Capitulum, & Vicarium Victorium Serrano super divisione emolumentorum, sed extincta fuit stipulato Instrumento Transactionis *die* 7. *Aprilis* 1759., in qua nonnulla emolumenta Vicario addicuntur, nonnulla Capitulo, inter quę recensentur Cera, quæ in funeribus colligitur = *e le ova così crude, come cotte, che sogliono contribuirsi per rispetto delle Benedizioni così per le case come in chiesa, che appartengano al Capitolo sebene li Canonici benignamente le dividono pro rata tra essi, il Curato, Beneficiati, Cappellani, Chierici, ed altri Ministri della Chiesa.* Præterea in transactione adscribuntur Capitulo = *li denari donati in elemosina alla Chiesa per causa delle suddette benedizioni, che sono assegnati alla Sagrestia, e li Canonici hanno l' incommodo di soddisfare li ministri, che stanno impiegati all' officio delle dette Benedizioni.* Hanc transactionem observavit Serranus usque ad *annum* 1624., sed postea judicio introducto cor. R. P. D. Bilio delegato ab Emo Vicario Sententiam obtinuit qua integra emolumenta funerum ratione exercitii curæ animarum Vicario Curato addixit. Reclamante Capitulo S. Congregatio Visitationis Apostolicæ interim servandam esse concor-

diam statuit, & S. Congregatio Concilii anno 1726. præfixit Capitulo terminum, ut probaret assertam consuetudinem percipiendi ex funeribus emolumenta.

Occubuit Serranus *anno* 1727. & collata est Vicaria Philippo Tasdue, quo instante una cum Capitulo Urbanus VIII. in litteris Apostolicis transactionem anni 1599. confirmavit. Nihilominus idem Vicarius Tasdue *anno* 1647. impetravit aperitionem Oris, ut ipsam transactionem in discrimen adduceret. Verum eam exequendam esse dixit tum R.P.D. Vicesgerens, tum S. Rota in *decis.* 368. *&* 412. *cor. Molines &* 185. *coram Crispo*. Ita absoluta controversia super emolumentis funerum alia excitata est quoad oblationes, quæ a Parochianis fiunt occasione Benedictionis Domorum, de quibus oblationibus agit quoque transactio. Delata vero est controversia hujusmodi ad S. hanc Congregationem, & *die* 24. *Augusti* 1748. propositum fuit Dubium *An oblationes, quæ fiunt a Parrochianis S. Eustachii Urbis tam in pecunia, quam in aliis rebus occasione Benedictionis Domorum in Sabatho Sancto, quæ fit a Vicario Curato pro tempore, & respective ab aliis Sacerdotibus inservientibus dictæ Ecclesiæ spectent ad Vicarium perpetuum, sive potius ad Capitulum ejusque Sacristiam*. In sequenti vero Congregatione *diei* 14. *Septembris* 1748. prodiit Rescriptum = *Negative ad primam partem. Affirmative ad secundam*.

Ex hisce controversiis aliæ nunc germinant inter modernum Vicarium Curatum Dominicum Armellini & Canonicos S. Eustachii. Ille enim fatetur emolumenta funerum, & oblationes in Sabatho Sancto pertinere ad Capitulum; prout in Concordia *anni* 1599. conventum fuit. Sed contendit sibi jus esse Sacerdotes eligere, & domos destinare, ut Benedictio fiat in Sabatho Sancto, simulque deputare Sacerdotes qui funeribus efferendis intersunt, & tandem exigere, & concordare cum hæredibus defunctorum emolumenta funerum. Contra Capitulum cum hæc jura sibi propria esse defenderet Sanctissimus referente Eminentissimo, & Reverendissimo Præfecto causam remisit ad eum-

dem

dem Eminentissimum = *qua Diaconum Collegiatæ Ecclesiæ S. Eustachii, ut controversias inter Capitulum & Vicarium Curatum, de quibus in precibus, finire & componere curet, si quam vero, aut quas terminare ille non poterit eas ad plenam S. Congregationem Concilii remittat, tum quia aliæ similes questiones ab eadem S. Congregatione inter easdem partes definitæ fuerunt; tum etiam quia ad illam per remedium non denegandæ appellationis tandem devolverentur*. Frustra Eminentissimus & Reverendissimus Præfectus controversias hujusmodi componere curavit; Quare easdem definiendas remisit ab hanc S. Congregetionem sub infrascriptis Dubiis.

Sub I. Dubio quæritur num Capitulum seu potius Vicarius Curatus eligere debeat Sacerdotes, & destinare domos, ut in Sabatho Sancto benedictio fiat. Quadruplici ex titulo hoc jus Capitulum sibi asserit. *Primo* quia Curam habitualem propriam sibi esse contendit; Id quod probat ex eo quod Vicarius Curatus ubi instituitur, jurat obedientiam *Eminentissimo D. Card. Diacono Titulari pro tempore hujus Sacrosanctæ Ecclesiæ, & ejusdem Rmo Capitulo, & Rmis Canonicis tam præsentibus, quam futuris*: Quare Capitulum considerat Vicarium perpetuum tamquam Ministrum, qui non jure proprio, sed Capituli curam exercet, ut docent *Gabriel Cons.* 190. *num.* 10. *Card. de Luc. de Parroch. Disc.* 22. *num.* 7. *Lotter. de Re Benefic. Lib.* 1. *Quæst.* 14. *numero* 100. Hinc concludit quod Capitulo pertineat jus eligendi Sacerdotes, & destinandi domus a singulis benedicendas. *Secundo* hoc jus derivant ex concordia anni 1599. probata ab Urbano VIII. & confirmata ex Rejudicata Rotali *cor Molines & Crispo*. Nam si in ea statuitur, ut oblationes, quæ sive in pecunia, sive in aliis rebus fiunt a Fidelibus Capitulo pertineant *sebene li Canonici benignamente le dividano tra essi, il Curato &c.*, si ex eadem Transactione *li Canonici hanno l' incomodo di sodisfare li Ministri*, profecto ipsis jus esse debet eligere eos, quibus stipendium solvunt, &

de-

destinandi domos, unde oblationes percipiunt. *Tertio* ex Resolutione hujus S. Congregationis anni 1748., qua definitum fuit quod ad Capitulum pertinebant oblationes occasione Benedictionis collectas, ut proinde si ad capitulum spectant oblationes, æque pertinere debet jus deputandi eos, qui illas nomine Capituli colligit. *Quarto* tandem *ex observantia*. Nam septem Testes, quorum alter Sacerdos Codini olim Vicarius Curatus, alii Sacerdotes De Romanis, & Casamayor qui munus vice parochi gesserunt, reliqui tandem, qui servitio addicti sunt omnes, summa consensione deponunt, semper consuevisse Ædituum Capituli deputare Sacerdotes, & designare ipsis domus benedicendas.

Contra hæc Vicarius Curatus contendit, quod ex Litteris Apostolicis Clementis VIII. ipsi est data cura actualis, & subrogatus est Archipresbitero, qui hanc curam habebat. Quare licet nomine tenus Vicarius sit; re tamen ipsa proprie parochus est, ut de Vicariis perpetuis quibus data est cura actualis tradunt *Rebuff. in praxi Benefic. tit. de Vicariis perpet. num.* 3. *Graz. de Benef. part.* 9. *Cap.* 2. *num.* 286. *Vivian. de jure patron. lib.* 2. *Cap.* 2. *numer.* 42. *Rota cor. Peutinger. Decis.* 53. *numer.* 78. Quare benedictio domorum ad ipsum pertinet tamquam omnes functiones Parrochiales, ut tradit *Rota Decis* 590. *n. cor. cl.me. Card. Riminaldo*; & ita pertinet ut licet cura habitualis resideret penes Capitulum; non posset tamen hoc in exercitio curæ sese ingerere ad tradita per *Barbos. Jur. Eccles. Univers. lib.* 3. *cap.* 6. *numer.* 31. *Panimoll. dec.* 5. *num.* 13. & 14.. Nil vero timet Vicarius Curatus a concordia anni 1599., & Resolutione hujus S. Congregationis anni 1748., & ab observantia. In concordia enim, & Resolutione conventum, atque definitum fuit, quod oblationes spectent ad Capitulum, nunquam tamen cautum, atque constitutum fuit, quod electio Sacerdotum, & destinatio domorum pertineant ad Capitulum. Immo in Dubio Anno 1748. S. Congregationi oblato admittitur quod

quod benedictio fieri debeat a Vicario Curato. Quare non obstat concordia & Resolutio S. Congregationis quominus Parochus hanc functionem Parrochialem exerceat, adeoque ab ipso eligendi sunt Sacerdotes, qui suo nomine functionem hanc faciant. Observantiam vero cum de actibus facultativis agatur sibi obesse negat, nisi probetur coactio & aquiescentia, ceu tradit *Gratian. discept. Forens.* 198. *num.* 10.. Maxime cum constet olim Vicarios Curatos domos destinasse, ut proinde constans non sit observantia favore Capituli, quæ immo contradicta est ab observantia generali, quia in Ecclesiis ubi cura actualis regitur a Vicario perpetuo, Sacerdotes pro Benedictionibus domorum ab ipso Vicario deputantur.

Hæc, quæ ad primum Dubium dirimendum utrinque deducta sunt, afferuntur quoque pro reliquis duobus Dubiis. Nam cum ex concordia & Rejudicata Rotali spectent ad Capitulum emolumenta funerum præcipua ex parte, idcirco putat quod ad ipsum pertineat jus eligendi Sacerdotes pro associatione Cadaverum, de quo quæritur in *II. Dubio* & jus exigendi, & concordandi super iisdem emolumentis, de quo agitur in *III. Dubio*. Vicarius vero Curatus non impugnat Capitulo illa emolumenta, sed negat idcirco posse Capitulum eligere Sacerdotes pro efferendo funere, & exigere emolumenta, & concordare cum hæredibus. Nam cum de his nihil cautum fuerit in concordia, aut definitum in Rejudicata, hæc jura ex Statuto Cleri *cap.* 5. §§. 2., 13. 16., 17. dantur Parocho, ut docet *Rota dec.* 1174. *num.* 8. *coram Coccin. dec.* 480. *n.* 11. *cor. Molino*. Plurium vero testimonio docet Armellinius id adamussim servari in omnibus Vicariis perpetuis, in qua Vicarii Sacerdotes pro associatione deputant, emolumenta exigunt, de his cum hæredibus concordant. Ex allegationibus utrinque distribuendis hæc fusius illustrata habent EE. PP., ut deliberare possint.

An

I. An, & a quo sit facienda electio aliorum Sacerdotum ultra Vicarium Curatum pro Benedictione domorum in Sabatho Sancto, & quomodo ea benedictio sit exequenda quoad designationem domorum Singulis Sacerdotibus assignandarum a Capitulo, vel a Vicario Curato faciendam in casu &c.

II. An, & a quo sit facienda electio Sacerdotum pro associatione funerum, & pro exequiis in casu &c.

III. An, & ad quem spectet exigere, & concordare super emolumentis funerum in casu &c.

Ad I. Affirmative facta per Vicarium Curatum designatione domorum benedicendarum a Sacerdotibus a Capitulo electis.

Ad II. Affirmative a Capitulo.

Ad III. Affirmative a Capitulo.

Sess. 22. Cap. 6. de Reform.

ROMANA TRANSLATIONIS Quæsitum est in Congregatione diei 20. *Julii* 1805. = *An sit locus translationi legati Missarum* = quod Joannes Angelini reliquit in Ecclesia S. Marcelli, quodque Patres S. Marcelli aliis legatorum oneribus gravati transferendum postulabant ad aliam ejusdem Ordinis Ecclesiam S. Nicolai in Arcione. Sed EE. PP. rescripserunt = *Ex hactenus deductis Negative* = Nunc Patres S. Marcelli afferunt Decretum Patris Prioris Generalis totius Ordinis, quo prohibentur legatum hujusmodi acceptare ex eo quod Ecclesia S. Marcelli gravata sit aliis Missarum legatis. Iterum ergo postulant translationem.

Reas-

Reassumpto folio *diei* 22. *Junii currentis anni* in quo hæc causa descripta est, erit deliberandum.

An sit standum, vel recedendum a Decisis in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

NULLIUS SUBLACEN. RESIDENTIÆ. Oppidum Rojatis in tres dispertitur Parœcias, licet unica sit Ecclesia in qua Sacrorum administratio fiat. Præsbiter Salvator Orlandi unam ex hisce Paræciis regit intra cujus limites domus est Parrochialis constans duobus cubiculis, quibus laquearia supereminent. Ut decessor Parochus eam habitare posset, emit proprio sumptu proximum cubiculum, quod ad ejus hæredes translatum est. At Orlandus vivit cum Fratre,& Fratria ejusque liberis, a quibus divelli non potest cum exigui Parrochiales reditus in annuis scutis *quadraginta* non sinánt, ut a familia sua divisus fàmulum conducat. Postulat itaque ut a residentia dispensetur, eique favet Emus Abbas in sua *Informatione*. *Neque* ait, *intra Pareciæ ejusdem fines amplior alia domus est, quæ Parochi ipsius familiam capiat. Porro quamquam negari minime queat satius fore, si Parrochialem domum curatus incoleret, cum tamen oppidum ipsum satis angustum sit, eamque paterna Curati ædes prope absit a Pareciæ finibus, cum denique eadem Ecclesia Pareciæ omnes utantur, parum sane detrimenti, ne dicam nihil, animarum cura passura videtur,si ad aliquot puta sex annorum spatium potestas Oratori fiat in æde paterna commorandi, quo temporis intervallo elapso, quid consilii capiendum adjuncta rerum, & temporum patefacient.* *Sess.23.Cap.1. de Reform.*

Ut a residentia in Paræcia,quam graviter Parochis injungit

Tridentinum *Sess.* 23. *Cap.* 1. *De Reform.* Orator dispensetur, has præcipuas affert causas Eminentissimus Abbas : Nullum nempe est præjudicium animarum cum parvum sit oppidum,& ædes Parochi non procul absint a Paræcia, & una sit Ecclesia tribus paræciis communis, in qua Sacramenta administrantur. Parochus vero habitare non potest una cum familia sua ædes Parrochiales nimis angustas, neque a familia divelli, aut aliam conducere domum, cum reditus parrochiales in annuis scutis 40. nimis tenues sint. Videant igitur EE. PP. num hæc omnia præbeant idoneam causam, cur Parochus ad tempus saltem annorum *sex*,ut Emus Abbas proponit a residentia dispensetur.

Dubium proponitur.

An, & ad quod tempus sit locus sit dispensationi a residentia in casu &c.

Die

Die Sabbathi 23. Novembris 1805. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ROMANA TRANSLATIONIS. *Sess.22.Cap.6. de Reform.*
An sit standum, vel recedendum a decisis in casu &c.

Ex noviter deductis esse locum petitæ tran slationi.

NULLIUS SUBLACEN. RESIDENTIÆ. *Sess.23.Cap.1. de Reform.*
An, & ad quod tempus sit locus dispensationi a residentia in casu &c.

Affirmative juxta votum Emi Abbatis.

ÆSINA IMPEDIMENTI. Ne in Ecclesia proclamaretur matrimonium inter Rinaldum Fiorani, & Mariam Rosam Andreoni jam conciliatum, obstiterunt Parochus Cathedralis Æsinæ Sanctes Chiodi, & Pleba- *Sess.24.Cap.4. de Reform.*

banus Carolus Marcellini. Nam Maria Rosa orta erat in Castro Planii ex incertis parentibus, ut ex codice Parochiali constat sub die 15. *Januarii* 1785. Hinc rumor vulgi increbuerat, quod Maria Rosa filia esset naturalis Vincentii Fiorani, idem qui pater legitimus fuit Rinaldi, qui Mariam Rosam jungere sibi cupiebat. Cum hæc a Parochis accepisset Vicarius Generalis vetuit, ne *publicationes*, quas vocant, ullo modo fierent, nisi primum liqueret, num sponsi tenerentur nec ne impedimento *in primo gradu consanguinitatis*. Quare Rinaldus, & Maria Rosa nonnullis allatis testibus, ut impedimentum excluderent, postularunt a Sacra Congregatione veniam contrahendi matrimonii. Quorum preces remissæ fuere Episcopo *pro Informatione auditis sub formali examine Parochis, aliisque testibus, & referat de Puellæ filiatione perquisitis quoque Libris Parœciæ, & Hospitalis Spuriorum*.

Quid Parochi, quid Testes quæstionibus subjecti declaraverint patet ex *Processu*, quem Episcopus remisit, cujus summas excerpam.

Parochus Chiodi testatur, *che la madre di Rinaldo per nome Teresa più, e più volte gli aveva detto, che il figlio Rinaldo sudetto non poteva assolutamente sposare la riferita Maria Rosa Andreoni, mentre per confessione del di lei marito fù Vincenzo Fiorani sapeva, e disse, che questa Maria Rosa Andreoni era figlia naturale del fù Vincenzo padre di Rinaldo. Una tal confessione venne al medesimo Testificante confermata dalli Sacerdoti Nicola, ed Angelo Fiorani, e da Gernardo Fiorani Fratelli del defonto Vincenzo, quali avevano inteso dalla bocca del loro Fratello, che la detta Maria Rosa era di lui figlia naturale. In seguito poi che volevasi ultimare tal matrimonio s' incontrò un giorno il testimonio col fù Vincenzo Padre di Rinaldo, il quale gli domandò se aveva avuto li proclami per il matrimonio del Figlio, a cui rispose di nò, soggiungendogli il Padre = Mio Figlio non può sposare la ragazza Maria Rosa Andreoni = senza però spiegare la causa. =*

Parochus Marcellini suspensas fuisse ait proclamationes *a motivo per quanto aveva inteso dire il testificante, che detta Maria Rosa era sorella ex parte Patris di Rinal-*

naldo Fiorani, e tal proposizione venne confermata la testificante anche dal Signor D. Nicola Fiorani Fratello del Signor Vincenzo Padre *di Rinaldo.*

Sacerdos Nicolaus Fiorani frater defuncti Vincentii affirmat *che infinite volte il fratello fù Vincenzo gli aveva detto, e ratificato, che la spuria Maria Rosa Andreoni era di lui figlia naturale. Fù prima di tutto questo la sudetta presa in casa da detto suo Fratello non tanto per servizio, quanto come egli confidò al testificante per non vederla andar girando, e così con più facilità trovarle occasione di maritarla, e darle qualche cosa di dote. La Moglie di detto suo fratello fù Vincenzo nel vedere in casa la detta spuria incominciò a chiassare, ed allora fù che il fratello novamente confidò al testimonio, che quella era la figlia, e che in conseguenza non gli pareva ben fatto, che andasse in mezzo ad una strada. Il testimonio lo consigliò a porla nel monastero delle convertite, ma gli rispondeva non esser cosa ben fatta, e che non conveniva, soggiungendogli, che al più presto averebbe cercato di allocarla in altro luogho, come di fatti non molto dopo la condusse nella Badia di Chiaravalle in casa Tanfani. Dopo quattro, o cinque mesi la sudetta spuria ritornò dalla Badia, e mandò a chiamare il figlio del detto Vincenzo per nome Rinaldo, il quale poi la collocò in casa di un tal Giuseppe Olivieri, e saputosi dal Padre di detto Rinaldo naqque nella casa sudetta Olivieri fra loro gran rissa, perchè il medesimo voleva, che tal spuria fosse stata lontana dagl' occhi del figlio Rinaldo, onde se ne dimenticasse sapendo, che non potevano sposarsi.*

Sacerdos Angelus Fiorani frater alter Vincentii se quidem ab aliis personis audisse affirmat spuriam Mariam Rosam fuisse filiam naturalem Vincentii Fratris sui; *ma che dal medesimo non l' aveva mai inteso dire, nè gli era stata mai fatta tal confidenza, che cioè la sudetta spuria fosse sua figlia.*

Gernardus Fiorani frater & ipse defuncti Vincenti deponit hujus uxorem Theresiam *andiede a trovare sì il testimonio, che gli altri Fratelli D. Angelo, e D. Nicola per pregarli, che si fossero portati da Monsignor Calistri allora Vicario Generale, onde impedire tali proclamazioni, mentre il di lei marito tante volte gli aveva detto, e confidato, che la sudetta spuria era di lui figlia na-*

naturale. Risposegli allora il deponente, che nè esso, ne li fratelli volevano fare tal parte al Superiore; quantunque molte volte il testimonio si fosse trovato presente, quando il di lui fratello Vincenzo sfogava con la comune madre, lagnandosi di non aver modo di allocare tale spuria come sua figlia naturale nata da una tal Anna Anconitani, quale stava in allora in servizio in di lui casa, e della quale successe per mezzo suo la gravidanza nel tempo del puerperio della di lui Moglie Teresa sudetta per la nascita del riferito Rinaldo, e circa l'anno appresso nacque la sudetta spuria.

Canonicus Philippus Irondini se audivisse ait a Vincentio Fiorani *un patetico racconto della scandalosa vita, che un di lui figlio aveva tenuta tanto in propria casa, che in altra dove aveva collocato una donna, che aveva tenuta, egli disse, al servizio, ed avergli anche aggiunto che detto di lui figlio voleva sposare la detta donna. Lo pregò di parlare a Monsignor Calistri allora Vicario generale per impedire il matrimonio, che si tentava, aggiungendogli asseverantemente esser quella sua figlia. A tal proposizione il testificante rispose, se ciò era veramente vero, e si sentì replicare dal fu Vincenzo Fiorani esser ciò verissimo.*

Dominicus Irondini narrat Vincentium Rinaldi *mi disse confidentialmente, che Rinaldo di lui figlio faceva all' amore, ed era costantemente risoluto di sposare una ragazza, che mi disse il nome, che ora non mi ricordo, quale era sua figlia naturale, e da lui generata in tempo, che la madre era sua serva. A prevenire detto disordine, mi soggiunse, esser andato da Monsignor Calistri allora Vicario Generale di Jesi, ed avergli fatto la genuina confessione del suo delitto, e che perciò avesse impedito il matrimonio di Rinaldo suo figlio colla figlia nata da lui colla sudetta favorita. Il Vicario assicurollo di tutto, ma in sostanza niente fece. Passato qualche tempo venne meco di bel nuovo a discorso su tal particolare, ed assicurommi di aver ricorso per ben due volte alla S. Congregazione de' Vescovi, e Regolari, perchè venisse impedito un tal illecito matrimonio.*

Theresia Rigucci Vidua Vincentii Fiorani declarat = *circa quattro anni, e mezzo a questa parte essendo andata al servizio in sua casa una tal Maria Rosa Andreoni spuria, gli venne detto da alcune donne del vicinato, che*

la

la sudetta spuria era figlia naturale del Signor Vincenzo Fiorani suo marito. A tal assertiva incominciò la deponente a schiassare con il sudetto fù suo marito, dicendogli, che assolutamente non voleva in casa al servizio la spuria, mentre gli era stato detto, che era di lui figlia. Il marito sudetto l'assicurò, che quella non era assolutamente la figlia, ma gli fece la confidenza, che la figlia era quella, che si teneva da una certa donna detta Maria la Pitarola. Attesto inoltre che è vero, che avanti Monsignor Calistri allora Vicario Generale depose, che la sudetta spuria Maria Rosa Andreoni era figlia di suo Marito, ma per il dispiacer, che provava, che la medesima si sposasse con il suo figlio Rinaldo.

Felix Giorgi deponit, *che stando in sua casa, ed essendo passato il fù Vincenzo Fiorani gli venne richiesto da tal Maria Cresci detta Savina, se il figlio Rinaldo sposava una tal Maria Rosa Andreoni, soggiungendole, che non la poteva sposare, mentre dicevasi publicamente, che tal Maria Rosa era la figlia di detto fù Vincenzo Fiorani padre similmente di detto Rinaldo, a cui rispose il fù Signor Fiorani, che quella non era la figlia, ma era una tale, che tenevasi da una certa donna detta la Musciana.*

Maria Cresci appellata *Savina* confirmat *che stando in casa di Felice Giorgi per balia passò un giorno il fù Vincenzo Fiorani, e fermatosi a discorrere colla testificante, e detta Felice Giorgi, stava alla finestra Maria Rosa Andreoni, ed allora la testificante domandò al detto Fiorani, se quella era la ragazza del figlio Rinaldo, ma non la potrà sposare, mentre dicesi publicamente, che tal Andreoni è vostra figlia. Ed egli rispose, che quella non era tal figlia, ma era una tal ragazza, che tenevasi da una certa donna detta la Musciana, ma non ostante finchè era vivo lui non l'avrebbe sposata, mentre non voleva.*

Joachim Anconitani deponit = *circa a quindici, e più anni a questa parte il fù Vincenzo Fiorani frequentava la casa del padre del testificante, quale aveva una figlia di nome chiamata Anna dell'età di circa anni venti. Non curandosi il testificante di tal frequenza, e prattica inquietavasi colla madre, la quale gli rispondeva, che non v'era per tal pratica niente di male. Dopo qualche tempo avendo pigliato moglie il Testificancan-*

cante si portò in sua casa la madre, è gli disse, che la figlia, e sorella rispettiva erasi sgravata di una creatura, che non si rammenta se fù maschio, e femmina. Ricordasi bensì che egli lo portò alla rota, non seppe però più niente della creatura, intese però dire, che fosse morta.

Hisce Episcopus in sua Informatione addit, = *quo vero attinet ad investigationem librorum Pareciæ, & hospitalis spuriorum hoc unum confirmare possum Mariam Rosam natam esse in Oppido Castri Planii, ibique esse baptizatam, nec ei in libro Baptizatorum adnotatos esse certos ejus Parentes veluti liquet ex testimonio Parochi. Nec aliter, quam testimonium Parochi Castri Planii Maria Rosa descripta reperitur in Libris spuriorum, qui apud hunc Æsinum Magistratum asservantur. Quæ eum ita sint mihi videtur dubitari non posse, quin Maria Rosa sit filia naturalis Vincentii Fiorani, ideoque censerem Rinaldum cum eadem Maria Rosa concupitas nuptias contrahere non posse.*

Agitur sane de matrimonio contrahendo, ut levis quoque probatio impedimenti sufficiat, ne matrimonium permittatur secundum distinctionem, quæ descendit *ex Text. in Cap. super eo 22. De Testib., & in Cap. 3. de eo qui cognov.* quæque recepta est passim a Congregatione, & novissime *in Senogaglien. Impedimenti 17. Augusti 1805.* Hinc ad impediendum matrimonium unicus etiam testis sufficit, qui de certa scientia notum sibi esse affirmat impedimentum *ex Cap. Præterea 12. De Sponsal Reinfestuel in Decretal lib. 12. tit. 20. num. 37. Sanchez de Matrim. Lib. 1. Disput. 71. num. 11.* Certum est quidem Mariam Rosam Andreoni esse spuriam, cum id constet ex Codice Parochiali, in quo nata ex incertis parentibus adnotatur. Unum quærendum erit, num ex Testibus constet, quod prognata illegitime fuerit ex defuncto Vincentio Fiorani, pater qui fuit Rinaldi, cum quo jungenda est Maria Rosa.

Testes quidem omnes de auditu deponunt, sed pugnant inter se. Nam Theresia Rigucci, quidquid alias deposuerit, ut nuptias hujusmodi sibi invisas impediret, hoc nunc affirmat virum suum Vincentium Fiorani fassum quidem fuisse, se filiam spuriam habuisse, sed

sed non esse Mariam Rosam Andreoni . Id quod etiam alia occasione confirmavit duobus mulierculis *Felici Giorgi* , & *Mariæ Cresci* , quæ hoc ab eo curiose percontarunt . Quare si Vincentius fateri non erubuit se mœchasse , quod quidem gravius erat , & jurgium cum conjuge secum ferre poterat ; multo magis ei credendum videtur , dum negavit Mariam Rosam illam esse , quæ ex illicito complexu habuit .

Contra vero *Sacerdos Nicolaus* , & *Gernardus Fiorani* . Fratres defuncti Vincentii affirmant non semel , sed sæpius a Vincentio audivisse Mariam Rosam filiam suam esse ex quadam Anna Anconitani , tum cum hanc propria domo in famulatu haberet. Narrant quoque Vincentium anxium, sollicitumque fuisse , dum audivit Rinaldum hujus spuriæ amore captum fuisse . Horum dicta confirmantur ex eo , quod deponit *Joachim Anco..itani* frater Annæ . Nam ait Vincentium domum suam frequentasse cum ipse id æquo animo non ferret , & sæpe matrem suam , ne id permitteret, monuisse . Addit paulo post Annam enixam fuisse , & quamquam non dicat a quo , nec recordetur num natus infans (quem ipse detulit ad hospitale expositorum) mas fuerit , vel fœmina ; attamen confirmat quæ Testes a Vincentio audivisse ajunt . Accedunt duo alii Testes *Canonicus Philippus & Dominicus Irondini*, qui declarant Vincentium nil intentatum reliquisse , ut nuptias inter filium suum Rinaldum & Mariam Rosam impediret . Adstipulatur tandem rumor vulgi , de quo deponunt Parochi & Sacerdos Angelus Fiorani frater Vincentii , qui affirmant audivisse ab aliis Rosam fuisse filiam Vincentii Fiorani .

Ex his , quæ in utramque partem disceptari possent EE. PP. deliberare dignabantur .

An constet de impedimento consanguinitatis in casu &c.

Affismativè ad effectum , de quo agitur .

Sess.24.Ca.12. de Reform.

RECANATEN. JUBILATIONIS. Præsbiter Franciscus Xaverius Pagliarini *a die* 24. *Decembris anni* 1758. cooptatus inter *Altaristas participantes* suburbanæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Recineti in eo perstitit usque *ad diem* 19. *Aprilis* 1767. A qua die translatus est inter Altaristas S. Flaviani Ecclesiæ Cathedralis, & in eo servitio usque adhuc perseverat. Cum igitur *ab anno* 1799. indultum jubilationis ab Episcopo Isaurensi tum Delegato Apostolico postulasset, adversos expertus est cæteros Altaristas. Quare tum in servitio per aliud perrexit triennium, & modo instantiam redintegrat pro obtinenda jubilatione. De sua Sententia rogatus Episcopus respondit = *Certum est jam inde ab eo tempore, quo templi principis servitium inivit Orator, jugem operam navasse ministerio ejusdem præter aliquot menses, quibus abesse illine coactus fuit, culpa ne sua nec ne, nunc decernere mihi supervacaneum videtur. Compertum habemus interim Pagliarinium servitio chori vacassæ per quadraginta annos, ast non in eadem Ecclesia. Octo enim insumpsit in Ecclesia Sanctæ Mariæ, reliquos in Pontificali. Canonici Templi Principis, quorum sententiam rogavi responderunt, non constare sibi de servitio quadragenario Francisci Xaverii Pagliarini. Altaristæ vero templi Sanctæ Mariæ nihil responderunt prorsus.*

Altaristæ vero Cathedralis vadimonium obtulerunt Pagliarinio, sed nihil adhuc mihi exibuerunt. Nihilominus ex folio remisso constat tria per eos opponi, quominus Pagliarinus jubilationem consequatur. *Primum* quod quadragenarium servitium non præstiterit integrum in Cathedrali, sed per octo annos in Ecclesia Sanctæ Mariæ. *Deinde* quod minus laudabile fuerit præstitum servitium. *Tandem* quod inter Altaristas concedi non soleat jubilatio.

His occurrit Pagliarinus in sua impressa *Allegatione* EE.PP. distribuenda. Quidquid enim sit num alias non concederetur indultum jubilationis, ubi servitium per quadraginta integros annos in eadem Ecclesia prestitum non fuerit; invaluit tamen sententia, ut ad jubilationem obtinendam conjungeretur servitum in duplici diversa Ecclesia præstitum, dummodo in eadem Diecesi manerent, nec difforme esset servitium, ut ceteris omissis

in

in Perusina Jubilationis 6. Aprilis 1784. Se vero laudabile servitium præstasse probat Pagliarinius testimonio Secretarii Altaristarum Ecclesiæ S. Mariæ qui inspectis libris affirmat *ha servito il nostro choro con esattezza*. Episcopus vero asseverat = *jam inde ab eo tempore, quo templi Principis servitium inivit jugem operam navasse ministerio ejusdem*. Quod si aliquandiu abfuit id evenit non culpa sua, sed curis parochialibus distentus, vel calumnia adversariorum, qua impeditus fuit, ne servitio interesset. Cæterum ipse non quadraginta tantum, sed septem supra quadraginta annis inservivit, ut si quas commiserit fallentias compensaverit. Contrariam vero observantiam non probari ait nisi ex testimonio eorum, qui sibi sunt adversarii.

Dubium proponitur.

An sit concedendum indultum jubilationis in casu &c.

Affirmative.

FANEN. Clericus Aldebrandus Gradara postquam Cappellaniam Uguccioni consequtus est, ægit apud Episcopum Administratorem Fani, ut ab eo S. Ordines susciperet. Sed repulsus ad S. Congregationem reclamavit veniam postulans ordines suscipiendi non obstante dissensu Episcopi. Rogatus hic de causis suspensæ ordinationis, respondit existere processum circa ejus mores. *Præterea ejus scientiam in rebus ecclesiasticis nimis exiguam esse credere mihi opus est, quia viginti quatuor circiter annis natus tam ignarus in examine repertus fuit, ut examinator eum nihil intellexisse fassus sit* & hujus Examinatoris Parochi Parri attestationem remittit. Prosequitur porro: *Juvenis Grammaticæ prorsus imperitus quidnam inde trium tantum annorum spatio interposito didicisse sperandum? Ecclesia Fanensis non Sacerdotibus tantum celebrantibus, sed operariis indiget, qui verbo, & exemplo in hac vinea laborent. Pluries* quo-

Sess. 14. *Cap.* 5 *de Reform.*

quoque apud me accusatus fuit de variis tricis quibus se immiscuit, deque debitis non persolutis. Omittere quoque non possum irreverentiam erga me sæpe adhibitam, & præcipue in tradendis huic meæ Cancellariæ postremis vestris epistolis coram duobus testibus ab ipso temere productis.

Quo responsu accepto rejectæ statim fuere preces Clerici Gradari. Sed iterum hic reclamavit, postulans velle sibi defensionem parare adversus processum a Curia Ecclesiastica confectum. Hic remissus fuit ab Episcopo, ita Sac. Congregatione mandante. Nunc vero Clericus Gradari sua jura deducet in Scriptis distribuendis, ut mores suos, vivendiq. rationem ab ommi infamiæ nota vindicet.

Octo sunt testes in processu examinati ad instantiam promotoris Fiscalis. Primus est *Paternianus Leonardi* qui norat Clericum Gradara quippe ventitatem domum Hieronimi Leonardi fratris sui, in qua domo etiam aderat frequens *Joanna Filippi*. Negat testis se scire *che tra detto Gradari, e la Filippi vi sia stata mai veruna confidenza, nè mi sono accorto mai di veruno scandalo.*

Carolus Zacconi affirmat, *che andando a spasso un giorno con d. chierico, questi mi confidò che era stato notariato in Roma, ma che era stato proibito da Monsignor Vescovo di esercitare il Notariato, e che perciò con poteva farlo per allora. finchè non fosse stato ordinato prete, e che poi dopo ordinato averebbe fatto quello che li pareva, e che il Vescovo li averebbe dato di barba, e che sapeva a Roma come fare per spuntarla. Intanto sò, che fà premure per ordinarsi prete per non perdere un benefizio che aveva, cosa che me l' ha confermato più volte anche il Padre potendo assicurare, che la sua non è vera vocazione, perchè l' ho sentito più volte far discorsi lascivi in presenza di donne, e ragazzi per cui l' ho perfino sgridato, ed una sera in specie essendo venuto in mia casa, e veduto un libro di discorsi evangelici disse con Teresa Dezi che stava al mio servizio = cosa è questo libro = e dettogli dalla nominata Teresa che quello era un libro da me molto stimato rispose = e C. . . , che si raccontano, e si scrivono = e sgrullando la testa ripose il libro sul tavolino e tornato, poi in casa mi raccontò la detta Teresa l' accaduto, a cui dis-*

dissi, che meritava l' avessi accusato a S. Offizio. Un altra sera di quest' anno tornato a casa mia il detto Gradari prese a dire con me sul supposto, che io avessi fatto una scoperta di lui, e da quì altercando a vicenda egli mi dette una spinta nel petto, ed io le detti una botta nel braccio, ma avvertito da Girolamo Leonardi della scommunica, lo lasciai. Quello che posso dire del Chierico Gradari si è, che è una persona scandalosa, che non ha spirito ecclesiastico, oscena ne' discorsi, e che tutto il paese eccettuatene pochi, ne parla con svantaggio.

Geltrudes Orsini ait *essermi trovata in Casa del Signor Carlo Zucconi, quando vi venne il Chierico Gradari il quale disse, che era venuto per sincerarsi di un certo fatto di donne, che aveva detto il Signor Carlo di lui, e di fatti venuto e tornato in casa lo stesso Signor Carlo sentii, che cominciarono ad altercare frà di loro e frà l' altercazioni viddi, che il Signor Carlo diede una botta al chierico in un braccio il quale si ricaldò maggiormente, ma siccome vi era presente il Signor Girolamo Leonardi li sgridò, e così fù finita l' altercazione. Posso però aggiungere, che per quanto ho inteso dire detto chierico non è niente di buono, e non fà quello, che devono fare quelli che sono instradati nella via ecclesiastica.*

Elisabeth Guidomei declarat *di aver più, e più volte veduto il Chierico Gradari discorrere a solo con Teresa Bocchini donna di cattivo nome nella strada, e nella porta di casa medesima dove abita detta Teresa. Così una sera circa la mezza ora di notte incontrai d. Chierico Gradari all'oscuro sù per le scale, e le richiesi dove andava, ed egli mi rispose che cercava del Sig. Zacconi. Al che gli soggiunsi, che mi faceva ridere domandandomi del Signor Carlo, quando che questi era a casa sua, ma io sospettai, che fosse venuto per andare dalla Bocchina, e che avendo veduto me aveva preso il mezzo termine di domandarmi del Signor Carlo. Un altra sera venne il Chierico Gradari in casa del Signor Carlo Zacconi in tempo, che mi ci trovavo io, e cominciò ad altercare col Signor Carlo non sò per qual motivo, e videli, che il Gradari diede una spinta nel petto al Signor Carlo, e fù diviso dal Signor Girolamo Leonardi e così terminò*

la

la faccenda. Il Chierico Gradari è un birbo e che è impossibile che possa dir messa, perchè dà ciataja a tutte le donne, e fà sempre discorsi lascivi, ed impudici in presenza anche delle donne senza alcun riguardo, per cui sono rimasta più volte scandelizzata nel sentirlo parlare, e l'ho anche sgridato.

Theresia Dezi confirmat *stando io in Casa del Signor Carlo Zacconi venne una sera il Chierico Gradari il quale veduto un libro sul tavolino, e postoselo a leggere, gli dissi se era un bel libro, ed egli crollando la testa mi disse = eh superstizioni, e C. . . . . , che si scrivono = E detto ciò al Signor Carlo, quando tornò a casa mi disse = Come un libro evangelico sono superstizioni? Sarebbe cosa di accusarlo a S. Offizio = E da ciò capii, che era un chierico, che non aveva molta voglia di farsi prete, perchè dai discorsi che faceva, che diceva lui, li faceva il Teologo, rapporto a conoscer le donne, quando erano gravide, capivo, che non aveva molto spirito ecclesiastico.*

Hieronimus Leonardi deponit *nel mese di Gennaro scorso vennero a trovarmi in casa mia il Signor Carlo Zacconi in compagnia del Chierico Gradari il quale veniva spessissimo in casa mia attesa l'amicizia che aveva con Giovanna Filippi, che giornalmente veniva dalla serva di Francesco mio Fratello, e venuti in cucina dove io mi tratteneva detto Gradari richiese il Signor Carlo Zacchoni come stasse di salute, e rispostogli, che stava poco bene mediante li suoi soliti dolori di fianchi, detto chierico con nostra ammirazione le soggiunse = effettuate meno il matrimonio con la vostra serva, che starete bene, e non avrete dolor de' fianchi, e già si sà che avete sposata la serva, e per far quello avete richiesto il consenso alla Signora Francesca Cruciani. L' amicizia di detto Chierico con detta Giovanna Filippi non è indifferente, poichè io stesso gli avevo veduti abbracciati* (hic subdit Testis, uxorem suam sibi narrasse, & hos amplexus vidisse, & osculorum sonitum audivisse) *In vista di ciò fù avvertita la serva di mio Fratello di non introdurre più nelle nostre camere la detta Giovanna con il suddetto Gradari, perchè non volevamo tener la menta, e ne tampoco dar scandalo ai figli Il Chierico Gradari è persona, che nel paese ha poco*

buon

buon nome, e non ha spirito ecclesiastico, conoscendosi particolarmente dai discorsi osceni.

Maria Uxor Hieronymi Leonardi confirmat, quæ Vir dicit se vidisse inter Joannam Philippi, & Clericum Gradari. Cæterum concludit = *io non posso dir niente di positivo di detto Chierico Gradari, mà atteso l'accaduto in mia casa hò fondamento di credere, che sia un Chierico poco di buono, perche uno che è instradato per la via Ecclesiastica non deve operare come lui, e molto meno addomesticarsi così famigliarmente con le donne anche in faccia d'altra gente.*

Raphael Clementi inquit *avendo presa cognizione di un certo Aldebrando Gradari da me creduto Curiale in Casa del Signor Girolamo Leonardi fui invitato a giuocare a briscola, ed avendo accettato restai in fine del giuoco vincitore di un papetto. In seguito abbiamo altre volte giuocato ora invitandomi egli, ora invitandolo io stesso, ed in tutte le volte, che abbiamo giocato insieme sempre al giuoco di briscola, e rimasto il Gradari sempre perditore, ed in tutte le volte avrà egli perduto da trenta paoli, e l' ultima volta, che parmi fosse la settimana di Passione le vinsi una piastra, che anzi avevo vinto di più, mà poi cercassimo il di più di pareggiarlo dandomi soltanto una piastra bavarese.*

Adsunt præterea in Processu litteræ Sacerdotis Pagliari directæ Episcopo Fanensi, ex quibus constat, quod Clericus Gradari morosus erat in ære alieno dissolvendo, nec non Epistola Vicarii Foranei Agostinelli ex quibus patet Clericum Gradari in jurgium venisse cum quodam Perotti, & ab eo percussum fuisse. Ex his quæ ex Processu resultant, censet Episcopus reiciendum esse Clericum Gradari a S. Ordinibus.

Contra Gradari affert gravissima testimonia tum Parochorum, tum Decurionum, tum aliorum, qui probi sunt, ex quibus constat illum dum commoratus est *Carticeti*, *Montis Avii*, *Fani*, & *Romæ* semper fuisse morigerum, assiduum sacramentis, servitio Ecclesiæ delitum, omnibus probatum, atque scientiis ecclesiasticis operam dedisse constat ex depositionibus præceptorum. Contrarios sibi testes refutat partim probando exceptiones, quas ipsi in persona patiuntur, partim afferendo eorum retractationes, & præcipue exa-

examinatorisParochiParri,qui modo eum idoneũ quoad scientiam esse affirmat ; partim ad extremum eorum dicta confutando.Hæc recognoscere poterunt EE.PP.ex ejus *Allegatione* .

Dubium proponitur .

An Clericus Aldebrandus Gradari sit promovendus ad S. Ordines in casu &c.

Arbitrio , & conscientiæ Episcopi transmissis juribus a Gradari exhibitis .

Sess.21.Cap.3. de Reform.

SENOGALLIEN. DISTRIBUTIONUM . Proposito in hac causa Dubio = *An quibus , & a quo tempore debeantur distributiones in casu* = rescriptum fuit in Congregatione *diei* 22. *Junii* 1805. = *Dilata & scribatur Emo Episcopo juxta mentem . Mens est , ut referat utrum Canonici participent ex fallentiis Mansionariorum , & Mansionarii ex fallentiis Canonicorum .* Hisce fecit satis Emus Episcopus = *In erectione* , inquit , *Collegiatæ Civitatis Montis Bodii sancitum , ac deinde in more positum fuit , quod Canonici ejusdem ex fallentiis Mansionariorum numquam participarent , & vicissim . Siquidem Mansionarii ibi non habent præbendas seorsim separatas, sed, uti in mea Cathedrali est, Massa Capitularis extat , ex qua Canonici æque ac Mansionarii fructus quotannis percipiunt ; nec mihi constat , quod Sacerdos Petrus Coacci , usque dum uti Canonicus in Choro sedit emolumenta , & distributiones Mansionariorum unquam postulaverit , atque receperit .*

Reproponitur Dubium .

An , quibus , & a quo tempore debeantur distributiones in casu &c.

Affirmative favore Mansionariorum a die 25. Septembris 1800.

CI-

CIVITATIS CASTELLANÆ APPLICATIONIS. *Sess. 21. Cap. 7. de Reform.*

Rogati EE. PP. in Congregatione *diei* 25. *Maii* 1805. = *An, & quomodo sit locus applicationi subsidiorum dotalium in Fabricam Ecclesiæ in casu &c.* rescripserunt *Dilata, & ad mentem*. Mens autem fuit = *Quod Episcopus referat de mediis certis, & opportunis pro explenda fabrica*. Episcopus vero refert = *Communitatem quotannis assignasse scuta tercentum super datio venditoribus vini persolvendo nuncupat IL QUATTRINO A FOGLIETTA ad hoc imposito, nec non alia scuta triginta in quolibet anno sumenda ex impositione, ut vulgo dicitur DEL QUATTRINO A CARNE prout ex originali declaratione Communitatis firmata signo, quam adjungo. Aliæ insuper suppetiæ minime desunt, quibus Populus, & loca pia se adstrinxerunt. Quælibet enim Terræ Carboneani Familia ter in anno unius operarii laborem ad evehenda fabricæ cæmenta gratis præstare promiserunt, & loca pia, antiquata nomina debitorum favore præfatæ fabricæ cedere non dubitarunt, quam cessionem in mea S. Visitatione confirmare, nec in minimum hæsitavi. Hæc igitur media pro explenda fabrica certa possunt appellari, quæ insimul coagmentata vix, ac ne vix quidem annua scuta quatuorcentum efformant*. Probatur quoque testimonio Secretarii Communitativi, quod vectigal super vino, & carnibus approbatum fuit a S. Congr. Boni Regiminis.

Rea assumpto itaque priori folio EE. PP. deliberare dignabuntur.

An, & quomodo sit locus applicationi subsidiorum dotalium in fabricam Ecclesiæ in casu &c.

Affirmativè ad decennium etiam, quoad dotes non collatas attento consensu Patroni docto.

Sess.24.Ca.12. de Reform.

ROMANA. Sacerdos Joseph Schizzi a die 27. Augusti anni 1765. nactus est possessionem unius ex Cappellaniis, quarum a fundatore est nomen Bonanni, in Basilica Liberiana erectis, quibus onus inest quindecim missarum in menses singulos, nec non interessendi choro solemnioribus anni diebus. Cum Sacerdos Schizzi tempore præteriti tumultus, quo exteri ab urbe pellebantur, patriam suam Massam Carrariæ petere coactus fuerit, ibi deinceps mansit licet post restitutam veterem disciplinam *ab anno* 1800. Romam posset remeare. Abfuit itaque a servitio Ecclesiæ per quinquennium, quin veniam, indultumque postulaverit. Præterito mense Junio, cum ad complendum quadragenarium servitium tres deficerent menses; postulavit veniam abessendi attenta infirmitate, de qua testatur Phisicus Livi Carrariensis, qui juratus affirmat = *che il Sacerdote Giuseppe Schizzi giunto già all'età di anni settanta si ritrova incapace di fare il viaggio di Roma, perchè da più anni a questa parte è sogetto alle pertinaci doglie reumatiche ed altri incomodi convulsivi per li quali tre anni sono fù costretto di tornare indietro dopo il primo giorno di strada nel voler egli portarsi in Reggio, e provare se poteva riuscirgli il viaggio di Roma*.

Hæc Eminentissimus Archipræsbiter, cujus Sententia rogata est, confirmat in sua *Informatione*; Additque = *audito Reverendissimo Capitulo non esse locum petitæ exemptioni, seu jubilationi censuit jure optimo ob deficientiam integri quadragenarii servitii. Nam Schizzius jam Deo favente Pontificio regimine restituto nec ad propriam Ecclesiam remeavit nec præces ad sexennium fere dilatas pro opportuna dispensatione porrexit*. Putat nihilominus Eminentissimus Archipræsbiter ex rationibus inferius recensendis, quod indultum absentiæ concedi possit.

Quamquam Orator vi majori coactus urbem, servitiumque Ecclesiæ deserere coactus sit; attamen restituto regimine poterat redire, vel saltem indultum postulare. Ex testimonio medici constat, ipsum infirmitate laborare, ut frustra tentaverit reditum, & ab incæpto desistere coactus fuerit. Hinc attenta infirmitate, & paupertate censet Eminentissimus Archipræsbiter ut indul-

dultum absentiæ concedi possit. Videant EE.PP. nom etiam absolvendus sit quoad præteritum si abfuit, nec sollicitus fuit indultum exorare. Infirmitas, & paupertas quemadmodum causa esse poterit, cur in futurum ab absentia dispensetur; ita ut in præteritum absolvatur.

Dubium proponitur.

An, & quomodo sit concedendum indultum abessendi in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

FIRMANA. Præsbiter Comes Joannes Sabioni cum annum ageret *vigesimum secundum* ex litteris Apostolicis obtinuit coadjutoriam Canonici Pœnitentiarii cum indulto, ut Pœnitentiarii vices alius ejusdem Metropolitanæ Canonicus suppleret usque dum ille ad *trigesimum* annum perveniret. Postquam vero defuncto Coadjuto ipse præbendam pœnitentialem consequtus est, postulavit ab hac S. Congregatione, ut a choro salvis fructibus Beneficii, & distributionibus quotidianis abesse posset, quo patri suo ægrotanti, & Urbem venturo assideret. Rejectæ fuerunt preces hujusmodi per rescriptum diei 22. *Junii proxime præteriti* = *Lectum*. Iterum hinc supplex fuit, ut a choro & a residentia abesse posset causa studiorum per quadriennium. Exquisitum est Votum Emi Archiepiscopi, qui Capitulum audivit huic petitioni omnino adversum. Capituli voto suffragatur Emus Archiepiscopus. *Futilem*, inquit, *censeo pro dispensatione causam allegatam studiorum. Anne, si velit, desunt hic præsidia studiorum, & ea præsertim, quæ ex sacra morum disciplina, quæ est Pœnitentiarii præcipua hauriuntur? Quid non exemplum recolit duorum, qui patrios numquam lares egressi omnigena Ecclesiasticarum facultatum doctrina cum omnium plausu enituerunt? Quid ergo studia cum* *Sess. 24. Ca. 12. de Reform.*

Chori servitio, aut chori servitium cum studiis conciliari non posse comminiscitur? Illud etiam animadverto Canonicorum Sacerdotum numerum in Capitulo talem esse, ut & unius tantum defectus esset cæteris detrimento. Petita autem dispensatio si concedatur non unius tantum, sed duorum Canonicorum servitia in Ecclesia desiderari contigerit. Cum enim Canonicus Sabioni suo Pœnitentiarii officio satisfacere non possit, supplet Pœnitentiarii munus alter Canonicus Ricci, qui coadiutor est in Canonicatu Canonici Primicerii Porti, ex quo fit, ut Canonicus Sabioni absens neque sua obire servitia neque ea, quæ Ricci sunt, seu Primicerii supplere possit.

Quamquam Sabionus a Sanctissimo indultum obtinuerit, ut Pœnitentiarii munus præstaret per alium, usque dum ipse ad ætatem annorum triginta perveniret, atque idcirco munus suum impedimento non esset, ne indultum causa studiorum consequeretur; attamen multa sunt, quæ justum demostrant Capituli, & Eminentissimi Archiepiscopi dissensum. Ipse enim Præsbiter est, & annum nunc agit sextum supra vigesimum, neque iis qui præsbiteri sunt, & vigesimum quintum annum excesserunt hoc indultum concedi solet. Jam enim publicas scholas frequentasse præsumendum est, & cujusque Ecclesiasticæ Scientiæ tyrocinio expleto, sublimiores Doctrinæ gradus, sedula opera per seipsos ascendere queunt.

Sed nunc agitur de Indulto Residentiæ quam Sabionus relinquere vellet, ut studiis Urbe incumbat, quod quidem in patria optime perficere poterit. Vestrum itaque erit sequens, quod proponitur, dirimere.

Dubium.

An, & quomodo sit concedendum indultum in casu &c.

Die

Die Sabbathi 14. Decembris 1805. in Palatio Apostolico Quirinali erit Sacra Congregatio Concilij, in qua, præter alia, proponentur infrascripta Dubia juxta morem ejusdem Sacræ Congregationis de jure resolvenda.

ROMANA.

An, & quomodo sit concedendum indultum abessendi in casu &c. *Ses. 24 cap. 12. de Reform.*

Affirmative ad annum arbitrio Emi Archipræsbiteri impletis oneribus onerata si tamdiù, & quoad præteritum constito de adimplemento pro sanatione.

FIRMANA.

An, & quomodo sit concedendum indultum in casu &c. *Ses. 24. cap. 12. de Reform.*

Negativè.

LUNEN. SARZANEN. BENEFICII. Sacellum B. M. Virginis Assumptæ, quod extat in Pago Corsani Sarzanensis Diœcesis, auxit simplici Beneficio (indigenæ vocant *Oratorio*) Sanctes Pinelli, qui bona sua omnia huic *Ses. 2. cap. 6. de Reform.*

huic Beneficio in dotem dedit ex testamento *anni* 1646. Quantum ad presentem quæstionem hoc unum ex fundatione scire præstat, quod Testator se defuncto jussit, ut = *la facoltà di eleggere, e nominare il Rettore sia sempre nel più prossimo parente di detto Testatore, ed essendo più fratelli prossimi in egual grado la facoltà sia del maggior nato*. Anno 1741. tres erant Testatori jamdiu defuncti proximiores, Terentius, & Franciscus fratres Battaglia Pinelli, eorumque Soror Margarita. Illi donatione facta in Joannem Baptistam Marchini juspatronatus hujusmodi transtulerunt. Cujus quidem donationis non affertur instrumentum, sed enunciatur in posteriori præsentatione, quæ tum vacante beneficio facta est a Josepho Marchini = *vigore instrumenti donationis factæ a DD. Terentio et Francisco Pinelli R. D. Joanni Baptistæ Marchini de anno* 1741. 12. *Novembris exhiben. suis loco, & tempore*. Hanc vero præsentationem a Marchinio factam probavit Vicarius Generalis Sarzanen. cum clausula = *Si & in quantum*.

Terentius *anno* 1763. antecessit Francisco, qui occumbens *anno* 1768. Margheritam Sororem suam nuncupavit hæredem usufructuariam, proprietarium vero Sodalitium SSmi Rosarii. Margarita Fratribus suis superstes fuit usque ad *annum* 1789. & per donationem causa mortis bona sua, & jura omnia transtulit in Sacerdotem Angelum Leonardi *tanto per se, che per li suoi eredi, e successori*. Quo factum est, ut cum Joannes Baptista Marchini, qui tum erat Beneficii possessor vellet resignationem facere, acriter obstitit Sacerdos Angelus Leonardi, & Clericum Aloysium Leonardi nepotem suum præsentavit. Hinc lis, quæ tamen perempta est statim, cum Clericus Aloysius Leonardi nomine etiam patrui sui Angeli Leonardi renunciationem emisisset.

Post non ita multo vacato beneficio *Antonius Marchini* patronatum exercens nominavit Præsbiterum *Josephum Marchini*. Æque Sacerdos Angelus Leonardi præsentavit Sacerdotem *Bernardum Gargiolli*. Uter ex presentatis instituendus esset, facta controversia est cor. Vicario Generali, qui decreto suo *diei* 16. *Augusti* 1796. addixit possessionem Josepho Marchini = *Salvis tamen juribus R. D. Angelo Leonardi talia qualia competen in con-*

congruo petitorio judicio = Appellavit illico Leonardus ad Sedem Apostolicam, sed appellationem prosequi neglexit usque ad *annum* 1802. impeditus publicis rerum perturbationibus. Quo interea defuncto Præsbiter Gargiolli ab ipso presentatus litem prosequi statuit. Supplex itaque adiit Sacratissimum Principem, ut non tantum possessionis causam, quam juris disceptare posset, delegatusque est ad hanc S. Congregationem ex Decreto Auditoris Sanctissimi *diei* 22. *Decembris* 1802. Injunctum fuit Episcopo, ut tempus præstitueret idoneum Sacerdoti Marchini, qui sua jura deducere posset, idque factum fuisse constat ex Episcopi *Informatione*. Etenim, ait, *de mandato meo prædicto Præsbitero Marchini præfixus fuit terminus dierum viginti sub die* 26. *Decembris* 1803. *ad deducendum sua jura in S. Congregatione, cui acquievit Laudatus Marchini*.

Qui Marchinus cum semper a judicio latitarit pro meo munere exponam, quæ ex ipsa re mihi videntur eidem prodesse, atque Præsbitero Gargiolli obesse, ne, quam postulat institutionem, consequatur. Rediit quæstio ad pertinentiam jurispatronatus. Nam Vicarius Generalis in suo definitivo decreto possessionem Beneficii concessit *salvis juribus R. D. Angelo Leonardi in suo petitorio judicio*. Si pertinentiam jurispatronatus ex fundatione æstimare velimus, constat quod relictum fuit *al più prossimo parente*, ut dubitari non possit, quin *familiare sit* juspatronatus, cum in eo *qualitas sanguinis* requiratur, ut docet Rota in *Colonien Beneficii* 25. *Junii* 1784. §. 5. *cor. R. P. D. Malvasia*. Sed cum Testator addidit *ed essendo più Fratelli prossimi in egual grado la facoltà sia del maggior nato*, videtur quod patronatus cohibitus sit ad Masculos Aguatos. Quod si postremi Agnati ex fundatore sunt Terentius & Franciscus Pinelli; jam poterant de patronatu disponere favore Joannis Baptistæ Marchini, cum in ultimo Agnato juspatronatus ex agnatitio fiat hæreditarium ut statuit *Rota decis.* 17. *num.* 9. *part.* 19. *recen. & decis.* 74. *num.* 6. *coram Molines*. Quare nullum jus habere poterat Margarita ex fundatione, cum agnatitius videatur patronatus, neque impugnare potest donationem a Fratribus factam, cum ipsa sit fratrum hæres & eorum facta præstare teneatur. Quæ eo magis

ob-

obstant Leonardo & Gargiollo, qui a Margarita causam habent, quo certum est, Leonardum alias in judicio acto cum Marchinio liti cessisse, ut suum malum jus agnovisse videatur.

His tamen occurrit Gargiollus in sua Allegatione EE. PP. distribuenda. Hoc primum statuit quod Margarita, quæ Fratribus suis superstes fuit, jus habebat ad patronatum, cum illud relictum fuerit *al più prossimo parente*. Nam defunctis fratribus ipsa propinquior Fundatori superfuit. Quin ex posterioribus fundationis verbis = *ed essendovi più fratelli in egual grado la facoltà sia nel maggior nato vivente* = restrictum censeri possit juspatronatus ad Agnatos. Nam vocatio *del più prossimo parente* masculos æque, ac fœminas complectitur & sub nomine fratris sorores etiam venire constat *ex Text. in l. Lucius Titius* §. *Quæsitum ff. de legat.* 3. *& in l. Tres Fratres ff. de pactis*. Quare cum verba naturali significatione fœminas non excludant, sequitur ut in materia indifferenti juris patronatus masculinum concipiat fœmininum ad tradita per *Piton. de Controv. Patron. Allegat.* 100. *numer.* 4. vel saltem fœmina agnata defectis masculis in subsidium vocata censeatur, ceu statuit *Rota in Firmana Beneficii* 8. *Maii* 1775. §. 6. *coram Eminentissimo de Bayane*.

Hinc deducit, quod donatio jurispatronatus facta a Terentio & Francisco Pinelli favore Joannis Baptistæ Marchini irrita prorsus sit, sive quod superstite Margarita non poterant Fratres de patronatu disponere, quod Sorori ex fundatione transferebatur, ut docuit Rota *Decis.* 730. *num.* 23. *part.* 16., & S. Congregatio *in Panormitana Jurispatronatus* 29. *Martii* 1738; sive quod deficiente ipso donationis actu non constat num fuerit ab Episcopo approbata, ut ad validitatem hujuscemodi donationum necessarium de jure esse firmavit non attenta approbatione facta per Vicarium Generalem *Piton. de controv. Patron. Alleg.* 7. *num.* 2. *Cap.* 39. *num.* 5. *Rot. coram Priolo dec.* 277. *num.* 3. *& in Firmana jurispatronatus super Confirmatione Donationis* 3. *Julii* 1778. §. 4. *coram Origo*. Neque hanc donationem quamtumvis irritam observare tenebatur Margarita quippe quæ Fratruum hæres. Nam ipsa hæres fuit usufructuaria Francisci, adeoque existente hæ-

re-

rede proprietario usufructuarius, qui ad instar Legatarii est, non tenetur auctoris factum præstare ut post *Tex. in l. quoties Cod. de hæred. instituen.* passim tradit Rota, & præcipue *in Faventina Successionis* 11. *Julii* 1771. §. 6. *cor. Litta*.

Ex qua nullitate donationis sequitur, ut Marchinius omni jure ad patronatum careat, Leonardus vero qui jura Margaritæ, in quam coaluit patronatus, representat, rite ad Beneficium Sacerdotem Gargiolli præsentaverit, eique danda sit institutio.

Dubium dirimendum proponitur.

An, & cui sit danda institutio in casu &c.

Affirmativè favore Sacerdotis Gargiolli.

FERETRANA JURIS SEPELIENDI. Intra limites Plebaniæ S. Marini extat ab anno 1500. Cappuccinorum Cœnobium, qui licet antea in eorum Ecclesia tumulaverint benefactores, qui sepulchrum ibidem elegerant, nullam tamen pro ipsis constructam habebant Sepulturam. Anno 1794. Sepulturam extruxerunt annuente prædecessore Archipræsbitero Laurentio Maccioni, qui morti proximus subverens ne id juribus parrochialibus detrimentum inferret, folium manu sua firmatum in tabulario parrochiali reliquit, in quo declarat quod instantibus Religiosis Cappuccinis = *che vi erano alcuni pochi devoti, che amavano esser sepolti nella loro Chiesa risposi, che essendo così acconsentivo, e non mi opponevo alla fabrica di detta Sepoltura con il patto poi espresso, che un tal mio assenso non dovesse inferire alcun pregiudizio, ne a miei dritti come Parocho, ne a quelli della mia Chiesa, e de miei Successori a quali non intendo io di pregiudicare in veruna guisa; non mi si ricercò alcun scritto, onde la cosa passò così.* *Sess. 24. Cap. 2. de Reform.*

Nunc igitur Modernus Archipræsbiter Marinus Mercuri postulat, ut PP. Cappuccinis prohibeatur jus Seppeliendi, & sepultura obstruatur. Episcopus Feretranus rogatus, ut auditis partibus sententiam suam proferret, folia utrinque exhibita remittit. Addit præterea = *Est apud me copia cujusdam Resolutionis a S. Congregatione Episcoporum, & Regularium editæ die* 18. *Augusti*

anni 1769., *& exhibitæ in actis Curiæ Episcopalis Senogallien. occasione cujusdam litis super eodem jure tumulandi vertentis inter PP. Cappuccinos, & Parochos ejusdem Civitatis. Ea est autem tenoris sequentis* = „ *Licere PP. Cappuccinis facultatem seppelliendi Ca-* „ *davera Secularium de licentia tamen Patris Generalis* „ *vel Commissarii non obstantibus Constitutionibus Or-* „ *nis* = *Ex ea satis conjicio licere PP. Cappuccinis seppellire in eorum Ecclesiis Cadavera Secularium sepulturam eligentium de licentia tamen Procuratoris Generalis,seu Commissarii Generalis.*

Nititur Parochus dispositione juris, quo cavetur ne Sepulturæ construi, & eligi possint nisi in Ecclesiis Parochialibus, earumque cæmeteriis *per tex. in Cap. Nos instituta* 1.,*Cap. Fraternitatem* 3. *Cap. In nostra* 10. *De Sepulturis Cap. Cum quis* 2. *eod. tit. in* 6. Ex quibus deducit quod nonnisi de consensu Parochi Sepulturæ in aliis ecclesiis construi possint. Nihil hinc sibi obesse putat consensum ab antecessore præstitum sive quod expresse cavit, *che un tal mio assenso non potesse inferire alcun pregiudizio a miei dritti,e dei miei Successori*, sive quod renunciatio hujus juris alienationem redolet nec poterat a Parocho fieri sine venia Apostolica ut tradit *Rot. decis.* 52. *num.* 6. *part.* 4. *Recent.* Cum vero hoc jus spelliendi a PP. Cappuccinis exercitum magnum afferat Pareciæ detrimentum, idcirco postulat Parochus, ut PP.Cappuccinis prohibeatur.

Contra vero PP. Cappuccini confidunt privilegio concesso PP. Minoribus in *Clementina Dudum* §. *Hujusmodi deSepulturis & Extravagan.super cathedram* §.*Hujusmodi eod. tit.* .ex quo nunc eligi & construi licet Sepulchra in Ecclesiis PP. Minorum. Patribus vero Cappuccinis omnia privilegia Patruum Minorum communicata sunt a Clemente VII. in Bulla, qua eorum ordinem probavit incipiente *Religionis Zelus* §. 9. lata an. 1528. *Bollar. Mainardi tom.* 4.*part.* 1.*pag.* 73. Et Paulus III. eosdem PP. Cappuccinos vere *Patres Minores* declaravit *in Constit.* edita *an.* 1556., cujus initium, *Exponi nobis* citat *Bullar. tom.* 4. *part.* 1. Hinc semper pro Patribus Minoribus habitos fuisse constat precipue *ex Decis.* 1803. *coram Coccino*, & *Dec.*178.*n.*2. *cor.Royas*, & jus seppelliendi cadavera eorum, qui sepulturam in co-

eorum Ecclesiis eligunt, invictissime sibi sarctum, tectumque defenderunt *in Romana Juris Seppelliendi* 2. *Maij* 1732. *per tot cor. Gamaches.* Quare nihil eis impedimento esse dicunt, si Parochus repugnet, & consensus exquisitus a prædecessore Parocho fuit magis ad urbanitatem, quam ad necessitatem. Nullum vero ex hoc jure seppelliendi præjudicium inferri Ecclesiæ parochiali contendunt. Probant enim quod ab an. 1678. *ad* 1795. *decem octo* cadavera tumulata fuere; ab anno vero 1795., quo sepultura constructa est ad hæc tempora *viginti unum*. Quare parum detrahunt Parocho, qui habet subjecta capita *mille sexcentum* & plerumque a Cappuccinis pauperiores seppelliri soleant, quo expensis funerum parcant.

Dubium sequitur.

An PP. Cappuccinis Conventus S. Marini competat jus seppelliendi cadavera eorum, qui in eorum Ecclesia Sepulturam elegerunt in casu &c.

Affirmativè salvis juribus Parrochialibus, & de licentia P. Vicarii Generalis Ordinis. *Sess.* 14. *Cap.* 3. *de Reform.*

PERUSINA CADUCITATIS. Perpetuam Cappellaniam ad altare S. Josephi in Ecclesia S. Joannis Baptistæ Oppidi Marsciani fundavit Thomas del Cerro, atque in Instrumento *anni* 1749., quo dotem in fundis assignavit has præcipue leges edixit: ut jus nominandi ipso defuncto pertineret adSodalitium Montis Marsciani: ut Cappellani eligendi essent Præsbiteri, sin minus proxime accingendi ad Sacerdotium, qui essent *di buona condizione, e fama*, quique per se celebrarent Missam singulis diebus festis, & unam præterea infra hebdomadam: ut casu quo Cappellanus = *non s' ordinasse Sacerdote a tempo debito, e nell' età legittima per sua propria colpa in tal caso subito ipso jure, & ipso facto sia, e s' intenda privo di detta Cappellania, e la detta Compagnia della Morte di propria autorità, e senza nessuna dichiarazione di giudice possa venire validamente e legittimamente alla nomina e presentazione di altro soggetto.*

Quibus facultatibus uti volens Sodalitium Mortis postulat ab EE. VV. declarari quod sibi liceat a Cappellania Clericum Joannem Baptistam Mariotti removère, quidum Reipublicæ Leges viguerunt ad Secularia se convertit, nec adhuc S. ordines suscepit, neque se dignum fecit, ut Sacris Ordinibus institueretur. Rogatus est defunctus Episcopus Perusinus, ut audito Clerico Mariotti patefaceret causam, quamobrem ipse licet idoneæ etatis a S. Ordinibus, abstinuerit. Clericus vero Mariotti adductis excusationibus inferius recensendis postulavit terminum unius anni ad merendos ordines. Sodalitium huic instantiæ repugnat. Vicarius Capitularis in sua Informatione *non laudandus* inquit *est Clericus Mariotti, sed tamen commiserandus mihi videtur inops in familia, & non bene edoctus in scientiis ad Sacerdotium necessariis. Non equidem supervacaneum foret judicio meo terminum unius anni præfiniri ipsi Cappellano, ut interim sibimet consulendo vocationem suam experiri queat, & habilis ad Sacerdotium evadat.*

Aperta quidem est Lex fundationis, & pœna caducitatis ubi Cappellanus ad legitimam ætatem pervenius ordines non suscipiat. Addit præterea Sodalitium, quod Mariottus culpa sua ordinibus caret. Num octo testes, quorum tamen sex Sodalitio sunt adscripti, deponunt Clericum Mariotti = *oltreche non ha dato mai buon saggio di se stesso, ed ha trascurato di fare li suoi obblighi cioè di fare sodisfare le messe nei giorni ordinati dal fondatore della Cappella, di dire l'offizio, ed altro ordinato nel testamento; in oggi dà evidenti segni di non istradarsi all' ecclesiastico, giacchè oltre rendersi scandoloso fino nella Chiesa, bestemmiatore, e giocatore, non ha ribrezzo neppure di andare per il paese di notte cantando canzoni oscene, e ridicole con obbrobrio del Ceto ecclesiastico, e millanta voler godere la Cappellania senza sodisfare gl' oblighi, perchè colla sanatoria tutto rimedia.*

Clericus vero Mariotti idcirco se ordines non suscepisse dicit, quod curis inopis suæ familiæ distentus animum ad studia non applicuit. Cæterum ex testibus probare studet = *che assiduamente ha assistito alle Sacre funzioni in abito Clericale, come pure prestarsi nei bisogni della Chiesa in qualità di primo Chierico addetto al-*

alla Sacristia = Idem alii testes affirmant *di aver veduto replicate volte il Chierico Mariotti dire l' offizio divino, come pure sappiamo, che anni sono lo recitava in compagnia del Sig. D. Carlo Bartoccini*. Tandem ut querelam rejiciat deteriorationis Bonorum Beneficii ex testimonio coloni evincit, se fundos Cappellaniæ retinere *in un sufficiente stato riguardo ai sopra suoli*. Fatetur autem aliquando non præstitisse missarum celebrationem & compositionem a R. Fabrica retulisse, sed id coactus paucitate Sacerdotum fecisse. Nam ipse pro translatione Missarum supplicavit, quo facilius celebrarentur, sed repugnante Sodalitio hanc instantiam fuisse rejectam. Videant EE. PP. num hæc quæ Clericus Mariotti adducit tanti sint, ut eum a caducitate excusent. Quamquam enim pœna privationis *ipso facto* interminetur fundatio; attamen Clericus numquam fuit constitutus in mora, cujus beneficium de æquitate canonica numquam amittitur, ut docet *Rota Decis.* 423. *num.* 12. *part.* 18. *Recent.*, *& in Reatina Caducitatis* 6. *Junii* 1784. §. 5. *cor. clar. mem. Card. Lancellotti*.

Dubium proponitur.

An sit locus caducitati, ita ut Sodalitium Mortis nominare possit novum Cappellanum, seu potius Clerico Mariotti præfigendus sit terminus ad suscipiendos S. Ordines in casu &c.

Præfigendum esse Clerico Mariotti terminum unius anni ad suscipiendos Sac. Ordines, & Episcopus incumbat implemento onerum.

SU-

Sess.22.Cap.6. de Reform.

SUTRINA REDUCTIONIS. In Oppido Montis Rani, quod Feudum est incitæ Gentis de Alteriis, extat Ecclesia S. Bonaventuræ cum adnexis ædibus, quam extruxit *anno* 1676. Princeps Angelus Alteriis, ut ibidem manerent Sacerdotes Regulares, vel Seculares, qui pueros litteris erudirent. Pro dote vero Ecclesiæ, & stipendio Sacerdotum assignavit sexaginta tria Loca Montium. Præterea impetravit a S. M. Clemente X., ut ad eamdem Ecclesiam S. Bonaventuræ translatio fieret trium Cappellaniarum, quarum singulæ in Ecclesia S. Salvatoris in Lauro Urbis erectę, habebant onus missæ quotidianæ ad eleemosinam obolorum decem, qui percipiebantur ex fructu triginta sex LL. Montium pro fundo trium Cappellaniarum assignatorum. Hanc translationem fecit cl.me. Cardinalis Paulutius de Alteriis uti Abbas Commendatarius S. Petri in Vinculis auctus opportunis facultatibus ex Breve Clem. X. In Instrumento vero assignationis horum LL. MM. cautum fuit = *ut casu quo per quodvis accidens dicta Loca Montium, aut illorum fructus perirent, deficerent, aut minuerentur, itaut non complerent summam unius Julii pro qualibet Missa, tali casu prefatus Eminentissimus Dominus Commendatarius in exequtionem præmissarum litterarum Apostolicarum ex nunc pro tunc, & quando hujusmodi casus evenerit, ac toties quoties opus fuerit promisit & obligavit tam seipsum uti Abbatem, & Commendatarium præfatum nomine dictæ Abbatiæ &c. rursus toties quoties casus evenerit nova assignamenta usque ad dictam summam Locorum deficientium, aut diminutorum juxta formam e irumdem Litterarum constituere, & subrogare atque supplere.*

Præter hanc dotem initio constitutam tractu temporis Ecclesia adjacentem hortulum comparavit, & prædium ex pietate fidelium consequta est. Nunc vero ob imminutos fructus Locorum Montium non plus ex omnibus bonis redit quam annua *scuta* 160. Hinc Patres Servitæ qui ante rerum publicarum perturbationem hanc Ecclesiam Sancti Bonaventuræ, continentesque ædes tenebant, illam deseruerunt proximo tumultu, neque postea ad illam reduces esse voluerunt ob aeris inclementiam, quæ tanta est, ut ipsum Oppidum Montis Rani desertum sit, & vix duodecim pastores

res in eo habitent, cum cæteri populani lares transtulerint ad contiguam Terram Canalis, quæ parimodo jurisdictioni feudali domus Alteriæ subiicitur. Quare modernus Princeps Paulutius *Altieri* postulavit ab hac Sacra Congregatione, ut commutata fundatoris voluntate ex hisce reditibus sibi fas esset in Terra Canalis duos constituere, & nominare Cappellanos, qui pueros instituerent, Parochos coadjuvarent, & in diebus fæstis Missam in Ecclesia Montis Rani alternatim celebrarent. Propositum fuit Dubium *in Congregatione diei 26. Novembris* 1803. = *An, & quomodo sit consulendum SSmo pro commutatione voluntatis, & translatione Missarum* = rescriptumque prodiit = *Affirmative juxta petita adimpletis omnibus oneribus Cappellaniæ adnexis usque dum augeantur fructus locorum Montium, quo in casu recurrant.*

At in exequtionem hujus Rescripti censuit Episcopus geminos Cappellanos teneri ad implementum trium missarum singulis diebus, quarum onera tribus Cappellaniis inerant. Quod cum grave sit Cappellanis redit supplex Princeps Altieri, ut declaretur quæ missarum onera sint implenda. Exquisitus de sua Sententia Episcopus respondit = *Semelac imminuti fuerunt redditus LL. Montium adsignatorum pro fundo Cappellaniarum, imminui etiam debet servata proportione Missarum onus, ut celebrari debeant tot Missæ, quot fructibus respondeant eleemosinæ manualis, quæ ex inducto more nunc excrevit ad obolos quindecim. Verum quia in translatione Cappellaniarum, & respectivæ assignatione LL. Montium pro illarum fundo pactum adjectum fuit, ut in casu diminutionis fructuum LL. Montium teneretur Abbas Commendatarius supplere ex aliis bonis Abbatiæ, ita nunc verificato casu fit locus supplemento saltem ad rationem obolorum decem pro quolibet sacro.* Hanc instantiam retuli in postrema Congregatione *per Summaria Precum*, eamque vos EE. PP. in Folio describendam jussistis.

Pro fundo trium Cappellaniarum assignata fuere LL. Montium 36., ex quibus cum re integra redirent sc. *centum & octo*, singulis Cappellaniis erat fructus annuus scutorum annuorum 36. quot satis erant ad eleemosi-

nam

nam *unius julii* pro qualibet Missa quotidiana . Nunc vero diminuto fructu LL. Montium , & aucta eleemosina manuali ad obolos *quindecim* , tantus non extat fructus ut tria Sacra singulis diebus celebrentur. Nam ex duplici quinta parte fructuum LL. Montium non plus percipiunt quam annua scuta 43. 20. , & pro una missa quotidiana requiritur nunc summa scutorum 54. Quare Cappellani aliquid de proprio supplere tenerentur celebrationi unius Missæ quotidianæ, nilque percipere pro aliis duobus Missis ab ipsis celebrandis . Et quamquam Abbas Commendatarius S. Petri in Vinculis sponderet supplementum , si Loca Montium diminuerentur ; attamen hoc supplementum (quidquid sit num ab Abbate S. Petri in Vinculis vel ex bonis Abbatiæ præstandum sit) nondum adhuc Cappellani consequuti sunt , & æquum videtur, ut interea eisdem, ne sint in damno, consulatur . Maxime cum supplementum promissum fuerit pro modo *unius julii* in singulas missas . Quo fit , ut Cappellani obtento licet supplemento haberent annua scuta 108. quot ex integris fructibus LL. Montium percipiebantur ; non tamen hæc sufficerent ad tres missas quotidianas pro quibus aucta nunc eleemosina requiruntur annua *scuta* 162.20. . Si igitur cogerentur ad celebrationem trium missarum quotidianarum , profecto stipendium annuum quod singuli habent in scutis 80. absumerent in celebrationem missarum, nullumque emolumentum haberent pro aliis oneribus , quibus ad coàdiuvandum Parochum , & instituendos pueros tenentur .

Ex his videant EE.PP.num *modus* adiiciendus sit implemento Missarum demandato in Rescripto diei 28.*Novembris* 1803. , ut scilicet celebrarent tot Missas ad eleemosinam obolorum *quindecim* quot fructus percipiunt ex LL. Montium 36. , & agat Orator pro supplemento contra quem de jure , firmo tamen remanente præcedenti Rescripto , ut in casu augumenti LL. Montium recurrant . Nam præter hæc 36. LL. Montium , quæ pertinent ad fundum Cappellaniarum alia sunt 63. a Principe Angelo Altieri pro fundo Ecclesiæ assignata , quorum fructus si augean-

geantur ; pro rerum circumstantiis erit providendum .

Dubium proponitur .

An , & quomodo sit locus implemento Missarum in casu &c.

Dilata , & exhibeatur actus translationis a cl. mem. Card. Paulutio de Alteriis peractæ , firma interim remanente Rescripto diei 26. Novembris 1803. , & adimpletis per modum Provisionis oneribus pro intranti quantitate actualium fructuum triginta sex LL. Montium ad taxam manualem currentem.

FIRMANA . Quæsitum fuit in Congregatione *diei* 11. *Julii* 1801. = *An , & quomodo sit locus divisioni Massæ communis* = quam postulabat Capitulum S. Petri , & Pauli Oppidi Montis Ulmi . Et EE. PP. rescripserunt = *Affirmative juxta Votum Archiepiscopi recento in Massa communi aliquo ulteriori fundo arbitrio , & conscientiæ ejusdem Archiepiscopi pro distributionibus quotidianis, aliisque expensis* . Nunc Capitulum duo postulat . Primum, ut quoniam pro explenda hac divisione necessaria est impensa scutorum *biscentum* , & præterea *quatuorcentum* pro constructione unius , alteriusque domus ruralis , idcirco postulat , ut liceat sibi vendere pecus hujusmodi fundis ad lictum , & frumentum pro satione reservatum . Nam facta divisione quisque Canonicus portionem suam colet , & necessarium pecus , & semen comparabit . *Sess. 24. Ca. 12. de Reform.*

Deinde postulat Capitulum, ut una cum reliquis fundis Massæ communis dividantur quoque bona, quæ pertinent ad legatum *Nobili* , de quo pauca scire præstat . Nam Præpositus Stephanus Nobili testamento suo *Anni* 1778. jussit , ut ex bonis suis investimentum conficeretur scutorum 3500. cujus fructus erogarentur in stipendium annuum scutorum *septuaginta per man-*

tenere un Maestro di Cappella qui organum pulsaret, & duos adolescentulos in cantu erudiret, & præterea scuta *quadraginta* darentur quotannis seminario, ut duo Juvenes instituerentur. Tandem jussit = *Il detto Reverendissimo Capitolo de Santi Pietro, e Paolo debba eleggere uno, il quale debba amministrare, e tener conto delle rendite del sudetto Capitale di sc. 3500., e suo augumento se vi sarà, e dopo pagati detti scudi 70. al Maestro di Cappella, e gl'altri scudi 40. al seminario per l'effetto sudetto, il sopravanzo, se vi sarà, del fruttato debbasi mettere in una cassetta per poi servirsene per ogni qualunque bisogno accader potesse al medesimo solo Capitolo de' Santi Pietro, e Paolo.*

Eminentissimus Archiepiscopus in sua Informatione primæ instantiæ omnino suffragatur. *Quoad vero* prosequitur, *bona Præpositi Stephani Nobili, quæ separatim a bonis capitularibus administrantur, si opportunum, & utile existimatur illa comprehendere in præfata divisione illud cavere necessarium mihi videtur, ut tantumdem bonorum prævia Peritorum estimatione pro equivalenti valore retineatur separatim ab iis, quæ retineri debent in massa communi, & separatim etiam administrentur, ut ipsorum redditibus expleantur ipsorum legata, absque eo, quod inter alia bona Capituli confundantur.*

Utraque instantia duplici infrascripto dubio complectitur in quorum *primo* agitur de expensis pro explenda divisione Massæ Capitularis. Quandoquidem ex Rescripto hujus S. Congregationis concessum fuit Capitulo S. Petri, & Pauli, ut Massam dividere posset, æque eidem suppeditanda videntur media, ut expensas facere possit pro explenda divisione. Non aliter sumptus hosce Capitulum facere posse putat, nisi vendito pecore bonis addicto, & frumento sationi destinato. Nam ad expensas hujusmodi necessaria sunt scuta *sexcentum*. Verum hæc alienatio si utilis est singulis Canonicis ut divisionem Massæ consequantur, damnosa est quidem certe Capitulo, cum privetur hisce semoventibus, & segetibus quæ fundos meliores reddunt. Periculosum porro est, ut singuli portionem, quam

ex

ex divisione obtinebunt, ære proprio instruant pecore, & in deterius abire poterit agrorum cultus in Successorum perniciem. Videant igitur EE. PP. num hæc, quæ proponunt probanda sint media, seu potius alia exquirenda sint, quæ non adeo deteriorem reddant bonorum conditionem.

Alterum dubium respicit divisionem bonorum, quæ pertinent ad Legatum *Nobili*. Hoc certe secum fert commutationem voluntatis Testatoris, qui voluit ut separatim à Massa administrarentur, nec Canonicorum privatæ utilitati, sed *a qualunque bisogno accader potesse al solo Capitolo* destinavit fructus superextantes post adimpleta legata. Quod si subrogentur alia bona, pro fundo legatorum, tum sane videtur inutilis hæc bonorum divisio.

Gemina proponuntur = Dubia

I. *An, & quomodo faciendæ sint expensæ pro divisione Massæ communis, & constructione domorum ruralium in casu &c.*

II. *An, & quomodo in divisione Massæ comprehendi debeant bona spectantia ad Legatum Nobili in casu &c.*

Ad I., & II. Negativè in omnibus.

Sess. 14. Cap. 7. de Reform.

MELPHICTEN. IRREGULARITATIS. Diaconus Joannes Michael D. Errico ex contracto vitio vocis irregularitatem incurrisse timet, adeoque dispensationem postulat, ut ad Sacerdotium promoveatur. Episcopus cui commissum est, ut experimentum faceret, hæc refert. *Adhibitis Physico Doctore, qui vocis defectus causam, ore inspecto, aperiret, & Cæremoniarum Magistro, qui ejusdem defectus gradus nobiscum animadverteret, ad experimentum lectionis evangelicæ, alta primum, deinde submissa voce etiam in notabili distantia duodecim passuum devenimus. Ex utriusque porro judicio compertum est, Diaconi Oratoris vocem, & auditum vencrea lue tribus abhinc annis contracta, labefactatos, quippe quę guttur, ejusque molle palatum (ut dicunt) ugulam cum tonsillis nervis in gutturis fornice pœne corroserit, timpanique acustici fibras quodammodo debilitaverit, unde surdus, & raucæ vocis, ac debilis evasit adeo ut vocem, verboque efformare nonnisi conatu quodam vel parvo valeat. Hinc in id consilii deventum est, Oratorem, qui nullo pacto, & Populi scandalo solemniores sive cum cantu missas celebrare valet, sicuti & Christi fidelium Sacramentales confessiones excipere; nullo ejusdem scandalo, prout duplici repetito experimento probatum satis superque habuimus, privatas, seu lectas Missas optime posse, & valere. Præterea omittendum non est, Oratorem in admissi sceleris pœnitentiam annum jam in Carmelitarum suę Terræ Barelis Monasterio reclusum mandato nostro ut inibi moribus, & vita ad boni, rectique normam redactis, scandalum patrato scelere populi illatum, repararet, bonique testimonio apud laicos fieret, quod & factum est, ui ex fratruum prædictorum testimonio, & Terræ Archipræsbitero sæpe sæpius est Literis commendatum.*

Irregularitas quidem non contrahitur nisi in *casibus in jure expressis, ut ex Cap. 18. de Senten. Excomunicat. in 6.*, nec ulli juris loco cautum est, ut, qui vitio vocis, & auditus laboret, irregularis sit. Verum generatim statuitur, ut irregularis fiat, *qui aliqua par-*

parte corporis vitiatus, vel imminutus sit, ut ex Can. Illiteratos distin. 36. *Cap. Præsbiterum, & Cap. Tua nos de Cleric. egrotan.*, ita qui voce laborat, ut sine audientium offensione Missam pronunciare non possit, videtur irregularitatem contraxisse. Maxime cum Orator culpa sua in hoc vitium inciderit, ut in populo scandalum gignere possit, si non vitium vocis, certe causa, unde vitium proficiscitur. Nihilominus Orator nunc pœnitentiam agit, mores composuit suos, ut patet ex testimonio Parochi, & Carmelitarum, in quorum religiosam domum se recepit. Quare si irregularitate irretitus est, subesse videtur causa cur dispensetur.

Dubium proponitur.

An sit consulendum Sanctissimo pro dispensatione ab irregularitate in casu &c.

Non proposita cum sequenti.

SENOGALLIEN. Abbatissa, & Moniales S. Agathæ Arcis Contratæ cum gravatæ sint ære alieno in summa scutorum 265. scilicet 63. pro *Dativa reali*: 68. pro Oleo consumpto: 84. pro stipendio Confessarii: & 50. pro Medicinalibus postulant, ut in partialem hujus æris alieni dimissionem ex una dote monastica sc. 250. erogare possint sc. tantum 215., & quod superest dimissis creditoribus una cum annuo deposito scut. 30. usque ad reintegrationem Capitalis erogare in acquisitionem animalium, quæ necessaria sunt ad fundi cultum. Instantiæ suffragatur Emus Episcopus. *In hoc* inquit *rerum statu, cum Moniales alio se vertere non possint, negociationem hanc plenis ulnis amplectendam esse censeo. Etenim Monialium prædia in totum animalibus carent, certumque est animalium negociationem in hac regione communem esse, sicque spes est, eam Monasterio valde profuturam.* *Sess.* 22. *Cap.* 3. *de Reform.*

Cum

Cum alio modo res alienum dimittere non possint Monia-
les permittendum eisdem videtur, ut in hanc causam
erogare possint dotem spiritualem pro rata sc. 215. .
Aliter enim bona Monasterii creditorum exequtioni-
bus subiicerentur, id quod eis multo majus detrimen-
tum afferret. Ad *modum*, quod attinet dubitari po-
terit num permittendum sit Monialibus, ut annuum
depositum *scutorum* 30. usque ad reintegrationem
Capitalis distrahendi sit investiendum in *animalibus*
Hæc quidem fundos augent, fructumque reddunt, sed
casu fortuito perire possunt. Videant igitur num
potius expediat, ut depositum annuum in fundorum
acquisitionem erogetur.

Dubium proponitur.

An, & quomodo annuendum sit precibus in casu &c.

Die

INDEX

RESOLUTIONUM

Quæ prodierunt in Causis in S. Congregatione Concilii anno 1805. propositis.

A

Alienationem pecoris, & frumenti satio-ni destinati facere negavit Sacra Congregatio Capitulo S. Petri Oppidi Montis Ulmi, ut expensas faceret pro divisione Massæ Communis *in Firmana 14. Decembris ad I. Dub. pag.* 225.

In Alienatione Tabularum Picturarum, quæ sunt venerationi expositæ, habendam esse rationem Operis Artificis definivit Sacra Congregatio in *Mathelicen Beneplaciti super Declaratione Rescripti 22. Junii pag.* 129.

Alimenta Mariæ Annæ Ravieli præstanda esse definivit Sacra Congregatio confirmata Sententia R. P. D. Secretarii, qua damnatus est Clemens Lovatti ad præstationem alimentorum, quippe qui occultata professione Religiosa, & inductis falsis Testibus de statu libero eam sub larva Matrimonii vitiavit, & pro hujusmodi effectu relaxatum est mandatum adversus Franciscum Antonium Lovatti Patrem super Livello annuo, quod filio præstare promiserat *in Romano Alimentorum 19 Januarii pag.* 1.

Quam resolutionem confirmavit Sacra Congregatio *die* 27. *Aprilis pag.* 71.

Applicationem unius ex quatuor subsidiis dotalibus ex pia Fundatione Cardinalis Petri Pauli, & Equitis Josephi Fratrum Conti solvendis Puellis Oppidi S. Marci ad decennium concessit S. Congregatio in causam stipendii concionatoris, facto tamen deposito, modo ab Archiepiscopo præfiniendo, subsidiorum, nomisi in actu celebrationis Matrimonii solvendorum, & servata forma præcedentis Rescripti diei 4. Aprilis 1778., simulque eadem Sacra Congregatio indulsit absolutionem, & sanationem ob neglectum implementum præcedentis Rescripti *In Camerinen. Sanationis, & applicationis* 30. *Martii pag.* 60.

Apparatum, sive *Accencio* pro Puellis, quæ ex legato *Tricoli* recipiendæ sunt in Asceterio Cappuccinarum Oppidi Mercatelli non esse præstandum a Monasterio definivit Sacra Congregatio *in Anconitana* 20. *Julii ad I. Dub. pag.* 144.

B

Beneficii, seu Abbatiæ in rurali Ecclesia S. Luciæ erectæ translationem a Capitulo Cathedrali Faliscorum petitam ex causa ruinæ, quæ rurali Ecclesiæ impendebat, negavit Sacra Congregatio, cum Capitulum haberet, unde fatiscentem Ecclesiam repararet *in Balneoregien. Translationis* 19. *Augusti pag.* 157.

Beneficiatos Metropolitanæ Urbini reclamare posse negavit Sacra Congregatio a Resolutione Capitulari *diei* 3 *Decembris an.* 1803., quo statutum fuit initium matutini chori tempore hyemali hora decima quinta, quam resolutionem, probante Archiepiscopo factam, servandam esse dixit eadem Sacra Congregatio *in Urbinaten.* 22. *Junii ad I. Dub. pag.* 120.

Eosdem Beneficiatos celebrare debere juxta solitum Missas conventuales, vel eisdem inservire statuit Sacra Congregatio *ibidem ad II. Dub.*

Reclamantibus Beneficiatis Metropolitanæ Urbini se non habere commodum conclave, in quo congregari possent, & locum idoneum ad retinendum Archivium, Sacra Congregatio statuit, quod deficiente alia meliori mansione Archiepiscopus provideret minori, quoad fieri poterit, Beneficiatorum incommodo *ibid. ad III. Dub.*

Non ad Beneficiatos, sed ad Canonicos Metropolitanæ Urbini spectare electionem duorum Clericorum pro servitio Ecclesiæ, durante tamen consensu Archiepiscopi de-

finivit Sacra Congregatio *ibidem ad IV. Dub.*

Beneficiatos ejusdem Metropolitanæ ministrare debere ad Altare Canonicis celebrantibus decernit Sacra Congregatio *ibidem ad V. Dub.*

Ad inchoandam in choro Metropolitanæ Urbini S. Psalmodiam non esse necessariam trium Canonicorum præsentiam definivit Sacra Congregatio *ibidem ad VI. Dub.*

C

Caducitatem a Cappellania S. Joseph non incurrisse declaravit S. Congregatio Clericum Joannem Baptistam Mariotti, licet ad legitimam ætatem perventus juxta legem fundationis ordines non susceperit, eique terminum unius anni præfixit ad suscipiendos S. Ordines *in Perusina Caducitatis* 14. *Decembris pag.*219.

Capitulum S. Eustachii Urbis, penes quem residet cura habitualis facere debere statuit Sacra Congregatio electionem illorum Sacerdotum, qui ultra Vicarium Curatum in Sabatho Sancto domos benedicant, & domos benedicendas a Sacerdotibus electis a Capitulo designandas esse a Vicario Curato *in Romana Iurium Parochialium ad I. Dub. pag.*186.

Itidem a Capitulo Sancti Eustachii faciendam esse definivit Sacra Congregatio electionem Sacerdotum pro associatione funerum, & pro exequiis *ibidem ad II. Dub.*

Tandem eidem Capitulo S. Eustachii spectare declaravit Sacra Congregatio exactionem emolumentorum funeris, & super iisdem concordare *ibidem ad III. Dub.*

Census extinctionem factam a Comitibus Castelli in schedis nummariis Capitulo S. Mariæ in Transtiberim nullam, irritamque declaravit Sacra Congregatio confirmando superioris anni resolutionem *in Romana Census* 16. *Februarii pag.*34.

Collationi casuum conscientiæ intervenire debere jussit Sacra Congregatio etiam Beneficiatos, & Clericos Beneficiatos Basilicæ Lauretanæ juxta edictum publicatum ab Episcopo die 29. Novembris 1804. , *in Lauretana Exemptionis dit* 30. *Martii pag.* 52.

Concordiam inter Canonicos primæ, & secundæ erectionis Collegiatæ S. Ægidii Oppidi Tulpharum super distributione emolumentorum initam, & exequutam, antequam impetraretur Apostolicum Beneplacitum, probavit Sacra Congregatio ad formam Judicati A. C. Priocca, qui *Capit. I.* dictæ concordiæ delendum esse definierat *in Sutrina Concordiæ* 19. *Januarii pag.*10.

Congruam Parochi S. Martini *in Campo* augendam esse negavit Sacra Congregatio a Capitulo Cathedralis Perusiæ, qui illam Paræciam administrat *in Perusina Congruæ* 16. *Januarii pag.*40.

Curæ animarum in alpestri Oppido S. Mariæ Asculanæ Diœcesis providendum esse jussit Sacra Congregatio per deputationem Vicarii Curati perpetui applicatis in ejus congruam legatis Missarum *Ruggeri, Vitelli, Massi, & Sciampagna*, reductisque horum legatorum Missis ad unam annuam pro quolibet legato, & tandem proviso per Ordinum Episcopum quoad perpetuam manutentionem Lampadis ante Sanctissimum Sacramentum, & quoad Utensilia, & Suppellectilia *in Asculana Paræciæ* 25. *Maii pag.*107.

D

Dismembrationem Paræciæ S. Joannis Civitatis Anconæ utpote nullam revocavit *Sacra Congregatio*, & ejusdem Parocho Cioccoli reintegrationem concessit ad regiones dismembratas. Quam resolutionem captam superiori anno die 30. Aprilis frustra impugnarunt Parochus, & Parocchiani *di Montagnolo*, & *Posatore*, cum eadem Sacra Congregatio in decisis perstiterit *in Anconitana Dismembrationis, & Reintegrationis* 17. *Augusti pag.*167.

Distributiones quotidianas pro vacanti Mansioneria in Collegiata Montis Bodii non accrescere Massam communem definivit Sacra Congregatio, sed dividendas esse inter Mansionarios inservientes a die vacationis *in Senogallien. Distributionum* 23. *Novembris pag.*208.

E

Ecclesiæ Parocchialis S. Valentini in Civitate Ferentina restaurationi providendum esse definivit Sacra Congregatio juxta propositum ab Episcopo contributum, a quo tamen excepit Beneficia, Cappellanias, & Sodalitia extra Ecclesiam erecta, injuncta Episcopo cura exigendi quotannis redditione rationis, ut redditus Ecclesiæ, & pecuniæ ex contributo erogarentur in reædificationem Ecclesiæ *in Ferentina Reædificationis Ecclesiæ* 25. *Maii pag.*100.

In Fabricam Ecclesiæ Oppidi Carboneani ap-

plicavit Sacra Congregatio per decennium subsidia dotalia, quæ Puellis indigenis sorte ductis quotannis conferuntur ex Legato Principissæ Laviniæ *della Rovere*, & etiam subsidia non collata attento consensu Patroni in *Civitatis Castellanæ Applicationis* 23. *Novembris pag.*209.

Episcopo Eugubino nullam competere jurisdictionem neque ordinariam, neque delegatam Sedis Apostolicæ ad effectum visitandi Ecclesias Parocchiales *S.Benedicti Veteris*, *S.Crucis de Murena*, *S.Petri de Salice* declaravit Sacra Congregatio in *Eugubina Visitationis* 7. *Septembris pag.*178.

I

Impedimentum affinitatis ex copula illicita contractum esse negavit Sacra Congregatio in *Senogallien. Impedimenti* 17. *Augusti pag.*162.

De Impedimento consanguinitatis constare declaravit Sacra Congregatio inter Rinaldum Fiorani, & Mariam Rosam Andreoni in *Æsina Impedimenti* 23. *Novembris pag.*195.

Indultum abessendi a choro causa studiorum concessit Sacra Congregatio Canonico Cathedralis Balneoregiensis Cosmati Colasanti, dummodo maneret in Seminario Diœcesano cum obligatione inserviendi diebus festis, & vacationum recurrentium in *Balneoregien. Indulti* 30. *Martii p.*51.

A qua resolutione cum reclamaret Colasantus postulans, ut deleretur clausula, *dummodo maneat in Seminario Diœcesano*, cum repugnaret Capitulum, Sacra Congregatio *in Decisis* perstitit *in eadem Balneoregien.* 20. *Julii pag.*147.

Indultum absentiæ causa studiorum negavit Sacra Congregatio Canonico Pœnitentiario Metropolitanæ Firmi, cum jam presbyter esset, & annum ageret sextum supra vigesimum *in Firmana* 14. *Decembris pag.*213.

Indultum abessendi a choro, & residentia, impletis tamen oneribus causa infirmitatis ad annum *si tandiu* concessit Sacra Congregatio Sacerdoti Josepho Schizzi Cappellano in Basilica Liberiana, & pro absentia in præteritum concessit sanationem, dummodo de implemento onerum doceret in *Romana* 14 *Decembris pag.*113.

Indultum Jubilationis concessit Sacra Congregatio Presbytero Francisco Pagliarini licet laudabile quadraginta annorum servitium præstitisset in duobus diversis Ecclesiis in *Reconaten. Jubilationis* 23. *Novembris pag.*202.

Indultum jubilationis, ut obtineret Archidiaconus Ignatius Osorio y Mesia post laudabile quadraginta annorum servitium, nil obstare declaravit Sacra Congregatio Statuta Ecclesiæ Cathedralis Cauriensis, quæ prohibent, ne impetretur gratia percipiendi fructus in casu absentiæ, neque indigere absolutione a juramento, quo eadem Statuta Ecclesiæ se observare obstrinxit in *Caurien. Jubilationis* 30. *Martii ad I. Dub. pag.*58.

Eique indultum jubilationis concessit *Ibidem ad II. Dub.*

Institutionem ad Beneficium erectum ex fundatione Pinelli in Sacello B. M. Virginis Pagi Corsani concessit S.Congregatio Sacerdoti Garziolli, in quem coaluerant jura postremæ Patronæ in *Lunen Sarzanen. Beneficii* 14. *Decembris pag.*213.

Irregularitatem contractam a Presbytero Verzellinio, qui suspensione irretitus Sacrit operatus est, non esse dispensandam censuit Sacra Congregatio ex sola causa paupertatis, cum non constaret de morum emendatione in *Fanen. Irregularitatis* 20. *Julii pag.*137.

Pro irregularitate contracta a Joanne Scare Roque, qui cum falsis dimissorialibus proprii Episcopi Ordines minores suscepit omissa prima tonsura, & majores non servatis interstitiis, iterum Sacra Congregatio confirmata Resolutione diei 30. Junii *superioris anni* denegandam censuit dispensationem, neque preces amplius recipiendas esse jussit, nisi docto de suscepto Sacramento Confirmationis, de Constitutione Patrimonii Sacri, de adepta ideneitate quoad scientiam, & mores, & commendatus ab Episcopo rediret in *Aperiensis Irregularitatis* 22. *Junii pag.*113.

Dispensationem ab Irregularitate contracta a Subdiacono Bruni, qui, cum posset, non impedivit occisionem ejus, quo cum inimicitias habebat, quam dispensationem petitam superiori anno die 11. Decembris rejecit Sacra Congregatio, nunc concedit, cum constet de peracta pœnitentia, & emendatione vitæ, renovatis tamen spiritualibus exercitiis arbitrio Episcopi præfiniendis in *Tropien. Irregularitatis* 20. *Julii pag.*147.

Negavit porro Sacra Congregatio dispensationem ab Irregularitate incursa a Subdiacono Joachimo Antonio de Costa, qui jam Clericus militaria stipendia meruit, licet neminem mutilaverit, aut occiderit, & ad Ordines permotus est sine dispensatione, & falsis dimissorialibus proprii Epis-

copi in *Brigantien. Habilitationis, & Dispensationis* 30. *Martii pag.*56.

Ab Irregularitate absolvendum esse censuit Sacra Congregatio Augustinum Refondini, qui ex condicto acceptato singulari certamine aggressorem leviter sauciavit, sed postea pace facta pœnitentiam egit, & non dubia signa dedit constantis emendationis in *Veronen. Irregularitatis* 16. *Februarii pag.*29.

Jus nominandi ad Cappellaniam institutam a Magdalena Carlini competere declaravit Sacra Congregatio Alexandro Galosi pro tribus unciis, & pro reliqua quota Fratribus Siliquini viritim in *Montis Alti Cappellaniarum* 16. *Februarii* 1805. *pag.*35. *ad I. Dub.*

Jus nominandi ad Cappellaniam institutam a Joanne Baptista Carlini competere declaravit Sacra Congregatio Fratribus Siliquini *ibidem ad II. Dub.*

Ius sepeliendi PP. Cappuccinis Conventus S.Marini competere declaravit Sacra Congregatio, dummodo salva sint jura Parochi, & cadavera eorum, qui in eorum Ecclesia Sepulchrum elegerint, sepeliantur de licentia P. Vicarii Generalis Ordinis, in *Feretrana Juris sepeliendi* 14. *Decembris pag.*217.

L

Legatum Missarum relictum ab Anna Mazzei præstandum esse definivit Sacra Congregatio ex fructibus omnium Locorum Montium hæreditariorum usque ad summam scutorum 72. confirmata Resolutione diei 26. *Septembris* 1795. *in Romana Legati Missarum* 25. *Maii pag.*95.

M

Duo ex octo Mansionariatibus in Collegiata Ecclesia S.Exuperantii Cinguli erectis, modo vacantes pro hac vice tantum conferendos permisit Sacra Congregatio, abrogato onere excipiendi confessiones Sacramentales, quo unus gravatur, & dispensato choro certis diebus arbitrio Præfecti chori, ut alter Sacrarii curam susciperе possit, servatis tamen legibus fundationis in reliquis Mansionariatibus in *Cingulana* 25. *Maii pag.*109.

In divisione Massæ communis a Capitulo S.Petri, & Pauli Oppidi Montis Ulmi minime comprehendi deberi declaravit Sacra Congregatio bona spectantia ad Legatum Nobili, in *Firmana* 14. *Decembris ad II Dub. pag.*225.

Missarum onera suspendit Sacra Congregatio, ut Patroni paupertatem sublevaret, in *Montis Alti Cappellaniarum* 16. *Februarii pag.*35.

Missarum suspensionem denegavit Sacra Congregatio Aldebrando Gradara Rectori Cappellaniæ Ugoccioni, cum neque probaverit redditus Cappellaniæ esse impares oneri Missarum, neque expensas litium, quas ipse fecerat, cessisse in utilitatem Cappellaniæ, in *Fanen. Suspensionis Missarum* 27. *Aprilis ad I. Dub. pag.*71.

Sed tantum ei attenta impotentia absolutionem concessit ob Missas in præteritum neglectas, celebratis tamen Missis octoginta infra sex menses, *ibidem ad II. Dub.*

Missas ex legato Angelini celebrandas in Ecclesia *S. Marcelli* Urbis transtulit S. Congregatio ad Ecclesiam *S.Nicolai in Arcione*, cum PP. S.Marcelli legatum acceptare recusaverint, in *Romana Translationis* 23. *Novembris pag.*195.

Montis Pietatis Oppidi Militelli erecto collatis a piis hominibus unciis mille Siculis permisit Sacra Congregatio, ut ad normam Constitutionis Leonis X. exigere posset a mutuatariis, quod esset necessarium ad expensas mantentionis, & ministrorum, simulque jussit, ut ex capitali Montis distraheretur summa necessaria pro habendo annuo redditu unciarum quindecim erogandarum pro unciis quinque in distributione panis, & pro unciis decem in augumentum capitalis Montis, in *Messanen. Montis Pietatis* 16 *Februarii pag.*29.

P

Parochum Oppidi Roiatis juxta Votum Emi Abbatis Sublacensis dispensavit Sacra Congregatio a residentia intra limites Parœciæ per sex menses, in *Nullius Sublacen. Residentiæ* 23. *Novembris pag.*195.

Permutationem Prædiorum *Collinæ*, *& Salgnano* pertinentium ad Capitulum S.Bernardi Oppidi Mutilianæ in Hetruria cum fundo *Casa Marlacchio* spectante ad Ecclesiam Parochialem S.Petri in Tusmo ita probavit Sacra Congregatio, ut a Capitulo in pecunia suppleretur valor propriorum Prædiorum, in quantum valor fundi Parocchialis excederet, in *Faventina Permutationis* 16. *Februarii pag.*19.

Permutationem duorum prædiorum, quæ ad Archipræsbyteratum Collegiatæ Ecclesiæ Montis Bodii pertinentia æstimata a Peritis

Esere in *scutis* 494. faciendam una cum Censu activo in sorte *scutorum* 600. tradendo a Dominico Antonini improbavit Sacra Congregatio, cum censuerit melius esse fundos, quam census possidere, in *Senogallien. Permutationis* 17. *Augusti pag.*157.

Ioenæ Pænitentialis, & Theologalis erectionem in Ecclesia Collegiata S.Nicolai Fabriani denegavit Sacra Congregatio, cum Capitalum Cathedralis huic erectioni maxime repugnaret, in *Fabrianen. Præbendæ Theologalis, & Pœnitentialis* 27. *Aprilis pag.*72.

Iotificationem ad Sacros Ordines cum Episcopus Administrator Fani dare recusasset Clerico Aldebrando Gradara, hoc reclamante, Sacra Congregatio instantiam remisit arbitrio ejusdem Episcopi, cui transmisit jura a Gradara exhibita, in *Fanen.* 25. *Novembris pag.*203.

R

Receptionem nominandarum Monialium ex Legato Trionfi in Monasterio Cappuccinarum Oppidi Mercatelli faciendam esse decidit S. Congregatio, prævia exploratione Ordinarii, & acceptatione Monialium capitulariter, & per secreta suffragia, in *Arretinarum* 20. *Julii ad II. Dub. pag.*111.

ductionem Missæ quotidianæ, quam legavit Tiberius Fonti, rejecit S.Congregatio, cum censuerit demonstrativam esse assignationem scutorum quadraginta pro stipendio Cappellani, & hæredes teneri ad supplementum, in *Eugubina Reductionis* 27. *Aprilis pag.*71.

d [illegible] onerum Missarum, quæ infixa sunt Pa[illegible] de Lunani in Cathedrali Typhernat[illegible] ingavit S. Congregatio, cum probatum [illegible] fuerit reddit[illegible] adeo tenu[illegible] ut onera Missarum [illegible] requirent, in *Civitatis Castelli Reductionis* 27. *Aprilis pag.*86.

eductionem Missarum celebrandarum pro Cappellania instituta a Francisco Doversan confirmata Resolutione *diei* 24. *Novembris superioris anni* [illegible] S. Congregatio, cum ex fundo legato [illegible] supperire constiterit ad celebrationem præstandam, in *Nursina Reductionis* 25. *Maii pag.*[illegible].

ad Ionem onerum, quæ inhærent Cappellaniæ a Paulone [illegible] in Collegiata Ecclesia Oppidi *Aqua-pen[illegible]*, ita [illegible] S. Congregatio, ut [illegible] unum celebrari [illegible] Missæ ad [illegible] perpetuæ, quot additus, [illegible] reliquis [illegible] præter [illegible] *Fanen.*

chum in *Tudertina Reductionis, & Absolutionis* 7. *Septembris ad I. Dub. pag.*175.

Absolutionem vero Cappellanis concessit pro Missis inadimpletis ante Decretum Visitationis Episcopi, firmo remanente onere celebrandi ad manualem Missas inadimpletas post dictum Decretum Visitationis, *ibidem ad II. Dub.*

Reduxit S. Congregatio ad manualem geminas Missas hebdomadales celebrandas ex fundatione Montini ad Altare S.Emigdii in Hospitali Charitatis Civitatis Tudertinæ, easque transtulit ad Altare S.Emigdio dicatum in Ecclesia Cathedrali, firmo remanente onere juxta Votum Episcopi celebrandi ad Altare S.Emigdii a Testatore designatum aliquoties in anno, & signanter in die festo ejusdem Sancti, & in die anniversario obitus Fundatoris, in *Tudertina Reductionis, & Translationis* 7. *Septembris pag.*175.

Reintegrationem bonorum hæreditatis Moriconi concessit S. Congregatio Parocho Ecclesiæ S. Petri Civitatis Æsii hæredis scriptæ delata tasa annua scutorum 250. favore Seminarii Æsini, in *Æsina Reintegrationis* 27. *Aprilis pag.*72.

Resignationem Canonicatus Cathedralis Fulginatensis factam ad favorem Clerici Josephi Santarelli reprobavit S. Congregatio, cum careret *testimonialibus* Episcopi, in *Fulginaten. Resignationis* 19. *Januarii pag.*20.

S

Sodalitium Servorum erectum in Ecclesia PP. Servitarum Civitatis Sassaris cogi non posse censuit S. Congregatio ad removendam Iconem B. M. Virginis Dolorosæ, quam retinet in proprio Sacello licet sito e conspectu Altaris, in quo PP. Servitæ similem Iconem B. M. Virginis Dolorosæ retinent, in *Turritana* 27. *Aprilis ad I. Dub. pag.*76.

Respondit etiam S.Congregatio posse eosdem Sodales Servorum juxta solitum celebrare septem missas ante festum B. M. Virginis Septem Dolorum, & peragere processiones cum Icone præcipue in Feria VI. majoris hebdomadis *ibid. ad II. Dub.*

Hæ tamen resolutiones repropositæ Causa S. Congregatio moderata est juxta mentem Archiepiscopo scribendam, in *Turritana* 7. *Septembris ad I. & II. Dub. pag.*176.

Patres vero Servitas non esse cogendos, sed hortandos ad interventum in Septenario, & Processionibus celebrandis ab eodem Sodalitio, in *Turritana* 22. *Aprilis ad III. Dub. pag.*[illegible]

Pari modo definivit S. Congrgatio Religiosum Servitam esse debere *Correctorem* Sodalitii exclusive a quocumque alio Cappellano, *ibidem ad IV. Dub.*

Sodales porro, & non PP. Servitas præstare debere Sacra Utensilia pro functionibus a Sodalitio peragendis declaravit S. Congregatio *ibidem ad V. Dub.*

Emolumenta funerum percipi debere statuit S. Congregatio a PP. Servitis, & quoad emolumenta in præteritum percepta a Sodalibus Archiepiscopus caret Concordiam, *ibidem ad VI. Dub.*

Eleemosinam vero Missarum, quas pro Sodalitio celebrant PP. Servitæ, præstandam esse voluit S. Congregatio juxta Concordiam anni 1604., *ibid. ad VII. Dub.*

Non licere vero definivit S. Congregatio Sodalibus in Ecclesia, & Pulpito PP. Servitarum habere per extraneum S. Conciones, nisi eorumdem PP. accedente consensu, *ibidem ad VIII. Dub.*

Negavit S. Congregatio moderationem conventionum, quas inter se PP. Servitæ, & Sodales iniverunt circa usum Altaris Majoris, *ibidem ad IX. Dub.*

Subsidiorum dotalium cumulum ex legato Bielli in scutis *bisecatan.* concessit S. Congregatio Albinæ Andrucci consanguineæ Testatoris licet Matrimonium jam contraxisset, cum ante Matrimonium preces pro consequendo subsidio obtulerit, in *Romana Subsidii dotalis* 19. *Januarii pag.* 20.

Suspensionem nominationis trium Cappellanarum ad septennium indulsit Sacra Congregatio Septimio Palazzi Patrono, deputato per Emum Episcopum Ecclesiastico Administratore, qui, impletis omnibus oneribus, etiam quoad præteritum, superextantes redditus ipso Patrono consignaret *in Sabinen. Suspensionis Nominationis* 22 *Junii pag.* 113.

T

Transactionem initam authorante Principe inter Annam Attilj, & Montem Frumentarium Setiæ servandam esse declaravit Sacra Congregatio, neque causam esse cur Mons Frumentarius restitueretur in integrum *in Terracinen.*, & *Setina Transactionis* 22. *Jun. pag.* 125.

Transactionem initam inter Seniores, & Juniores Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ *Reginæ Cæli* erectæ in Parocchiali Ecclesia S. Lucia *della Tinta* Urbis super modo dividendi distributiones probavit Sacra Congregatio *in Romana Transactionis* 20. *Julii pag.* 137.

V

Unionem Regionum dismembratarum Paræcia SS. Josephi, & Marci, quæ est in Agro Romano, negavit Sacra Congregatio frustra id postulante Parocho Beilioni, & jussit Episcopo, ut proponeret alia media ut consuleretur Curæ animarum, quæ remotiorem agri partem incolebant *in Horatana Unionis* 16. *Februarii pag.* 43.

FINIS.

INDEX
CONCLUSIONUM:
Quæ adnotatæ sunt in Foliis Causarum anni 1805.

ABBAS

Abbates cum qualitate vere *Nullius*, & cum Territorio separato exempti sunt ab ordinaria, & delegata jurisdictione Episcopi *p.*180, §. *Episcopus*.

Activa jurisdictio ex privilegio concessa Abbatibus non secumfert separationem, & divisionem Territorii *ibidem*.

Neque exemptionem a delegata jurisdictione Episcopi *ibidem*.

Vide Episcopus.

ALIENATIO

Ex receptiore Canonistarum Sententia Dispositio *Extravagantis Ambitiosæ* sibi vindicat in alienationibus bonorum, quæ de una in aliam Ecclesiam fiunt, *p.*18. §. *Hoc primum*.

Si vero agitur de divisione emolumentorum inter ejusdem Ecclesiæ Canonicos tum nulla requiritur venia Apostolica, cum nulla fiat alienatio, *ibidem*.

In alienationibus, quæ de una in aliam Ecclesiam fiunt, si non lucrum utriusque quærendum, damnum certe vitandum est, *pag.*27 §. *Ex ipsa*.

Permutatio sapit alienationem, & venit sub censura *Extravagantis Ambitiosæ*, *pag.*50. §. *Postulatur*.

BENEFICIUM

Beneficium vacat de jure per assecutionem alterius incompatibilis, *pag.*131. §. *Putat*.

Nisi tamen quis per duos menses Beneficium pacifice possedit, non censetur vacasse primum Beneficium, *ibidem*.

Ex hac prudentia super secundo Beneficio verosimile est, quod possessor animo retinuerit primi Beneficii possessionem, *ibidem*.

Beneficiorum translationes permittit Tridentinum *Sess.*21. *cap.*7. *de Reform.*, quatenus Ecclesia, in qua fundatum est Beneficium fatiscens sit, & præ inopia restaurari nequeat, *pag.*155. §. *Translationes*.

CANONICALIS PRÆBENDA

Ubi Canonicorum Præbendæ sunt distinctæ in Præsbyterales, Diaconales, & Subdiaconales Canonico Præsbytero celebranti non alii adesse debent Ministri, quam Canonici, *pag.*123. §. *Quintum dubium*.

Secus vero ubi omnes Canonici sunt Præsbyteri, quibus ad Altare ministrare debent Beneficiati, *ibidem*.

CAPITULUM

Capitulum constituitur ex solis Canonicis cum Episcopo, *pag.*122. §. *Tandem*.

Beneficiati de jure non sunt de Capitulo, ita ut in resolutionibus Capitularibus nec audiri, nec ad suffragandum vocari debent, *pag.*122. §. *Tandem*.

Capitulum esse non potest, nisi tres intersint Canonici, *p.*124. §. *Sextum Dubium*.

Resolutiones Capitulares, quibus non omnes de Capitulo advocati fuere, irritæ sunt, *pag.*75. §. *Quare*.

Ubi pro Capitulum haberi potest, *pag.*123. §. *In Tertio Dubio*.

Leges condere potest circa chori servitium, *pag.*121. §. *Primum Dubium*, *& pag.*122. §. *Tandem*.

COLLATIO CASUUM CONSCIENTIÆ

Collationi casuum conscientiæ interesse compelluntur Confessarii, cæteri vero Ecclesiastici hortantur, *pag.*53. §. *Beneficiati*.

Ex Concilio vero Romano omnes de Clero interesse compelluntur, *ibidem*.

CONGRUA

Congrua talis esse debet, quæ sufficiat Parocho pro subsistentatione, *pag.* 41. §. *Præcipua*.

Saltem centum pro Rectore salva esse debent *ex Trident. Sess.* 7. *cap.* 7. *de Reform.*, *ibidem*.

Sed ex Tridentino, atque ex Constitutione Benedicti XIV. *Cum Pervenit* arbitrium, datum est Episcopis, ut pro obvenientibus circumstantiis congruam augeant, *ibidem*.

Quæ tamen dispositio sibi vindicat, quatenus congrua omnino assignata non sit, vel non integra, vel si postea insufficiens detegatur, *pag.* 42. §. *Capitulum*.

Congrua jam constituta, quæ minor sit scutis centum, augeri non oportet, si satis sit, ut ex ea Parochus vivat, *pag.* 42. §. *Capitulum*.

Ex Constitutione S. Pii V. *Ad Exequendum* idonea habetur congrua in scutis annuis quinquaginta, *ibidem*.

Incerta, quæ occasione Sacramentorum reapse Parochus percipit, imputantur in congruam, *ibidem*.

Missa pro populo congruam non minuit, *pag.* 46. §. *Dismembratio*.

DISTRIBUTIONES

Tridentinum *Sess.* 21. *cap.* 3. *de Reform.* decernit, ut distributiones quotidianæ dividantur inter interessentes *pag.* 132. §. *Deinde*.

Agit in hoc Decreto de Beneficiis plenis, *ibidem*.

Ratio, cur absentes non possunt lucrare distributiones, est, ut præsentes habeant præmium laboris *ibidem*.

Hæc ratio congruit etiam, cum beneficium vacuum fit, dum ex vacatione labor cæteris accrescit, *ibidem*.

Ac proinde vacante Beneficio distributiones, quas ipso pleno aquireret possessor, debentur iis, qui servitium præstant, *ibidem*.

Distributiones non inservientium non augent Massam communem, & communiter dividuntur, sed ad ratam servitii accrescunt inservientibus, *ibidem*.

DISMEMBRATIO

Ut Dismembratio Paræciæ fiat, concurrat oportet necessitas, utilitas, & audiendus est Rector, *pag.* 159. §. *Ex Præteritis*.

Ad Dismembrationem Paræciarum idonea causa est distantia Parochianorum per duplicem lapidem ab Ecclesia *pag.* 46. §. *Dismembratio*.

Tum etiam, si Parochiani careant Sacramentis, & fidei rudimentis destituantur, *ibidem*.

DONATIO

Vide Juspatronatus.

ECCLESIA

Reædificatio, sive restauratio Ecclesiæ Parochialis ex Decreto Tridentini *Sess.* 21. *cap.* 1 *de Reform.* primum fieri debet ex redditibus ipsius Ecclesiæ, deinde Rectoris, & Beneficiatorum. In subsidium vero expensis Patronorum, & Parocchianorum, *p.* 103 §. *Cum*.

Deficientibus hisce mediis ordinariis S. Congregatio extraordinaria adhibere solet, *ibid.*

Beneficiati vero ita gravantur ad expensam reædificationis Ecclesiæ, ut iisdem salva sint alimenta, *ibidem*.

Qui Beneficia possidet extra Ecclesiam reædificandam ad expensas reparationis non tenetur, *pag.* 104. §. *Aliqua*.

Novæ Ecclesiæ ædificatio salvis juribus Parocchialibus permittitur, nisi antiqua Ecclesia ex nova detrimentum capiat, *pag.* 159. §. *Ex præteritis*.

Etiam sine necessitate permitti potest, quando nova Ecclesia ad majorem Dei gloriam, & salutem animarum redundat, *ibidem*.

Potest Episcopus justa subeunte causa ædificationem novæ Ecclesiæ impedire, *ibidem*.

Sed si justa deficit causa licet appellare ad Sedem Apostolicam, ut non obstante dissensu Episcopi novæ Ecclesiæ ædificatio permittatur, *ibidem*.

Parochus potest se opponere ædificationi novæ Ecclesiæ intra limites Paræciæ, si ex hac ei detrimentum veniat, *pag.* 160. §. *Parochus*.

Detrimentum hujusmodi esse poterit, si licet Parocho salva sint jura Parocchialia; attamen amittat oblationes, eleemosinas, Missas, Anniversaria, quæ in nova Ecclesia offerri possunt, *ibidem*.

EMPHYTEUSIS

Ubi fructus rei emphyteuticæ impares sunt pensitando Canoni saltem pro dimidia parte, tum Emphyteuta læsus est enormiter, & conceditur rescissio, *pag.* 184 §. *Læsum*.

In Emphyteusi Ecclesiastica sexta fructuum pars salva esse debet pro Emphyteuta *ex*

authent. Perpetua Cod. de SS. Eccles., p.185. §. Nihilominus.

Cum res emphyteutica aut pene integra, aut maxima ex parte perempta sit, conceditur Canonis diminutio *pag.185. §. Sodalitium.*

EPISCOPUS

Tridentinum conceffit Episcopis delegatam Sedis Apostolicæ jurisdictionem ad effectum visitandi Paræcias exemptas, *pag.179 §. Tum.*

Infirmavit exemptiones antea concessas per privilegium, *ibidem.*

Nunquam vero privilegia, quæ postea concedi poterant, *ibidem.*

Ab hac tamen jurisdictione delegata exempti sunt Abbates vere *Nullius* cum Territorio separato, *pag.180. §. Episcopus.*

Vide Abbates.

INDULTUM

Indultum abessendi a choro causa studiorum conceditur, quando Canonicus studia non absolvit, *pag.49. §. Habet.*

Non conceditur Præsbyteris, quos operam studiis jam dedisse præsumitur, *pag. 212. §. Quamquam.*

Neque Clericis, qui excesserunt annum vigesimum quintum, & censendum est tyrocinium explevisse, ut sublimiores doctrinæ gradus per se ipsos aquirere possint, *ibidem.*

Indultum Jubilationis. *Vide* Jubilatio.

IMPEDIMENTUM

Impedimentum dirimens affinitatis ex copula illicita ex jure antiquo extendebatur usque ad quartum gradum, *pag.164. §. Primum.*

Ex Tridentino *Sess.23. cap. 4. de Reform. Matrim.*, moderatum fuit ad primum, & secundum gradum tantum, *ibidem.*

Ut impedimentum hujusmodi contrahatur necesse est, ut copula sit perfecta, *ibidem.*

Si Matrimonium non sit contractum, levis sufficit probatio contractæ consanguinitatis, vel affinitatis. Secus vero ubi contractum sit, plenissima requiritur probatio, *pag.165. §. Hinc, & pag.200. §. Agitur.*

Quando agitur de probando impedimento ad effectum impediendi Matrimonium unicus etiam testis sufficit, *ibidem.*

Sed necesse est, ut sit idoneus, & de certa scientia loquatur, *ibidem.*

Ubi vero Matrimonium contractum sit, nil relevat juramentum eorum, qui inter se impedimentum abesse affirmant, ne Matrimonium suo juramento ludricum reddant, *ibidem.*

Huic tamen juramento defertur, cum agitur de Matrimonio contrahendo, *ibidem.*

Hinc Sacra Congregatio aliquando plus detulit huic juramento, licet ageretur de Matrimonio contrahendo quam testibus minus idoneis, *pag.165. §. Sane.*

IRREGULARITAS

Irregularitas non contrahitur nisi in casibus in jure expressis *pag.228. §. Irregularitas.*

Contrahitur irregularitas ab eo, qui in singulari certamine pugnavit, & aggressorem saucium dimiserit, *p.26. §. Omni.*

Nam Sac. Canones semper reprobarunt *Monomachiam*, seu singularem duorum inter se pugnam, & contra eosdem censuras interminarunt, *ibidem.*

Utrum ii, qui armatam militiam sequuti sunt, & stipendia meruerunt, irregulares sint, quando neminem occiderint, aut mutilaverint, controversia est inter Canonistas, *pag.57. §. Primum.*

Alii absolute negant, *ibid.*

Alii vero affirmant de Clericis, *ibidem.*

Nam a primis Ecclesiæ institutis, & a Canone Apostolorum 83. prohibitum est Clericis, ne militiæ vacent, *ibidem.*

Adeoque Clericus, qui militiam sequitur, quamquam neminem in effectu mutilaverit, in irregularitatem incidere videtur, quia dat operam rei illicitæ, & contra lenitatem agit, *ibidem.*

Qui ordines furtive suscepit, dubitari potest, quod irregularitate teneatur, *p.57. §. Falsi.*

Sed si in Ordine non ministravit probabilior sententia est, quod sit immunis ab irregularitate, *ibidem.*

Irregularitatem contrahit, qui celebrat suspensione irretitus, *pag. 134. §. Certe.*

Qui aliqua parte corporis vitiatus, vel mutilatus sit, est irregularis, *ibidem.*

Irregularitas ex homicidio voluntario perpetua est, quando agitur de promovendo, *pag.26. §. Quandoquidem.*

Si constet de emendatione, & peracta pœnitentia absolutio concedi solet, *ibidem.*

JUBILATIO

Indulta jubilationis non a jure concessa sunt, sed introducta ex consuetudine, quam probavit Sacra Congregatio, & confirmavit S. Pontifex Greg. XIII., *pag.59. §. Contra.*

Adeoque Statuta Ecclesiarum prohibero pos-

sunt, ne indulta hujusmodi impetrentur, *pag.*58. §. *Cum*.

Qui in hæc Statuta juravit, non potest indulta hujusmodi impetrare, nisi absolutionem a juramento obtinuerit, *ibidem*.

Verumtamen Statuta hujusmodi sunt stricti juris, & interpretationem recipiunt a jure, & consuetudine authoritate Sedis Apostolicæ firmata, *pag.*59. §. *Contra*.

Et intelligi possunt de iis indultis, quæ absque justa causa obtinentur, non autem de iis, quæ ob continuum, & laudabile servitium a Sede Apostolica concedi soleant, *ibidem*.

Indultum jubilationis nunquam conceditur, nisi quis laudabiliter expleverit quadraginta annorum servitium, *pag.*202. §. *His*.

Olim non concedebantur hæc indulta, nisi servitium præstitum fuisset in eadem Ecclesia, *ibidem*.

Sed nunc invaluit Sententia, quod ad obtinendum indultum jubilationis conjungatur servitium præstitum in duabus Ecclesiis, dummodo maneant in eadem Diœcesi, nec servitium sit difforme, *ibidem*.

JUSPATRONATUS.

Juspatronatus acquiritur ex centenaria possessione, *pag.*37. §. *Primum Dubium*.

Immo satis est etiam decennalis possessio, *ibidem*.

Juspatronatus relictum *a suoi Eredi, e Successori* est gentilitium, *pag.*38. §. *Contra*.

Et transit ad hæredes sanguinis veluti fideicommissum, & intestata successio, *ibidem*,

Juspatronatus relictum *al più prossimo parente* est familiare, & in eo qualitas sanguinis spectatur *pag.*215. §. *Qui*.

Juspatronatus relictum *al maggior nato* ex aliqua familia est agnatitium, *ibidem*.

Agnatitium juspatronatus in ultimo agnato fit hæreditarium, *ibidem*.

Vocatio tamen *del più prossimo parente* masculos æque ac fœminas complectitur, *pag.*216. §. *His*.

In indifferenti materia jurispatronatus ubi verba naturali significatione fœminas non excludunt, masculinum concipit fœmininum, & sub nomine fratrum veniunt Sorores.

Vel saltem defectis masculis in subsidium vocata censetur fœmina agnata, *ibidem*.

Superstite fœmina vocata ad juspatronatum non possunt masculi de eo disponere, *ibidem*.

Donatio jurispatronatus deficiente approbatione Episcopi valida non est, *pag.*216. §. *Hinc*.

Neque sufficit ex non nullorum DD. Sententia approbatio Vicarii Generalis, *ibidem*.

Hæres usufructuarius non tenetur observare donationem jurispatronatus, si in hoc jure proprio succedat, *ibidem*.

Nam usufructuarius est ad instar Legatarii, neque factum authoris præstare tenetur, *ibidem*.

JUS SEPELIENDI

Ex dispositione juris sepulturæ constrm, & eligi nequeunt nisi in Ecclesiis Parochialibus, eorumque Cœmeteriis, *pag.* 218. §. *Nititur*.

Ex jure vero novissimo *in Clement. Dudum* §. *Humanæ de Sepulturis, & Extravagan. super Cathedram eod. tit.*, conceditur PP. Minoribus hoc privilegium sepeliendi cadavera eorum, qui Sepulturam elegerint. *pag.*218. §. *Contra*.

Patribus Cappuccinis ex Constit. a Clementis VII. lat. ann. 1528. incipien. *Religionis Zelus* concessa sunt privilegia PP. Minorum, *ibidem*.

Atque ex Const. Pauli III. lata an. 1556., cujus initium *Exponi nobis* PP. Cappuccini declarati sunt vere PP. Minores, *ibidem*.

Et super in eorum Ecclesiis defenderunt jus sepeliendi, *ibidem*.

LEGATUM

Legato fundo *demonstrative* hæres tenetur supplere quidquid ex fundo deficit ad supplendum Legatum, *pag.*98. §. *Supponamus*.

Secus si *taxative* fundus in legato veniat, *ibidem*.

Quando certus fundus legatus est, vel hæredi injunctum, ut pro implendo legato certum fundum tradat; tum tradito fundo hæres liberatur, *ibidem*, & *pag.*136. §. *Ex hisce*.

Omnis controversia de fundo *taxative*, vel *demonstrative* legato pendet a voluntate investiganda fundatoris, *ibidem*.

MISSA

Pro Missis in præteritum non celebratis conceditur absolutio, si constet redditus non fuisse pares oneribus, *pag.*92. §. *Postulant*.

Missarum suspensio conceditur, ubi Rector graves expensas fecerit pro recuperandis bonis Cappellaniæ, *pag.* 66. §. *De suspensione*.

Missarum Translatio secumfert commutationem voluntatis, *pag.*135. §. *Testator*.

Nec fieri potest nisi ex causa publicæ necessitatis, aut utilitatis, *ibidem*.

MONIALES

Ut aliqua puella inter Moniales recipiatur præmittendum est scrutinium ab aliis Monialibus, & acceptatio per secreta suffragia, *pag.*146. §. *Secundum Dubium*.

Et ex præscripto Tridentini *Sess.* 25. *cap.* 17. *de Regul.*, præmittenda est ab Ordinario exploratio voluntatis, *ibidem*.

MONS PIETATIS

Initio sæculi *Decimisexti* orta est controversia licite, nec ne, possent Ministri Montium Pietatis omni procul usuræ, injustitiæque crimine, quidpiam etiam minimum a mutuatariis exigere, *pag.*31. §. *Quapropter*.

Sed Leo X. anno 1515. in Œcumenico Concilio Lateranensi V. definivit nullam speciem mali præseferre si quid moderatum accipiatur ultra sortem absque lucro Montis, sed pro ejusdem indemnitate ad solas expensas Ministrorum, & ad conservationem ejusdem Montis, *ibidem*.

Quantum vero esse debeat istud, quod ultra sortem exigi possit, pendet a peculiaribus circumstantiis, *pag.*32. §. *Stat*.

Aliquando S. Congregatio permisit, ut quinque in singula centum exigi possit, cum tantum necesse esset ad expensas Montis, *pag.*32. §. *Itaque*.

Nullam aliam ob causam a Montibus Pietatis aliquid exigi potest ultra sortem, quam ob compensationem expensarum, quæ necessariæ sunt ad conservationem, *pag.*33. §. *Quod tamen*.

Etiamsi exigeretur pro sublevandis pauperibus, cum fœnerari non liceat, ut iisdem opituletur, *ibidem*.

Neque si in fundatione Montis hæc conditio imposita esset, ut aliquid exigeretur ultra sortem ad sublevandos pauperes, cum hæc conditio adversatur Divino, naturali, humanoque juri, & pro turpi habenda est, *pag.*33. §. *Verum tamen*.

MUTUUM

Mutuum fit, quando res alteri utendæ traduntur, ut servata pari quantitate, & simili qualitate non eædem quidem numero, sed eædem specie reddantur, *pag.*31. §. *Primum*.

Ex mutuo lucrum usuræ nomine exactum a domino naturali, humanoque jure improbatur, *pag.*31. §. *Secundæ*.

Ex lucro vera cessante, æque ac ex damno vera emergente illud a mutuo solummodo exigi ultra sortem potest, quod non quidem venditæ pecuniæ pretio, sed damno reficiendo respondeat, *pag.*31. §. *Tertio*.

Si quid minimum præter titulum lucri cessantis, & damni emergentis a mutuo exigitur, usuræ damnandum est, *pag.* 32. §. *Quando*.

OBSERVANTIA

Ex contraria observantia excusatur Beneficiatus, si Missas non celebraverit diebus in fundatione præscriptis, *pag.*92. §. *Verumtamen*.

Observantia in materia Chori, & Rituum plurimum sibi vindicat, *pag.* 123. §. *Quintum Dubium*.

OFFICIUM DIVINUM

Obligatio recitandi Officium Divinum imposita est Ecclesiasticis non ex jure divino, sed ex jure positivo Ecclesiastico, *pag.*121. §. *Primum Dub.*

Nullo juris positivo loco præfinita est certa hora, qua incipi debeat recitatio, *ibidem*.

Recitatio Divini Officii protrahi, vel properari potest, dummodo intra viginti quatuor horas integrum recitetur, *ibidem*.

ORDINES

Qui Ordines sine licentia proprii Episcopi, aut quod idem est, falsis dimissorialibus susceperit, suspensus est ipso jure, *pag.*57. §. *Facit*.

PAROCHUS

Parochus proprie est, qui sub nomine Vicarii Curati perpetuo, & proprio jure curam actualem animarum exercet, licet penes alium cura habitualis resideat, *pag.* 190. §. *Contra*.

Si vero Vicarii alterius nomine curam exercent, tum non sunt proprie Parochi, sed Ministri, *pag.*185. §. *Sub*.

Qui habent curam habitualem, non possunt sese ingerere in exercitio curæ animarum, *pag.*190. §. *Contra*.

Benedictio domorum in Sabatho Sancto recensetur inter functiones Parochiales, & ad Parochum spectat, *ibidem*.

Electio Sacerdotum pro efferendis funeribus ex Statuto Cleri Urbis conceditur Parocho, *pag.*191. §. *Hæc*.

Tridentinum *Sess.* 23. *cap.* 1. *de Reform.* graviter injungit Parochis residentiam in Parœcia, *pag.*193. §. *Ut*.

PATRES CAPPUCCINI

Vide Jus sepeliendi.

PATRONUS

Patrono pauperi opitulandum est ex redditibus Beneficii, *pag.*39. §.*Tertium Dub.*

Ut patrono pauperi opitularetur, aliquando Sacra Congregatio suspendit onera Missarum, *ibidem*.

PRÆBENDA PÆNITENTIALIS, ET THEOLOGALIS

Ex Tridentino *Sess.*5. *Cap.*1. *de Reform.* præscribitur erectio præbendæ Theologalis in Cathedralibus, atque etiam in Collegiatis in aliquo insigni Oppido existentibus, *pag.*74. §. *Certant*.

Dubitatur vero utrum præscripta sit in Collegiatis, quæ in una Civitate una cum Cathedrali existunt, *ibidem*.

Alii negant, rati quod Tridentinum loquatur *taxative* de Collegiatis, quæ sunt in insigni Oppido, *ibidem*.

Alii affirmant, cum defendant *demonstrative* loquutum esse Tridentinum, & omnem Collegiatam Ecclesiam, ubicumque sit, posse jure petere Præbendæ Theologalis erectionem, *pag.*75. §.*Capitulum*.

Sacra Congregatio in terminis duarum Collegiatarum, quarum altera antiquior erat, & jam Præbendam Theologalem habebat constitutam definivit hanc prohibere non posse, ne in altera Ecclesia Collegiata erectio Præbendæ Theologalis fieret, *pag.*75. §. *Quare*.

Ex altero vero Decreto Concilii Tridentino *Sess.*24. *cap.*6. *de Reform.* præscribitur erectio Præbendæ Pænitentialis in Ecclesiis Cathedralibus tantum, ut est Sententia nonnullorum Canonistarum, *pag.*74. §.*Certant*.

Sed alii ita hoc Decretum interpretantur, ut Præbenda Pænitentialis in Cathedralibus erigi omnino debeat, nunquam vero ut in Collegiatis omnino non possit, *pag.*75. §. *Capitulum*.

Nam Canonicus Pænitentiarius est Vicarius Episcopi in Confessionibus excipiendis, adeoque potest constitui, ubicumque Episcopus expedire putaverit, *ibidem*.

Ex disciplina vero Ecclesiæ, quæ obtinebat ante Tridentinum deputabatur Præsbyter, qui Sacramento Pænitentiæ præesset tam in Cathedralibus, quam in Conventualibus Ecclesiis, *ibidem*.

Censendum vero non est Tridentinum immutare voluisse veterem disciplinam, quoties expresse non prohibuit, ne in Collegiatis Præbenda Pænitentialis constitueretur, *pag.*75. §. *Quare*.

REDUCTIO

Reductio Missarum conceditur ob diminutum Sacerdotum numerum, & auctam eleemosinam Missarum, *pag.*68. §.*Tum*.

Conceditur quoque reductio ob diminutionem redditumum, qui oneribus amplius pares non sint, *pag.*77. §.*Ex his*.

Si fundatio *taxativam* præseferat eleemosinæ assignationem, tum si eleemosina impar sit oneri, conceditur Reductio, *p.*69.§.*Verum*.

Secus vero si demonstrativa sit, quo casu cogitur hæres ad supplementum, *ibid.*

Quando legatum incipit ab onere, & deinde pergit ad emolumentum, censetur demonstrativa assignatio, *ibid.*

Vel quando assignata fuit certa quantitas, quæ censetur *demonstrative* relicta, quia tum cum assignata fuit, erat sufficiens ad implendum Missarum onus, *ibid.*

Redditus vero ad effectum reductionis diminuti non censentur ex ea portione, quæ in Massam distributionum conferri debet, *pag.*87. §. *Nam*.

Nam easdem distributiones lucratur Beneficiatus, si diligens choro adsit, easque amittit culpa sua, si servitium negligat, *ibid.*

Ut reductio ex defectu redditumum concedatur, necesse est ex calculo decennali diminutionem ostendere, *pag.*81. §.*Hoc*.

Prius alia onera, quam Missarum sunt reducenda, *pag.*91. §.*Quandoquidem*.

Ex ordine Scripturæ eruitur conjectura voluntatis Fundatoris, ut constet, num Missæ aliis injunctis oneribus prætulerit, *ibid.*

RESIGNATIO

Ex Decreto Clementis XI. concedi non potest resignatio, nisi Ordinarius resignatario *testimoniales* concedat, *pag.*24. §. *Quamquam*.

Attamen si Episcopus nulla justa subeunte causa *testimoniales* dare recuset, tum S. Pontifex supplet sua authoritate, *ibid.*

RENUNCIATIO

Sub renunciatione abdicativa a muliere facta occasione nuptiarum veniunt etiam jurapatronatus, *pag.*37. §.*Primum Dub.*

Non venit tamen patronatus gentilitius, cum mater renunciare non possit juribus, quæ filiis competunt ex propria persona, *p.*38. §. *Contra*.

RES SACRÆ

Res Sacræ in commercio non sunt, nec vendi possunt, *pag.*129. §. *Emptor*.
Neque id quod habet aliquid spiritualitatis adnexum, *ibidem*.
Cæmenta, unde Ecclesia composita est, vendi possunt, *ibidem*.
Sacra Suppellectilia interveniente venia Apostolica alienari possunt, *pag.*130. §. *Dubitari*.
In tabulis pictis, quæ sunt ad Altaria venerationi exposita, si alienentur, habenda est in æstimatione ratio operis Artificis, *ibidem*.

SEMINARIUM

Inopia Seminarii succurrenda est ex taxa imponenda Locis Piis ad normam Decreti Tridentini *Sess.*23. *cap.*18. *de Reform.*, *p.*8. §. *Eo igitur*.

SUBSIDIA DOTALIA

Subsidia dotalia semper reservata censentur pro Puellis, *pag.*21. §. *Duo*.
Sed si puellæ ante Matrimonium subsidium postulent, tum si matrimonium contrahant, jus non amittunt subsidium consequendi, *pag.*22. §. *Verum*.

SUBREPTIO

Rescriptum Pontificium falsis expositis impetratum subreptitium est, nec exequationem meretur, *pag.*8. §. *Eo redit*.

SUSPENSIO MISSARUM

Vide Missæ.

STUPRUM

Qui Stuprum commisit, tenetur ad dotem, *pag.*3. §. *Quod si*.
Atque etiam Clericus in Sacris constitutus, qui ordinem occultavit, ut virginem vitiaret, *ibidem*.
Pater non tenetur jure actionis ad alendam puellam stupratam a filio, *pag.*4. §. *Quamquam*.
Nec ad præstanda alimenta jure sanguinis eidem puellæ stupratæ, cum qua tantum conjunctas est affinitate ex illicito coitu, *ibidem*.
Tenetur vero, peculio tenus, seu pro quantitate peculii, quod pertinet ad filium, *ibid.*

TRANSLATIO

Vide Beneficium, Missa.

VOLUNTAS

Commutatio voluntatis defunctorum est contra præscriptum juris, *p.*135. §. *Testator*.
Abroganda non est Testatoris voluntas, nisi ex causa publicæ necessitatis, aut utilitatis, *ibidem*.

FINIS.

BX
1935
A36
t.70-71

Catholic Church. Congregatio
Concilii
Thesaurus resolutionum
Sacrae Congregationis Concilii

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 14 13 18 01 005 2